bonos hoīes ⁊ valētes iux̄ illud qđ p̄cipit Deut.xv. Oino
indigēs ⁊ mēdicꝰ n̄ erit int̄ vos. Et Act.iiij. dr̄. ꝙ int̄ ap̄los
⁊ diſcip̄los nullus penitꝰ egens erat. Patꝫ ergo ꝙ ē ⁊ inuenit̄
egeſtas ⁊ idigētia hoīm ꝑuerſoꝝ. Tertio dico. ꝙ inuenit̄
indigētia hoīꝫ miſeroꝝ ⁊ paupeꝝ ⁊ egenoꝝ. Et iſta ꝓcerto
A tyrannis ſolet deſpici crudeliter. Dico ergo ꝙ tyrāni
A clemētibꝰ ſolet aſpici benigniter. egēos crudelit̄ af
A dn̄o ſolet liberari ſalubriter. fligūt ⁊ deſpiciunt
Ab eodem ſolet exaltari feliciter. Deſpiciūt.n. eos
neccaria denegādo Eſa.xlj. Egeni ⁊ paupes q̄rūt aq̄s ⁊ nō
ſunt. ip̄os decipiēdo atq; fraudādo Amos.iiij. Audite ver
bū h̄. vacce pingues q̄ eſtis in mōte ſamarie. q̄ calūniā fa-
citis egenis ⁊ ꝯfringitis paupes. ipſos ledēdo ſeu iniuriā-
do Job.xxiiij. Mane p̄mo ꝯſurgit homicida vt interficiat
egenū ⁊ pauperē. Itē dico ꝙ clemētes egenos benignit̄
adiuuāt ⁊ reſpiciūt. iux̄ illud Eccl.iiij. Rogatōeꝫ ꝯtribula
ti ne abijcias: ⁊ ne auertas faciē tuā ab egeno. ⁊ ab inope
ne auertas oculos tuos. Et aduerte ꝙ iſti debēt reſpici et
videri vicꝫ vt foueant̄ Eſa.lviij. Egenos ⁊ vagos induc i
domū tuā cū videris nudū opi eū. Vt eruant̄.ſ. ab impijs
opp̄ſſoribꝰ p̄s. Eripite paupem ⁊ egenuꝫ. de manu pctōris
liberate eū. Et vt p̄mia eterna exinde recipiant̄ ⁊ ꝓmereā-
tur. q2.ſ. ſicut dr̄ in p̄s. Btūs q̄ intelliget ſup egenū ⁊ pau-
perē. in die mala liberabit eū dn̄s. Itē dico ꝙ deus ⁊ ſcti
egenos ſalubriter liberāt ⁊ eripiūt p̄s. Ego vō egenꝰ ⁊ pau
per ſum. deꝰ adiuua me. Et alibi dr̄ de eo. ꝙ ipſe eripit in-
opem de manu fortioꝝ eius. egenū ⁊ paupem a diripienti
bus eū. Itē dico ꝙ deus ⁊ ſancti egenos q̄nq; t̄palit̄. ſemp
aūt eternalit̄ exaltāt ⁊ ꝑficiūt: q2.ſ. ſicut dr̄. j. Reg.ij. Deus
eſt de puluere ſuſcitās egenū: ⁊ de ſtercore erigēs paupem
Iſta eſt ergo indigētia hoīm miſeroꝝ. Quarto principalit̄
dico. ꝙ inuenit̄ indigentia ſeu egeſtas hominū dānato-
rum. iſti em̄ indigent omni bono. Vn̄ dānatis maledicit
dominꝰ Deut.xxviij. Percuſſit te dn̄s egeſtate ⁊ febri. fri-
gore ⁊ eſtu. ⁊ aere corrupto ac rubigine. Et ſi vis nota ꝙ e-
geſtas ⁊ pauptas eterna ⁊ etiaꝫ t̄palis acquirit̄. Propter
Indiſciplinatā ꝓteruitatem. De ꝓteruia in
Immoderatā guloſitatem. diſciplinata dr̄
Ineruditam fatuitatem. Prouerb.xiij.
Inexercitatā ſeu nimis ſopitā ocioſitatē. Egeſtas ⁊ ig-
minia ei q̄ deſerit diſciplinā. De guloſitate iordiata ⁊ imo
derata dr̄ ꝓuerb.xxj. ꝙ q̄ diligit epulas i egeſtate erit. De
fatuitate inerudita. dr̄ Prouer.x. Qui indocti ſt̄ in cordis
egeſtate morient̄. De pigritia ⁊ ocioſitate ſomnolēta ⁊ cō
ſopita dr̄ Prouer.xxviij. Qui ſectat̄ ociū replebit̄ egeſta-
te. Et ibidē.xxj. Oīs piger ſp in egeſtate ē. Et ideo bn̄ cō
ſulit̄ Prouer.xx. Noli diligere ſomniū ne te egeſtas oppri
mat. Iſta eſt ergo egeſtas dānatoꝝ. De beatis vō ꝯſtat
ꝙ egeſtas eis nō ꝯueniat. q2.ſ. ſicut dr̄ Apoc.xxj. Ciuitas
hec nō eget ſole neq; luna. Et ibidē.xxij. dr̄. đ ſanctis. quia
ipſi nō egent lumine lune. neq; lumine ſolis. q̄m dn̄s illūi-
nabit illos. Hoc ergo de egeſtate ſeu indigentia ſufficit.

Egyptus

Egyptus vt cōiter q̄druplr̄ ſignat. Si-
gnat em̄ mūdū. ꝑnie ſtatuꝫ. pctm̄ ⁊ in-
fernū. Egyptus em̄ interp̄tat̄ tenebre. Et ideo ſignat mun
dū in q̄ eſt tenebroſitas erroꝝ. Signat ꝑnie ſtatū q̄ eſt te-
nebroſitas hūiliatoꝝ. Signat pctōrē vel pctm̄ qđ eſt tene-
broſitas vicioꝝ. Signat infernū vbi eſt tenebroſitas tor-
mentoꝝ. Qꝫ ergo p egyptū mūdus intelligat̄ patꝫ Eſa.xix. vbi
de incarnatiōe xp̄i dr̄. Aſcēdet dn̄s ſup nubē leuē ⁊ ingre-
diet̄ egyptū. ꝙ etiā p egyptū intelligat̄ ꝑnie ſtatꝰ patꝫ Exo.
.iij. Vidi afflictōem pp̄li mei q̄ eſt in egypto. ꝙ etiā p egy-
ptū intelligat̄ pctm̄ vl̄ pctōr patꝫ Eſa.xxxj. Egyptꝰ ho ⁊ nō
deus. ⁊ eq̄ eius caro ⁊ nō ſpūs. ꝙ etiā p egyptū intelligat̄
infernus. patꝫ Ezech.xxix. Ecce ego ad te Pharao rex egy
pti. draco magne. q̄ cubas i medio fluminū. Primo ergo di
camꝰ aliq̄d de egypto inquātū ſignat mūdū. Et notemꝰ ꝙ
p egyptū pōt mūdus intelligi triplici rōne. Primo in egy-
pto eſt caloris inflamatio. Scđo ferarū habitatio. Tertio
deſerti pagratio. Egyptus em̄ eſtubꝰ inflamat̄. A feris ha
bitat̄. Deſertis ꝯuallat̄. Sic vere charilſimi in mūdo iſto ē.
Cupiditas feruentiſſima. Calores em̄ ardoris cupidi
Societas iniquiſſima. ditate. fere ⁊ beſtie deſignāt
Anxietas penaliſſima. maloꝝ ſocietatē. deſertū vō
denotat laboris anxietatē. Dico ergo ꝙ in egypto iſto ē nimie
tas ardoruꝫ. In egypto em̄ ſupiori tantus viget eſtus ſm̄
Iſid. ꝙ nullus hō pōt ibi tute morari. Soli em̄ ſerpentes
⁊ baſiliſci ⁊ alia reptilia viuūt ibi. Illi em̄ hoīes q̄ ibi ꝯuer
ſant̄ toti nigri efficiunt̄ ꝓpter calorem. Sic vere in egypto
huius mūdi. maxime in pte ſupiori. i. in ſtatu diuituꝫ ⁊ ſu-
perioꝝ. regnāt hodie multi ⁊ varij calores ⁊ ardores. ſcilꝫ.
Auaricia. Luxuria. Iracūdia. ꝓpter qđ ibi pauci hoīes. i.
pauce pſone rōne vtētes ꝯuerſant̄. ⁊ multi ſerpētes ⁊ ma
li peccactores inibi cōmorant̄. vn̄ Ezech.xxx. Dabo terro
rē in terra egypti. ⁊ diſpdam terrā phatures. ⁊ dabo igneꝫ
in taphnis. Sequit̄. Interficiā multitudinē alexandrie. ⁊
dabo ignē in egypto. Vn̄ aduerte ꝙ qui in iſta egypto ar-
dore auaricie ſunt inflamati. habent generalit̄ iſta vicia. ſ.
Ignorantiam. Ignorantia oñdit̄ cum dr̄. Egypti qđ
Fraudulentiam. interp̄tat̄ tenebre. Ideo dr̄. Dabo ter
Detractionem. rorē in terra egypti. Ad denotādū ꝙ il
Adulationem. li q̄ ſunt p ignorantiā tenebroſi. facilit̄
ſunt ſtupidi ⁊ tremuloſi. qđ maxime ptinet ad auaros. q̄
ſemp timēt amittere bona ſua. Quia ſm̄ Senecā. Quātū
acceſſimꝰ ad ſucceſſum. tantū ſucceſſimꝰ ad metū. Et i p̄s.
Trepidauerūt timore: vbi nō erat timor. Itē fraudulētia
oſtendit̄ cuꝫ dicit̄. Phatures. i. ſtatꝰ illoꝝ q̄ ſunt deceptio
pauperū. calcator ⁊ oppreſſor. Itē detractio denotat̄ in vo
cabulo taphnis qđ interp̄tat̄ os inſanū ſerpentū. Detra-
ctores em̄ ſerpētibus ſil̄es ſunt: q2 os eoꝝ inſanū eſt. ⁊ ve-
nenoſum ⁊ ꝑnitioſum p̄s. Os eoꝝ abūdauit malicia. Itē
adulatio intelligit̄ p multitudinē alexādrie. q̄ interp̄tat̄ al
leuans tenebras. q2.ſ. adulatores adulādo ⁊ facta alioꝝ iu
ſtificando tenebras ſue deſperatiōis ⁊ timoris alleuant et
ſupportāt: q2 iſti ſunt q̄ in malicijs ſuis letificāt regē. ⁊ in
mēdacijs ſuis principes. Sicut dr̄ Oſee.vij. In iſta ergo
egypto. i. in mūdo ꝓut dictū eſt inuenit̄. Deceptio. detra-
ctio. adulatio. ⁊ ignorantie obfuſcatio. Viget em̄ hodie in
mūdo ignis ⁊ ardor auaricie. cupiditatis. luxurie. carnali-
tatis. iracūdie ⁊ crudelitatis. Dabo inq̄t ignē in egypto. et
ſic bene dico ꝙ in iſta egypto. ſ. in mundo eſt nimietas ar-
doꝝ. Dico etiā ꝙ ibi eſt ſocietas maloꝝ. In egypto em̄
habitāt multa crudeliū aialiū genera. Sunt em̄ ibi ypo-
tamij q̄ ſunt equi fluuiales. q̄ de die in aq̄s natāt: de nocte
vō exeuntes ſegetes hoīm depaſcūt. Itē ibi ſunt crocodili
q̄ in nili fluuio cōmorātes mādibulā ſupiorē ſoli inter oia
aialia dicūt̄ mouere. Itē ibi naſcunt̄ baſiliſci q̄ ſolo viſu et
flatu dicunt̄ oīa viuētia interimere ⁊ necare. Et ꝓcerto
in egypto huiꝰ mūdi ſunt talia genera aialiū ꝑuerſorum
Primi em̄ ſunt luxurioſi. q̄ more ypotamoꝝ in fluuijs de-
liciaꝝ verſantes. de nocte. i. in abſcōdito ⁊ occulto exeunt
facere facta ſua turpia. ⁊ imūda Job.xxiiij. Oculus adul
teri obſeruat caliginē. Et ideo iſti dicunt̄ equi fluuiales. q2
equus eſt animal valde luxurioſum Hiere.v. Equi ama-
tores in feminas ⁊ emiſſarij facti ſunt. vnuſq̄ſq; ad vxorē
ꝓximi ſui hinniebat. Itē ſunt ibi auari ⁊ ambitioſi: q̄ mo-
re crocodiloꝝ mandibulā ſupiorē tātūmō mouent inferio
rem vō imobilē ſemp tenēt. q2.ſ. iſti ſemp ad ſupiora anhe
lant. Inferiora vō.ſ. ꝓximi vtilitatē. mortis neceſſitatē. et
inferni ꝓfunditatē nō ꝯſiderāt neq; cauēt: ſꝫ ſolū mouere
ſupiorē mādibulā. i. tractare ⁊ maſticare de ſupbis ⁊ ſubli
mibus vanitatibus ſe delectant. dicentes. ſ. illud Eſa.xiiij.
Aſcēdā in celū ⁊c. Sunt etiā ibi inuidioſi. quoꝝ viſus mo

re baſiliſci aliis veſtenū eſt:q̄z.ſ.oībus quos in ꝓſperitate
vident inuidēt: ⁊ ipſos detrahēdo inuenenāt ⁊ corrūpunt
Et ſic bene dico ꝙ q̄z in iſta egypto.i.mūdo cōmorant̄ in-
uidioſi.ambitioſi.luxurioſi. bene dico ꝙ ibi ē ſocietas ma-
loꝝ. Vn̄ Ezech.xxx. Fortiſſimi gentiū adducent̄ ad diſp-
gendā terrā: ⁊ euaginabūt glodios ſuos ſup egyptū. ⁊ ſeq-
tur. Tradā terrā in manus peſſimoꝝ. Ibi ē ergo ſocietas
maloꝝ. Eſt p̄terea ibi anxietas laboꝝ: egyptus.n.ex vna
parte circūdat̄ mari. ex oīm alia pte deſertis inacceſſibili-
bus eſt vallata. Sic vere chariſſimi: mūdus ⁊ mari ⁊ deſer
to.i.oīm genere tribulationū. laboꝝ ⁊ amaritudinū ē val-
latus Ezech.xxix. Erit terra egypti in deſertū ⁊ in ſolitudi
nem. Iſtud maxime ptz in filiis iſrl': q̄ q̄diu fuerūt in egy-
pto ſemp fuerūt in ſeruitute: oppſſione ⁊ tributione. ſicut
dr̄ Exo.ii. Et poſſum⁹ aduertere ꝙ ſicut egyptus antiq̄t⁹
decē plagis p̄ncipalib⁹ fuit afflictus.ſ.ſanguine. ranis. ci-
nificib⁹. ⁊ muſcis.ſicut dr̄ Exo.vii. ⁊.viii. Itē morte aīaliū
grandine ⁊ veſicis: ſicut ibidē dr̄ ca.ix. Itē locuſtis ⁊ tene
bris ſicut dr̄ Exo.x. Itē morte p̄mogenitoꝝ ſicut dr̄ Exo.
.xii. Sic vere chariſſimi.egyptus mūdi multis plagis vul-
nerat̄.multis tormētis ſbiicit̄.multis viciis imbuit̄: mul-
tis tribulationib⁹ infeſtat̄. Et maxime ibi ſunt decem pla-
ge p que poſſumus intelligere q̄tuor genera hoīm maloꝝ
⁊ ſex genera p̄ncipaliū vicioꝝ. Quatuor eīm maloꝝ hoīm
genera ſignificant̄ per q̄tuor reptilia animata. de q̄bus fit
mentio p ranas.ciniſes.muſcas ⁊ locuſtas. Rane eīm cla-
moſe ſignificāt malos aduocatos qui nō ceſſant clamare
coaxare ⁊ coartare. Per ciniſes q̄ gallice dicunt̄ thentes
que dormiētes inquietāt. intelligo malos balliuos qui nō
ceſſant alios moleſtare. Per muſcas q̄ vlcerib⁹ inſidiant̄
intelligo malos iudices q̄ nō ceſſant alioꝝ defectus ⁊ vlce
ra ſeu ſcelera inueſtigare. vt ſanguinē ſue ſubſtātie tpalis
poſſent p emendas ſugere ⁊ habere. Locuſte ſignāt detra
ctores q̄ famā alioꝝ nō ceſſant rodere ⁊ vaſtare. Locuſta
eīm os habet triangulū ⁊ in cauda portat aculeū. Ideo de
iſtis q̄tuor dicit̄ in pſ̄. Dr rana cynomia.i.muſca ciniſex et
locuſta fuerūt in egypto. Sed dico adhuc ꝙ in iſtis plagis
poſſunt intelligi ſex genera vicioꝝ. Ibi eīm eſt ſanguis.ec-
ce pctm̄ luxurie: q̄z ſicut dicit̄ Oſee.iiii. Furtū ⁊ adulteriū
inundauerūt ſup terrā: ⁊ ſanguis ſanguinē tetigit. Itē ibi
fuit mors aīaliū.ecce pctm̄ pigricie qd̄ hoīes beſtiales occi
dit: q̄z ſm Sen̄. Ociū ſine lr̄is mors eſt ⁊ viui hoīs ſepul-
tura. Itē ibi eſt veſica inflata: ecce pctm̄ ſupbie. Itē ibi eſt
grādo q̄ dure pcutit: ecce pctm̄ rapine ⁊ ſeuicie. Ibi fuerūt
tenebre: ecce pctm̄ ignorātie. Ibi eſt mors primogenitorū
.i.animarū: ecce pctm̄ inuidie. Qui eīm odit fratrē ſuū ma
net in morte.i. Ioh.iii. Iſtis ergo viciis ⁊ tribulatōnibus
ſubiicit̄ egyptus hui⁹ mūdi: q̄z ſicut dicit̄ Eſa.xix. Dabo
egyptū in manu crudeliū dn̄oꝝ. Iſta ergo eſt egyptus ꝓ-
ut dictū eſt vbi inuenit̄. Anxietas laboꝝ. Societas maloꝝ.
Nimietas ardorū. Ideo de iſto egypto debēt filii iſrael q̄-
tum ad affectū recedere: ⁊ ad terrā ꝓmiſſionis q̄ eſt in ce-
lo anhelare. Iuxta illud Oſee.xi. Puer iſrl' ⁊ dilexi eū: et
ex egypto vocaui filiū meū. Sed ſi vis adhuc notare dic
ꝙ egypt⁹ ſignat mūdū bonos afficientē. Egyptus eīm ſp le
git̄ fuiſſe filiis iſrl' inimica. vel falſa amica. Inimica dico
q̄z ipſos tenuit in ſeruitute. ſicut ptz Deut.vi. vbi dr̄. Ser
ui eram⁹ pharaonis in egypto. Falſa vo amica. vn̄ de fal-
lacia mundani auxilii dr̄ Eſa.xxxvi. Cōfidis ſuper baculū
arūdineū cōfractū iſtū ſup egyptū. cui ſi innixus fuerit hō.
intrabit in manū ei⁹. Sic vere dicā de mūdo. q̄z.ſ.ſp eſt et
fuit inimic⁹.nociu⁹ ⁊ cōtrarius filiis iſrl'.i.viris iuſtis ⁊ bonis.
⁊ maxime viris eccl'iaſticis ⁊ religioſis. Cōſtat eīm ꝙ mun
dani ſp cōſueuerūt odire ⁊ pſeq̄ viros iuſtos ⁊ ſe eis oſ̄dūt
inimicos Exo.i. Oderāt aūt filios iſrl' egyptii. vel ſaltē ſp
eſt ⁊ fuit ipſis falſus ⁊ infidelis amicus ⁊ ſuſtētator arūdi
neus atq̄ van⁹: ⁊ iō ſperātes in mūdo ⁊ mūdanis arguū-
tur Eſa.xxx. Ve filii deſertores q̄ ambulātis vt deſcēdatis
in egyptū. ſperātes auxiliū in fortitudine pharaonis. Ta-
lis ḡ regio debet dimitti ⁊ a viris prudētib⁹ deſpici ⁊ exiri
Hiere.xlii. Nolite intrare in egyptū. Ille.n.egyptū intrat
q̄ mūdū ⁊ mūdi pompā diligit ⁊ affectat. In egyptū ḡ ⁊ in
mūdū p affectū ⁊ cōplacētiā nō eſt intrādū: ſ abinde po-
tius exeundū. Et merito: q̄z ꝓcerto ibidē reſidentes diuer

ſis viciis ⁊ variis aīaꝝ piculis ſupponunt̄: Hiere.xlii. Si
ingrediamini in egyptū vt ibi habitetis. gladius quē vos
formidatis vi apphendet vos in terra egypti ⁊ fames pro
qua ſolliciti eſtis adherebit vob in egypto. Abinde vo exe
untes: ⁊ ipm̄ q̄tū ad effectū dimittētes ſanctificant̄ ⁊ emē
dant̄ pſ̄. In exitu iſrl' de egypto ⁊c̄. Facta eſt iudea ſancti-
ficatio eius. Et ſi vis notabis ꝙ iſta egyptus.ſ.mundus
fugiendus eſt ⁊ cōtemnēdus ꝓpter multa. vicz q̄z eſt. Ibi

Gule voracitas.
Mētis captiuitas.
Luxus carnalitas.
Grauis cupiditas.
Grandis crudelitas.
Senſus obſcuritas.
Cordis debilitas.
Falſa fidelitas.
Vana ꝓſperitas.
Boni ſterilitas.
Leuis fallacitas.
Triſtis aduerſitas.
Mortis neceſſitas.

Eſt dico in iſta egypto voracitas
guloſitat̄. Vn̄ illi guloſi dicebāt
Nūe.xi. Recordamur piſciū q̄s
comedebam⁹ i egypto. Vulg⁹.n.
ꝓmiſcuū vt dr̄ ibidē cepit flagra
re deſiderio carniū ⁊c̄. Et pcuſſit
dn̄s pplm̄ plaga mag̃ ⁊ vocat⁹ ē
locus ille ſepulcra cōcupie. Itē ē
ibi captiuitas ſeu ſeruit⁹ ocioſita
tis.in mūdo.n. ſeu in ſtatu pecca
ti ſunt hoīes in ſuitute pigricie ⁊
ocioſitat̄ detēti Deu.xxiiii. Me-
mēto ꝙ ſeruieris in egypto. Itē
eſt ibi immūdicicia ſeu luxus carnalitat̄. Vn̄ ibi abundāt eq̄
amatores in feminas.i.viri luxurioſi ſic dr̄.iii. Reg.x. Ad-
ducebant̄ eq̄ de egypto ſalomoni. vn̄ etiā de aſmodeo de-
monio qd̄ occidebat fornicarios.i. de ſpū fornicatōis dicit̄
Thob.viii. ꝙ ligat⁹ fuit in deſerto ſupioris egypti. Egypt⁹
eīm ſupior ſignat ſtatū mūdanoꝝ. q̄.ſ. dicunt̄ deſertū: q̄z ca
rent oīm bonitate ⁊ dicunt̄ ſpm̄ fornicatōis ſecū hr̄e: quia
pleni ſunt carnis voluptate. Itē eſt ibi fames ⁊ eſuries cu
piditatis Hiere.xlii. Fames adherebit vobis in egypto.
Itē eſt ibi effrenitas crudelitat̄ potiſſime apud ſupiores
⁊ magnates Eſa.xix. Dabo egyptū in manu dn̄oꝝ crude-
liū. Itē eſt ibi obſcuritas erroneitatis Eſa.xix. Emarcue-
runt p̄ncipes memphеos. deceperūt egyptū angulū pplo-
rū eius. Dn̄s miſcuit in medio ei⁹ ſpm̄ vertiginis ⁊ errare
fecerūt egyptū in oīm ope ſuo. Itē ibi eſt debilitas fragili-
tatis Eſa.xix. Erit egyptus q̄ſi mulieres. Itē eſt ibi fallaci
tas infidelitatis. Infidelis eīm dr̄ mūdus: q̄z ꝓmittit auxi-
liū qd̄ nō reddit Eſa.xxx. Egypt⁹ fruſtra ⁊ vane auxiliabit̄
Falſus etiā ⁊ infidelis dr̄. q̄z aliud appet eſſe q̄z inueniat̄.
Et iō tam infideles q̄z ypocrite mōſtruoſis aīalib⁹ q̄ appa
rēt eē hoīes: ⁊ etiā imaginib⁹ ⁊ idolis cōpant̄. Vn̄ Ezech.
.xx. In idolis egypti nolite pollui. Itē eſt ibi ꝓſperitas to
tius vanitatis. Hiē.xlvi. Vitula formoſa ⁊ elegās egypt⁹
ſtimulator ab aq̄lone veniet ei. Itē ibi ē ſterilitas tot⁹ bo
nitatis. Vn̄ illud p̄dictū Ezec.xxix. Dabo terrā egypti de-
ſertā. Itē ibi eſt verboſitas adulatorie prauitatis. Vn̄ de
adulatore p̄t dici illud Oſee.xii. Fedus cū aſſyriis iniit. et
oleū in egypto ferebat. Itē ibi eſt aduerſitas grauis ꝓſpe
ritatis: q̄z in mūdo vigēt multa aſpera ⁊ aduerſa. Vn̄ Eſa.
.xix.cap̄. Onus egypti. cōcurrere faciā egyptios aduerſus
egyptios: ⁊ dirumpet̄ ſpūs egypti ⁊c̄. Itē ibi ē neceſſitas
mortis ⁊ mortalitat̄. q̄z.ſ.poſt oīa neceſſe ē oēs mori.
Amos.iiii. Miſi in vos mortē in via egypti. Iſta ḡ oīa vi
cia ⁊ picula ſunt i egypto.i.in mūdo: q̄propter filii iſrl'.i.vi
ri iuſti ipm̄ vt dictū eſt debēt exire. ipmq̄z cōtēnere ⁊ horre-
re Ezec.xxiii. Egypti nō recordaberis ampli⁹. Quapropt̄
etiā dn̄s ſolet inde ſuos educē ⁊ ſaluare Ioſue.xxiiii. Dn̄s
deus nr̄ eduxit nos ⁊ p̄res nr̄os de egypto.i. de mundo vel
pctō. Scd̄o dico ꝙ p egyptū p̄t ſtat⁹ pnīe intelligi Exo.
iii. Vidi afflictionē ppl'i mei q̄ ē in egypto. Egypt⁹ eīm ma
gnis calorib⁹ inflamat̄. Solitudinib⁹ circūdat̄. Aquis et
fluminib⁹ irrigat̄. Sic vere chariſſimi pnīe ſtatus hz ardo
rē cōtritōis Ezech.xxx. Dabo ignē in egypto. Flumina la-
chrymoſe cōpūctiōis Gen̄.l. Fleuit egyptus.lxx. dieb⁹. Ha
bet etiā deſerta laborioſe afflictōis Ezec.xxix. Dabo terrā
egypti derſertā: ⁊ ſeruiēt dn̄o egyptii Math.ii.dr̄. Or an-
gelus p̄cepit ioſeph matrē ⁊ puerū accipe. ⁊ in egyptū a fa
cie herodis fugere. In q̄bus vobis notare poſſum. ꝙ a fa-
cie herodis.i. dyaboli.in egyptū.i. ad caliginē hūilitatis ⁊
ad pnīe ſtatū debem⁹ fugere. vt puerū.i.puritatē cū mr̄e
eius innocētia poſſim⁹ ſuare. Quia reuera in tali egypto
debet eſſe altare nr̄e deuotōis. ⁊ ſeruitiū diuīe obediētie ⁊
famulatōis. Seruiēt inq̄t dn̄o egyptii.i.hūiles ⁊ penitētes

Et ſi vis notabis ꝙ in egypto .i. in ſtatu hūilitatis. religionis ⁊ ꝑnie manēdum eſt cum iſto puero. Quia locus eſt

Saluationis tutiſſime.
Cognitionis certiſſime.
Dilectionis chariſſime.
Reuerſionis vtilime.

Ibi eñi anime ſaluanť ⁊ liberanť Exo. ij. Uir egyptiꝰ liberauit nos. Ibi etiā diuina credunť et cognoſcunť Eſa. xix. Cognoſceť dñs ab egypto. Ibi etiā oēs amanť ⁊ diligunť Deuť. xxiij. Nō abbominaberis ydumeū: qꝛ frater tuus nec egyptiū ⁊c. Ibi inſuꝑ ad deū reuertunť ⁊ reducunť Eſa. xix. Reuertenť egyptij ad dominū ⁊c. Tertio dico ꝙ ꝑ egyptū intelligiť pctm̄. vel pctā: ⁊ hoc. Quia

Luxurioſe ſolet aſpicere.
Se capitoſe ſolet erigere.
Litigioſe ſe ſolet regere.
Solacioſe ſolet ꝯuiuere.
Supiores ſolet ꝯtemnere.
Inferiores ſolet opprimere.
Se meliores ſolet dimittere.
Graues dolores ſolet icurrere.

Dico ḡ ꝙ egyptij .i. peccatores ſeu mūdani ſolent inſpicere luxurioſe. Uñ Geñ. xij. dr̄. ꝙ viderūt egyptij mulierē pulcram ⁊ fecerūt ꝙ ſublata ē in domo pharaonis. Itē dico ꝙ iſti ſolent erigere ſe capitoſe. habēt eñi cor ⁊ caput ꝯtra deum ⁊ ꝓximū induratū ⁊ obſtinatū Exo. xiiij. Indurabo cor egyptiorū vt ꝑſequētur vos. Indurabo inq̄t .i. indurari ꝑmittā. Itē iſti ſolēt ſe regere litigioſe. vñ illud Eſa. xix. Concurrere faciā egyptios ꝯ egyptios. Itē ſolēt ꝯuiuere ſolacioſe. Mali eñi nō curāt niſi ſolaciari ⁊ ludere in ꝓſperis huiꝰ mūdi Itē iſti ſolent cōtemnere ſupiores. Uñ de agar egyptia dr̄ Geñ. xvj. ca. Qꝛ ꝯcepiſſe ſe videns deſpexit dñam ſuā. De ꝯteruis etiā ſubditis q̄ ꝓlatos ⁊ ſupiores ꝯtēnūt dici pōt illud Geñ. xlvj. Deteſtanť egyptij oēs paſtores ouiū. Itē iſti ſolent opprimere inferiores. vñ Exo. j. Oderāt filios iſrľ egyptij ⁊ affligebāt eos. atq; ad amaritudinē ꝑducebāt vitā illoꝝ opibꝰ duris. Itē iſti ſolēt dimittere ſe meliores: qꝛ .ſ. mali nō curāt ď ſocietate bonoꝝ. Abbominanť eñi ⁊ comedere: ⁊ cohabitare cum eis ꝯtemnūt Geñ. xliij. diciť. ꝙ egyptij ꝓphanū putāt hmōi ꝯuiuiū. Iſti etiā ſolent incurrere graues dolores .ſ. finaliter in inferno. Figurati in illis egyptijs q̄ ſubmerſi ſunt in mari rubro. ꝑ qď denotať amaritudo inferni: cū pharaōe rege ſuo ꝑ quē dyabolus denotatur. De quo Exo. xiiij. Fugiētibus egyptijs occurrerūt aque. ⁊ inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Quarto dico ꝙ adhuc egyptus ſignat infernum: et hoc. Propter

Ardorem extitioſum.
Squalorem penurioſum.
Errorem caliginoſum.
Furorem impetuoſum.

Eſt eñi ibi ignis inextinguibilis. Uñ illud ꝑdictū Ezec. .xxx. Dabo ignem in egypto. Itē ibi eſt ſqualor ſeu ſterilitas iſatiabilis. Uñ illud ꝑdictū Eze. xxix. Dabo terrā egypti deſertā. Itē ibi eſt error inilluſtrabilis. vñ ⁊ egyptus interꝑtať tenebre. ſeu anguſtia aut tribulatio. vñ Exo. x. Tenebre ſuꝑ terrā egypti tamdēſe vt palpari q̄ant. Itē ibi eſt furor nunq̄ placabilis: qꝛ .ſ. ſicut in ſupiori egypto ſunt fere crudeles. ſic in inferno demōes. vñ illud Eſa. xix. Dabo egyptū in manu dñoꝝ crudeliū. Patet ḡ ꝙ egyptꝰ ſignat mundū. penitētie ſtatum. pctm̄ infernum.

Ego. Nota ꝙ iſta dictio ego eſt ꝓnomē noīatiui caſus. numeri ſingularis. prime perſone. oīs generis q̄ .ſ. ſꝑ ꝑſonā illius q̄ loq̄ť ſignat ⁊ ſꝑ prime ꝑſone ſe copulat atq; ligat. Igiť dico ꝙ ego ad oīa pt referri .ſ. Ad

Summū creatorem.
Iuſtum viatorem.
Ducem vel paſtorem.
Uanum peccatorē.
Hoſtem ꝓditorem.
Mundū deceptorem.

Dicā ḡ qď ego pōt predicari de deo: ⁊ ꝙ deus pōt dici ego ⁊ etiā ipē de ſeipō pōt dicē ego. Eſt .n. iſte ego noīatiuꝰ ꝓpť diuulgatā famoſitatē. hꝫ .n. nomē admirabile in vniuerſa terra. vñ ipē dič Eſa. xlij. Ego dñs hoc ē nomē meū. Itē ipſe ſingulariſ nūeri ꝓpť ſūmā ⁊ vnicā dignitatē Eſa. xlv. Ego dñs ⁊ nō eſt alter. ⁊ Deu. xxxij. Uidete ꝙ ego ſuꝫ ſolus: ⁊ nō ſit aliꝰ deus ꝑter me. ego occidā ⁊ ego viuē faciā. ꝑcutiā ⁊ ego ſanabo. Itē ipē eſt ꝑme ꝑſone ꝓpť ſupiorē excellētiā. ꝓpť antiq̄orē exñtiā. ꝓpť efficaciorē influētiā. Primꝰ .n. eſt qꝛ prior in dignitate dū ab ipō cūcta gubernanť Eſa. xlj. ⁊ Apoc. j. Ego ꝑmus ⁊ nouiſſimꝰ: qꝛ ꝑor in eťnitate ⁊ antiq̄tate. duꝫ poſt ipm̄ cūcta generāť Ioh. viij. Anteq̄ abraā fieret ego ſuꝫ. qꝛ ꝑor in bonitate. dū ab ipō ſicut a ꝑmo ꝑncipio oīa ꝓcedere cōꝓbanť. Uñ ipſe de ſeipſo loquēs dicit Ioh. viij. Ego principiū q̄ ⁊ loq̄r vobis. Itē eſt oīs gñis ꝓpter oēm ⁊ vniuerſalē ſupioritatē Eſa. xlv. Ego dñs faciēs oīa. Itē ipſe teſtimoniū ꝑhibet de ſeipſo ꝓpter ſummā ⁊ ineffabilē veritatē. Iſta .n. dictio ego ſꝑ loquiť de ſeipſa ſicut deꝰ cuꝫ allegare neq̄at aliud veriꝰ. ſe teſtimoniū ꝑhibet ſibipſi. vñ ipſe eſt qui dicit Ioh. viij. Si ego teſtimoniū perhibeo de meipō verū eſt teſtimoniū meū: quia ſcio vñ venio ⁊ quo vado. Unde ipſe eſt qui dicit de ſeipſo illud Exoď. iij. Ego ſum q̄ ſuꝫ. In q̄bꝰ vbis oñdiť ꝙ ipē de ſeipſo ꝑdicat. Sue

Ueritatis ſummā eſſentiā q̄ nunq̄ deficit.
Maieſtatis ſummā potētiā. q̄ totū efficit.
Bonitatis ſūmā clemētiā q̄ cūctis ꝓficit.

Primū ſpectat ad eius diuinitatem.
Secundū ad eius auctoritatem.
Sed tertium ad eius humanitatem.

Eius eſſentia nūq̄ variať. Ego ſum.
Eius potentia ſemꝑ oꝑatur. Qui inq̄t.
Eius clementia cūctis ꝑñtať. Sum inq̄t.

Iſta .n. dictō ſuꝫ. ē dictō ſbſtātiua. Iſta dictio q̄ eſt dictio effectiua. ſꝑ .n. ad iſtaꝫ dictionē q̄ ſequiť aliquis actus. vt cuꝫ dicitur. Qui viuit. qui dormit. qui bibit ⁊c. Iſta dictio ſum eſt dictio preſentatiua vt cum dictum eſt Ioh. xviij. Quē queritis Ieſum nazarenū: dixi vobis. quia ego ſum .ſ. hic ad ꝑſens: ⁊ ſic bene dixi ꝙ hic oſtendiť de deo ꝑ iſtud ego.

Diuinitas durans ꝑpetue. Ego ſum.
Sublimitas agens aſſidue. ego qui.
Humanitas pñs ꝯtinue. ego ſum.

Dico ergo ꝙ iſtud ego pōt ꝑdicari de deo inq̄ntū ad eēntiā ſue diuinitatis. Ego ſum inq̄t. Sum eñi ſignat q̄ndaꝫ exñtiaꝫ iuariabilē ⁊ eternā. q̄ vtiq; cōpetit deo ſoli. cū ꝑter ipm̄ nihil ſit reꝑire qď ꝓprie ſit: qꝛ .ſ. oīs creatura eo ꝙ creatū ē a vero eē deficit ⁊ deſiſtit. qď ptꝫ de angelis. de q̄bꝰ dicitur Iob. iiij. Ecce qui ſeruiūt ei nō ſunt ſtabiles. de celis diciť Iob. xv. Ecce celi nō ſunt mūdi in cōſpectu eiꝰ. Qď ptꝫ etiā de hoībus de q̄bus dr̄ Eſa. xl. Oīs gentes q̄ſi nō ſint: ſic ſunt corā deo. De terra etiā ⁊ de mari diciť Apoc. .xxj. Primū celū ⁊ prima terra abijt: ⁊ mare iam non eſt. Ad deū ergo ſolū ꝑtinet dicere. Ego ſum. qꝛ .ſ. ipſe hꝫ verū ⁊ ſummū ꝑpetuitatis ⁊ eſſentie fundamētū. Uñ ipſe eſt q̄ dicit Leui. xviij. ⁊ .xix. Ego dñs. ⁊ iterū. Ego dñs deus veſter. ⁊ iterū. Ego ſum dñs deus vr̄. Et ſic notare potes ꝙ deꝰ pt dicē de ſeipō ſuā .ſ. eternā eēntiā ꝑdicādo. Ego ſum

Impator fortiſſimus.
Liberator tutiſſimus.
Uindicator duriſſimus.
Expiator ſanctiſſimus.
Reuelator veriſſimus.
Speculator certiſſimus.
Fabricator doctiſſimus.
Dominator altiſſimus.

Dicit ḡ ſe eſſe fortiſſimū impatorē. Uñ ipſe dixit iacob Geñ. .xlvj. Ego ſum fortiſſimꝰ deus pr̄is tui noli timere. Itē dič ſe eſſe tutiſſimuꝫ liberatorē. de q̄ ipſe dicit Geñ. xxvj. Ego ſum deꝰ abrahā pr̄is tui noli timere. qꝛ ego tecū ſuꝫ. ſuꝑ. ꝑatus liberare ⁊ iuuare te. Itē ipē dicit ſe duriſſimū vindicatorē vñ ipſe eſt q̄ dicit Exoď. xx. Ego .n. ſum fortiſſimꝰ. zelotes. deus viſitās iniq̄tatē patrū in filios i tertiā ⁊ q̄rtā generationē. Itē ipſe ſe dicit eē ſanctiſſimū expiatorē .ſ. nroꝝ criminū ⁊ culpaꝝ. Uñ ipē eſt q̄ dicit Leuiť. xx. Sanctificamini ⁊ eſtote ſcti. qꝛ ego ſuꝫ ſctūs dñs deꝰ vr̄: ⁊ ſequiť. Ego dñs q̄ ſctifico vos. Item ipſe ſe eſſe dicit veriſſimū reuelatorē. Uñ ipſe dicit ſe eē lucē q̄ oīa abſcōdita reuelat Ioh. viij. Ego ſum lux mūdi. Itē ipē ſe dicit certiſſimū ſpeculatorē Hiere. vij. Ego ſum. ego ſuꝫ. ego vidi dicit dñs. Itē ipē ſe dicit doctiſſimū ꝓcreatorē ⁊ fabricatorē. Uñ ipē ait Apoc. .j. Ego ſuꝫ ꝑmus ⁊ nouiſſimꝰ: ⁊ ibidē. Ego ſuꝫ ꝑncipiū et finis. Itē ipſe dicit ſe eſſe altiſſimū dñatorem Leui. xxiiij. Ego ſuꝫ dñs deꝰ vr̄. Et aduerte. qꝛ vt cōiter vbicūq; deus dicit. ego ſuꝫ. ipē vr̄ loq̄ cōminatiue ⁊ etiā ꝓhibitiue. q.d. Caueatis a malo: qꝛ ego dñs q̄ punirē vos. ſicut Leui. xix. vbi in ꝑncipio dr̄. Ego dñs deꝰ vr̄ nolite ꝯuerti ad ydola. ſequiť. Ego dñs deꝰ vr̄ nō facieť furtū. nō mētiemi. nec decipiat vnuſq̄ſq; ꝓximū ſuū ⁊c. qꝛ reuera valde dꝫ a vicijs q̄s cauere. q̄ ſcit talē dñm ſe hr̄e. q̄ .ſ. ꝑatus ē bonos ⁊ obediētes remunerare. ꝯteruos ꝟo ⁊ diſcolos caſtigare. vnď Leui. xxv. Nolite affligere ꝯtribulos vr̄os: ſꝫ timeat vnuſq̄ſq; deū ſuū: qꝛ ego dñs deꝰ vr̄. facite ꝑcepta mea ⁊ iudicia cuſtodite ⁊ implete ea vt habitare poſſiť in terra abſq; vllo pauore. Ptꝫ ḡ ꝙ ego pōt dici de deo. q̄tū ad eēntiā ſue diuinitatꝭ. Ego ſum inq̄t. Adhuc dico ꝙ ego pōt dici de deo q̄tum ad potētiā ſue ſublimitatis: ⁊ hoc oñdiť cū dr̄.

ꝙ. Qui.n.eſt vnū ꝓnomē qđ ſolet factū aliqđ ſequēs notare ⁊ ſignificare. vt dictū eſt. vtpote cū dicit. Qui viuit in eternū creauit oīa ſimul Eccī.xviij. ⁊ in pſ. Qui habitas in celis miſerere nobis. Et Prouerb.xij. Qui opat terraʒ ſuā ſaturabit panibꝰ ⁊c. Et ideo dico ꝙ quāqʒ deus q eſſe dr̄ in hoc opatiua ipſiꝰ potentia deſignat. Vñ ipe eſt. Qui

Sanctificat.
Saluificat.
Iuſtificat.
Letificat.

Eſt eñ ſanctificatio deuotoꝝ ipos conſtituēs in felicitate Leui.xx. Ego dñs q ſanctifico vos. Eſt etiā ſaluificatio ſeu liberatio depſſoꝝ ipſos eripiēs ab aduerſitate Eſa.lxiij. Ego q loqr iuſticiaʒ ⁊ q ꝓpugnator ſum ad ſaluandū. Eſt etiā iuſtificatio pctoꝝ ipſos mūdificans ab iniqtate Eſa.xliij. Ego ſum ego ſuʒ ipſe q deleo iniqtates tuas ꝓpter me. Eſt inſup letificatio miſeroꝝ ipos tutificās a captiuitate: ⁊ iõ iſte eſt q dicit in pſ. Ego eñ ſum dñs deus tuꝰ q edu. te de ter. egyp. dilata os tuū ⁊ implebo illud. Sic ḡ dico ꝙ ego refert ad deū q̄tuʒ ad potētiā ſue ſublimitatis. Qui inqt. Vide.ſ. de q in titu. ſuo in lr̄a. Q. Deniqʒ dico. ꝙ ego pōt referri ad deū q̄tū ad clemētiā ſue humanitatis. qđ oñdit cū dr̄. Sum. Sū.n. vt dictū eſt. verbū ſubſtātiuū ē ſignat.n. ſbam. ſba aūt accidētia ſuſtētat. Sic in xp̄o diuinitas hūanitatē ſuſtinet atqʒ portat ipamqʒ in pſona filij ſuppoſitat. pſonat ⁊ limitat: ⁊ eiꝰ depēdentiā determinat atqʒ ſedat. Vñ ipſe eſt q dicit illud Act.ix. Ego ſum Ieſus nazarenꝰ. Ego inqt ſum. Ecce quō diuinitas ſbſtat hūane nature. Ih̄s inqt.i. ſaluator: ecce quō obuiat hūane iacture. Nazarenꝰ inqt.i. floridꝰ. Ecce quō portat flores ſcitatꝫ pure. Et aduerte ꝙ iſte ego.ſ. xp̄s. ð ſeipo hūanato ⁊ icarnato pōt ⁊ poterat dicē q ſequūt. vicʒ. Ego ſum

Procurator ſupne deitatis.
Predicator ⁊ nūcius veritatis.
Mēdicator ⁊ regula pauptatis.
Cōſultor magne ſagacitatis.
Cōſecrator care fraternitatis.
Impator grādis ſublimitatis.
Famulator grandis hūilitatis.
Illuſtrator oīs obſcuritatis.
Coſolator triſtis aduerſitatis.
Conſeruator iugis ſedulitatis.
Expiator oīs iniqtatis.
Caſtigator dure ſeueritatis.
Suſcitator oīs mortalitatis.
Gubernator grādis auctoritatꝫ.
Erogator dulcis benignitatis.
Atteſtator vere fidelitatis.
Triūphator inuicte poteſtatis.
Contēplator excelſe dignitatis.
Premiator immenſe largitatis.
Dominator pclare maieſtatis.

Ecce ḡ quot modis in ſcriptura xp̄us dr̄ ego. Iſte eñ ſupne veritatis fuit ꝓcurator. A prē.n. ꝓceſſit ⁊ ab ipſo fuit legatꝰ ⁊ ꝓcurator in mūdū miſſꝰ dr̄. Eccī.xxiiij. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij. ⁊ Ioh.vij. dr̄. Ego ſcio euʒ q ab ipſo ſum. ⁊ ipe me miſit. Itē iſte eterne veritatis fuit pdicator. vñ ipe dic Ioh.xiiij. Ego ſuʒ via. veritas ⁊ vita: ⁊ Ioh.xviij Ego in hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni vt teſtimoniū phibeaʒ veritati. vel etiā ipſe hūane ruditatꝫ fuit informator. vñ ipſe dicit Eſa.xlviij. Ego dñs docens te vtilia. Itē iſte egene pauptatis fuit freqntator: qr.ſ. q̄diu xp̄s vixit. fuit paup pſ. Paup ſum ego ⁊ in laboribꝰ a iuuētute mea. Itē iſte magne ſagacitatis fuit ꝯſultator Prouer.viij. Ego ſapiētia habito in ꝯſilio. Itē iſte care firmitatis fuit ꝯſectator Prouer.viij. Ego diligentes me diligo. ⁊ Cañ.vj. Ego dilecto meo ⁊ dilectꝰ meꝰ mihi. Itē iſte grādis ſublimitatꝫ fuit impator Eccſ.j. Ego eccliaſtes fui rex iſrael. Item iſte grādis hūilitatis fuit famulator. Iſte eñ dicebat Lu.xxij. Ego in medio vr̄m ſum ſicut q miniſtrat. Itē iſte oīs obſcuritatis fuit illuſtrator. Vñ ipſe dicit Ecc.xxiiij. Ego feci in celis vt oriret lumē indeficiēs: qr.ſ. ab ipſo reuelata ē lux fidei ⁊ ſcripture: ⁊ patefacta rerū obſcuritas q latebat. vñ ipſe dicebat Ioh.viij. Ego ſum lux mūdi. ⁊ Ioh.xij. Ego lux in mundū veni. Itē iſte oīs aduerſitatis fuit ꝯſolator Vñ ipſe dicit ſe ee vitem ⁊ vineā: qr vinū letificat cor hoīs Ioh.xv. Ego ſum vitis vera. ⁊ Ecc.xxiiij. Ego q̄ſi terebintus. ego q̄ſi vitis. Vñ etiā ipe dicit Lu.xxiiij. Ego ſum nolite timere. Itē iſte magne ſedulitatis fuit ꝯſeruator. Valde eñ diligēs ē ⁊ fuit ad aīam ⁊ eccliam ꝯſeruādā. Vñ de vinea dixit ipe Eſa.xxvij. Ego dñs q ſeruo eā: ſequit. Nocte ⁊ die ſeruo eā. Itē iſte oīs iniqtatꝫ fuit expiator. Vñ iſte eſt q dicit Ezec.xxxvij. Ego dñs ſanctificator iſrl̄. Itē iſte dure ſeueritatꝫ fuit caſtigator. Acriter eñ. repħēdebat peccātes. ſicut legit Mat.xxj. ⁊ Ioh.ij. Vbi fecit flagellū ad vēdētes eijciendū de tēplo. Vñ iple eſt q dicit Eze.xxix Ecce ego ad te pharao rex egypti ⁊c. ⁊ Eze.xxvj. Ecce ego ſup te tyre ⁊c. Bonos etiā quoqʒ caſtigat ⁊ tribulat ne delinquāt: qr ipe eſt q dicit Apoc.iij. Ego qs amo. arguo ⁊ caſtigo. Itē iſte nr̄e mortalitatis eſt ⁊ erit ſuſcitator: qr.ſ. iſte ſuſcitabit in iudicio mortuos corpaliter: nūc vo cotidie ipe p grām ſuſcitat mortuos ſpūaliter.ſ. pctores. vñ ipſe dicit Ioh.xj. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. q credit in me etiā ſi mortuꝰ fuerit viuet. Itē iſte grādis auctīs fuit gubernator Paſtor eñ erat ⁊ greges fidelium paſcebat ⁊ gubernabat Ioh.x. Ego ſum paſtor bonꝰ. Itē iſte dulcis benignitatis fuit erogator. Libēter eñ paupibꝰ bñfaciebat: ⁊ alios paupibꝰ bñfacere mādabat. vñ ipe dicit Io.vj. Ego ſuʒ panis viuus ⁊ ego ſum panis vite. ſup. ad alios nutriendūʒ. ⁊ Oſee.xj. dr̄. Ego q̄ſi nutricius effraym. Itē iſte magne fidelitatis fuit atteſtator. Vñ ipe dicit Hie.xxix. Ego ſuʒ iudex ⁊ teſtis. ⁊ Ioh.viij. Si ego teſtimoniū phibeo veritati teſtimoniū meū verū eſt. Itē iſte inuicte ptātis fuit triumphator. Vñ ipe ē qui dicit. Cōfidite. ego ſum q vici mūdū Ioh.xvj. Itē iſte excelſe ciuitatis fuit ſpeculator ſeu cōtēplator Ecc.xxiiij. Ego in altiſſimis habito: ⁊ thronꝰ meus in colūna nubis. Itē imēſe largitatis fuit pmiator: qr.ſ. pmia vite eterne dat iuſtis: ſic ipe dicit Ioh.x. Ego cognoſco oues meas: ⁊ ſequūt me. ⁊ ego vitā eternā do eis. Itē pclare maieſtatis ē dñator. Vñ ipſe eſt q dicit Apoc.xxij. Ego ſum genꝰ ⁊ radix dauid. ſtella ſplēdida et matutina. Et ſi vis dic ꝙ iſte dr̄ ego. qr pcedit alios antiqtate ⁊ eternitate. qr.ſ. ipe ē q dic Io.viij. Anteq̄ʒ abraā fieret ego ſuʒ Dicit genꝰ ⁊ radix: qr ipſe influit alijs bonitate ⁊ pietate. Genus eñ cōicat ſe ſpēbꝰ: ⁊ radix influit i ramos. Dr̄ dauid.i. vultu deſiderabilis: qr iſte pceſſit alios ꝯuerſatōnis pulcritudine ⁊ honeſtate. Dr̄ ſtella ſplēdida ⁊ matutina. qr oēs alios pcedebat. ſciētia. claritate ⁊ ſublimitate. Patʒ ergo ꝙ ego pdicator de deo ⁊ q̄tum ad ſuā hūanitatē q ſe pñtauit nobis ꝓfecte. Sum inqt. Et q̄tum ad ſuā auctē q ſe repñtat agens aſſidue. Qui inqt. Et q̄tuʒ ad ſuā diuinitatē q ſp extitit durās ppetue. Ego ſum inqt. Bene ḡ dicit. Ego ſum q ſum. Patʒ ḡ ꝙ ego pōt dici de ſummo creatore.ſ. de deo. Et hoc ē pmū pncipale. Scđo dico. ꝙ ego pōt dici ⁊ pdicari. de iuſto viatore. Iuſtus eñ dicit. Ego: qr ſicut dictū eſt ego eſt pme pſone. ⁊ verbo pme pſone cōiungit. noīatiui caſus ē. nūeri ſingularis. Pronomen ē qđ.ſ. ꝓ noie ponit. oīs generis eſt: ⁊ ſp ſignat pſonā illiꝰ q loquit. ſicut.ſ. de deo declaraui. Iſte eñ.ſ. iuſtus viator dʒ eſſe pme pſone: qr alios dʒ pcedere.ſ. bona opa inchoādo ⁊ anticipādo. Vñ illud Apoc.j. Ego pmꝰ. ⁊ Eſa.xlv. Ego ante te ibo. Prime pſone dʒ ꝯiūgi: qr.ſ. pmioribus.i. deo ⁊ ſctis ⁊ melioribꝰ ſe dʒ iūgere. ipoꝝ bonos mores imitādo ⁊ ſocietatē ſectando. Vñ iſte bonis pſonis dʒ dicere illud Math.vl. Ego aūt vobiſcū ſuʒ oibus diebꝰ vſqʒ ad ꝯſūmationē ſeculi. Noīatiui caſus dʒ eſſe.ſ. bonū nomē ⁊ famā habēdo ⁊ vēdicādo Ecc.xlj. Curā habe de bono noie. Numeri ſingularis dʒ eſſe.ſ. alios in vtutibꝰ ſingulariter excellēdo. vel ſocietatē alioꝝ fugiēdo ⁊ ſolitarie. ⁊ ſingulariter habitādo pſ. Singulariter ſum ego donec trāſeā: ꝓnomen debet eſſe: qr.ſ. ꝓ alijs ſe debet ponere opponere ⁊ exponere ipos adiuuando ⁊ defendēdo. ⁊ ꝓ eis orādo et ſupplicādo Luc.xxij. Ego rogaui ꝓ te vt nō deficiat fides tua. ⁊ iij. Reg.ij. optime loquit. Ego loqr pro te regi. Ois generis debet eſſe.ſ. oibus ſubueniēdo ⁊ ſe oibꝰ ꝯformando.j. Cor.ix. Oibus oia factus ſuʒ. ſequit. Ego aūt ſic curro. De ſeipſo aūt libēter loquit.ſ. ſe rephendendo: ⁊ ꝓpriā fragilitatē recolēdo: ⁊ etiā bona ſua vt ſit exēplū alijs recitādo dicēs.ſ. illud Ioh.viij. Ego teſtimoniū phibeo ð me ipſo. Et aduerte ſi vis. ꝙ p ego pōt pdicare ⁊ dicere. Sue

Nature fragilitatem.
Fortune ſterilitatem.
Miſerie calamitatem.
Precedētis culpe iniqtatē
Penitentie penalitatem.
Abſtinentie auſteritatē.
Clementie benignitatē.
Patientie ſtabilitatem.
Efficacie fecunditatem.

Itē ſi ſibi dicat ⁊ ab eo q̄rat. Quis es tu? q̄tū ad nature fragilitatē. Rñdet Sapien.vij. Sum qdeʒ ego hō mortalis. ſilis hoibus et ex genere terreno illius qui pmo factus ē. Iteʒ qs es tu? q̄tū ad fortune tenuitatem ſeu ſterilitateʒ. Rñdet illud

Item dico ꝙ ipē pōt p̄dicare ꝑ ego.
Doctrine amplitudinem.
Mundicie pulcritudinem.
Iuſticie rectitudinem.
Fiducie certitudinem
Charitatis viciſſitudinem.
Humilitatis baſſitudinem.
Sublimitatis celſitudinem.
Orationis fortitudinem.
Deuotionis quietudinem.
Prelatōis ſtatū ſeu ſubditoꝝ multitudinē
Finalis mortalitatis meſtitudinem.
Preſentis aduerſitatis magnitudinem.
Future felicitatis plenitudinem.

p̄s. Pauꝑ ſū ego ⁊ in laborib⁹ a iuuētute mea. Itē q̄s es tu: q̄ꝫtū ad miſerie calamitatē. R̄n̄. illud p̄s. Ego ſuꝫ vermis ⁊ nō hō. obprobrium hoim ⁊ abiectio plebis. Itē quid fuiſti. q̄ꝫtum ad p̄cedētis culpe ꝑuerſitatē. R̄ndet cuꝫ dd̄. ij. Reg. xxiiij. Ego ſuꝫ q̄ peccaui. ego q̄ inique egi. ⁊ cuꝫ apl'o Ro. vij. Ego carnalis ſum venūdat⁹ ſub pctō. Itē q̄d feciſti q̄ꝫtū ad pnīe penalitatē. R̄n̄det illud p̄s. Ego aūt cum mihi moleſti eſſent induebar cilicio. Itē q̄d facis q̄ꝫtuꝫ ad abſtinētie auſteritatē. R̄n̄det illud Thob. xij. Ego inuiſibili cibo ⁊ potu vtor. Itē q̄lis es tu. q̄ꝫtū ad clemētie dulcedinē ⁊ pietatē. R̄n̄det in p̄s. Ego q̄ſi oliua fructificaui in domo dei. Itē q̄lis es tu q̄ꝫtū ad patie ſtabilitatē. R̄n̄det illd̄ p̄s. Ego aūt in flagella ꝑatus ſum. Itē q̄d feciſti q̄ꝫtum ad operū efficacie fecūditatē. R̄n̄det. Ecci. xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ⁊ flores mei fructus honorꝫ ⁊ honeſtatis ⁊ gr̄e. Si v̄o vltra ꝓcedendo q̄rat̄ q̄d fecerit q̄ꝫtū ad doctrie amplitudinē. R̄n̄det. Ecci. xxiiij. Ego ſapientia effudi flumina. ⁊ ibidē. Ego q̄ſi trames aque immēſe de fluo. Ego q̄ſi fluui⁹ dorix. dixi. Rigabo hortū plantationū mearū. Item ſi querat̄ q̄lis ſit q̄ꝫtū ad mundicie ſeu caſtimonie pulcritudinē. R̄n̄dit illud Can̄. ij. Ego flos cāpi ⁊ lilium ꝯuallium. Itē ſi q̄rat̄ q̄lis eſt q̄ꝫtū ad iuſticie rectitudinē. R̄n̄dit illud Eſa. lxiij. Ego q̄ loq̄r iuſticiā. Itē ſi querit̄ q̄lis ſit q̄ꝫtū ad fiducie certitudinē. R̄n̄det illud p̄s. Ego aūt in dn̄o ſperaui: exultabo ⁊ letabor in miſcdia. Itē ſi q̄rit̄. q̄lis eſt q̄ꝫtū ad charitatis viciſſitudinē. R̄n̄det illd̄ p̄dictum Prouer. viij. Ego diligētes me diligo. Itē ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtū ad humilitatis baſſitudinē. R̄n̄det illd̄ p̄s. Ego v̄o egen⁹ ⁊ pauꝑ ſuꝫ. ⁊ illud. Ego ſeru⁹ tu⁹ ⁊ fili⁹ ancille tue ⁊c̄. Ego aūt hūiliatus ſuꝫ nimis. Iuſtus. n. libēti⁹ allegat illud qd̄ ꝑtinet ad hūilitatē. Exēplo Amos ꝓphete q̄ dicebat Amos. vij. Non ſum ꝓpheta: nec ſum filius ꝓphete: ſ armētarius ego ſum vellicās ſicomoros. Itē ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtū ad ꝯtemplatōis celſitudinē. R̄n̄det illud p̄dictū Ecci. xxiiij. Ego in altiſſimis habito. Itē ſi q̄ritur q̄lis fuit q̄ꝫtum ad orōnis fortitudinē. R̄n̄det illud p̄s. Ego aūt orabā. Et illud. Ego clamaui ⁊ exaudiſti me. Itē ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtū ad deuotiōis q̄etudinē. R̄n̄det illud Cant. v. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Itē ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtū ad p̄latōis ſtatū ſeu q̄ꝫtū ad ſubditoꝝ multitudinē R̄n̄det illud p̄dictū Ioh. x. Ego ſuꝫ paſtor bon⁹. ⁊ cognoſco oues meas ⁊ cognoſcūt me mee. Itē ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtuꝫ ad mortis meſtitudinē. R̄n̄det illud. ij. Thi. iiij. Ego eñ iam delibor ⁊ tēpus mee reſolutōis inſtat. Et illud. iij. Reg. ij. Ecce ego ingredior viam vniuerſe carnis. Item ſi querit̄ q̄lis eſt q̄ꝫtum ad oīs ꝑfectiōis ſanctitudinē. Reſpōdet illud p̄dictum Apoc. xxij. Ego ſum genus et radix dauid. ſtella ſplēdida ⁊ matutina. Uide eā expoſitā ⁊ diuiſam. ī. de ſtella. Itē ſi querit̄ q̄lis ſperat eſſe q̄ꝫtuꝫ ad eterne glorie ⁊ ſaluationis plenitudinē. R̄n̄det dirigēdo verba ſua ipī deo. ⁊ dicit illud p̄s. Ego aūt ī iuſticia apparebo in ꝯſpectu tuo. ſatiabor cuꝫ apparuerit gl̄ia tua. Ecce ḡ q̄ꝫ iſtud vocabulū. ego cōprehēdere pōt oēs v̄tutes ⁊ opa virtuoſa. Patet ergo quomodo ego poteſt intelligi de quolibet viro iuſto. Et etiam ſi vis applicare ad beatam virginē Mariā. dic ꝙ per ego poteſt intelligi ⁊ p̄dicari. Sue
Puritatis. candeſcens floſculus.
Pietatis frondeſcens ortulus.
Charitatis ardeſcēs lectulus.
Ubertatis ꝯcreſcēs riuulus.
Dignitatis ſplēdeſcens titulus.

De ſua puritate pōt dicere illud predictū. Ego flos cāpi ⁊c̄. De ſua pietate pōt ipā dicere illud p̄dictū. Ego aūt ſicut oliua ⁊c̄. De charitate v̄o ſua pōt dicere ipā illud predictū Can̄. ij. Ego dilecto meo ⁊c̄. De vbertate v̄o ſua potuit dicere illud predictū. Ego q̄ſi vitis fructificaui ⁊c̄. De dignitate v̄o ⁊ finali felicitate pō dicere illud p̄dictuꝫ. Ego ſum genus ⁊ radix ⁊c̄. Dici pōt igit̄ ego. de iuſto viatore: ⁊ etiā d̄ celi poſſeſſore. qd̄ eſt ſecundū. Tertio dico ꝙ ego pōt dici de quolibet pctōre. Peccatores eñ volunt eſſe p̄me ꝑſone alios precedēdo per p̄latione ⁊ dn̄atiōem. primis ꝑſonis volunt ꝯiungi ꝑ magnoꝝ ſeruicia ⁊ aſſociatione: ⁊ per ſuam p̄ſumptuoſam reputationē. Omis generis ſunt ꝑ variatiōem ⁊ adulatiōem. nominatiui caſus volunt eſſe per ſue fame ⁊ nois inanē diuulgatiōem. Singularis etiā numeri volunt eſſe ꝑ ſingularē ꝯditiōeꝫ: ⁊ ꝑ aliene vite ꝯtemptū abbominationē ⁊ p̄ſumptionē. Semper etiā de ipſis loqui geſtiunt ꝑ iactantiam ⁊ elationem. Et breuit̄ notare potes ꝙ pctōr dr̄. ego. ꝓpt̄ m'lta. vicꝫ. Quia
Auaricie fame cruciat̄.
Uiolentie dente effrenat̄.
Immūdicie fece maculat̄.
Preſumptōis verbis efferat̄.
Obſtinatōis clauſura durat̄.
Deſperatōis timore turbat̄.
Tribulatōis carcere ligat̄.

Dico igitur ꝙ peccator denotat̄ ꝑ ego: quia cruciat̄ auaricie fame: ⁊ ideo ipſe cōꝑatur cani qui ſemꝑ fameſcit: ⁊ filio ꝓdigo q̄ dure langueſcit. Un̄ iſte pōt dicere cum Golia. Nūq̄d canis ſum ego: quia tu venis ad me cū baculo. j. Reg. xvij. Et cum filio ꝓdigo Luc. xv. Quanti mercēnarij in domo patris mei abundant panibus: ego autē fame hic pereo. Quia reuera bonis ſufficit qd̄ habēt ⁊ ſic abundāt. Malis aūt nihil ſufficit: ⁊ ſic eſuriūt ⁊ mēdicāt. Itē pctōr dicit̄ ego: q2 effrenat̄ violētie dente. Similis. ſ. illi roboam q̄ ſuperbe loquēs populo dicebat. ij. Paral'. x. Pater me⁹ cecidit vos flagellis: ego aūt cedam vos ſcorpionibus. Itē q2 maculat̄ immūdicie fece. ſ. carnalitate ⁊ luxuria. dicere poteſt illud p̄dictū p̄s. Ego aūt ſum vermis ⁊ nō homo. Et illud p̄dictum Roma. vij. Ego autē carnalis ſum. Itē dico ꝙ iſte pōt ſignificari ꝑ ego: quia efferat̄ ꝑ p̄ſumptionē. videt̄ eñ ſibi ꝙ ꝑpetuo nō deficit ꝓſꝑitas ſtatus ſui. Unde iſte eſt qui dicit illud p̄s. Ego dixi in abundantia mea non mouebor ineternū. Item q2 indurat̄ ꝑ obſtinationē. Peccator eñ induratus in malicia non vult audire vel dicere quicq̄d boni p̄s. Ego aūt tanq̄ꝫ ſurdus non audiebam ⁊c̄. Item q2 ꝯturbat̄ ꝑ deſperatiōem. Uidet̄ eñ peccatori ꝙ ꝑpetuo non pōt veniā adipiſci. Un̄ iſte dicit dn̄o illud p̄s. Ego dixi in exceſſu mētis mee ꝓiectus ſum a facie oculorū tuoꝝ. Itē quia carcerat̄. ſ. in inferno ꝑ eternā tribulationē. Un̄ talis ego pōt dici illud Eſa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ vadā ad portas inferi. Et illud Iob. vij. Nunq̄d mare ſum ego aut cecus. q2 circūdediſti me carcere. Patet igit̄ quomodo ego pōt referri ad impium. ad iuſtum ⁊ ad deum. De alijs aūt nihil amplius volo notare: quia poſſunt ſub precedētibus contineri. Sufficit igitur de ego.

Egredi. Egreſſus.

Nota ꝙ egredi idē eſt qd̄ d̄ aliquo loco diſcedere vel exire: vel ad aliū locuꝫ ꝓcedere ⁊ abire. Un̄ ꝓprie. egredi ſignat de termino a quo. ire ad terminum ad quem. Et ideo ſicut eſt dare bonū locum ⁊ malum. vicioſum ⁊ virtuoſum. Sic ꝓculdubio poſſumus diſtinguere. egreſſum ⁊ exitum. vtilem ⁊ inutilem. cōmendabilem ⁊ deteſtabilem. meritoriū ⁊ damnatoriū. Egreſſus ergo cōmēdabilis poteſt de creatore ⁊ de creaturis intelligi. Et breuiter dico ꝙ duplex eſt egreſſus. diuinus. ſcꝫ ⁊ humanus.

Eſt ergo egreſſus domini ſeu diuinus. Sicut eñ video ꝙ egredit̄ a ſole radius. egredit̄ a fonte fluuius. egreditur a domo nuncius. egredit̄ de bello ſaucius. Sic vere diuerſimode egredit̄ diuinus filius a patre. per eternam generationem. A matre per humanam ꝓpaginationem. A celo per temporalem incarnationē. A mūdo per corporalem mortē ⁊ paſſionē. Egreſſus eſt ergo dei filius a patre ꝑ generationē eternā Ioh. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mūdū. Et Michee. v. Egreſſus ei⁹ a diebus eternitatis: ⁊ iſte eſt egreſſus radij ab ipſius ſolis ſubā. Ab ipō eñ ꝯtinue egredit̄ ⁊ manat: ⁊ tñ cū ipō ꝑpetuo indiuiſibiliter manet ⁊ durat. Sic filius a p̄re exit: ⁊ in p̄re ſemꝑ eſt ⁊ fuit Ioh. xiiij. Ego in p̄re ⁊ pater in me. Iſte eſt ḡ egreſſus a p̄re ꝑ generationē. eternā. Itē dico ꝙ eſt egreſſus a matre ꝑ ꝓpagationē humanā: ⁊ iſta fuit in die natiuitatis q̄n ipſe exi-

dit de vtero mrīs in mundū. De q̄ Joel.ij. Egrediat̄ ſpon
ſus de cubili ſuo. Et Eſa.xj. Egrediet̄ virga de radice yeſſe
Et iſte egreſſus eſt ſicut egreſſus floris a ſtipite. q̄ ſine ciꝰ
corruptione foris exit Eſa.xxvj. Egrediet̄ dn̄s de celo ſctō
ſuo. Itē dico ꝙ egreſſus ē de celo ꝑ incarnatōez tꝑalē. Vn̄
in pſ. A ſummo celo egreſſio eiꝰ. Itē egreſſus ē a mūdo ꝑ
paſſionē corꝑalē. vn̄ Joh.xvj. Exiui a pr̄e ⁊ veni in mūdū
iterū relinquo mūdū ⁊ vado ad patrē. Et iſte egreſſus fuit
ſicut hoſpitis q̄ exit de hoſpitio vt ſcʒ ad ꝓpriū domicilium
reuertat̄. dicens cum Jacob Gene.xxxij. In baculo meo
tranſiui iordanem hunc. cum duabus turmis regredior.
Xp̄s em̄ in crucis baculo iordanē noſtre mortalitatis trā-
ſiuit: ⁊ cū duabꝰ turmis. i. corpe ⁊ aīa ad pr̄is gremiū ē re
greſſus. Et ſi vis nota ꝙ xp̄s eſt egreſſus in mūdū. Ad

Refrigerandū benigniter.
Illuminandū mentaliter.
Saluificandū vtiliter.
Affligendum ſeueriter.
Erudiendū ſubtiliter.
Miſerandum dulciter.
Regendum ſagaciter.

Egreſſus eſt dico ad nos be-
nigniter refrigerādū. qđ. ſ. fe-
cit in baptiſmi inſtitutiōe. vel
gr̄e infuſiōe Joelis.iij. Fons
de domo domini egrediet̄ ad
irrigādum torrentē ſpinarū.
Itē ad nos ſpūaliter illumi-
nandū Gen̄.xix. Sol egreſſus ē ſuꝑ terrā. ⁊ loth ingreſſus
eſt ſegor. Itē ad nos vtilit̄ ſaluificādū. Abacuc.iij. Egreſ-
ſus es in ſalutē ppl'i tui. in ſalutē cum xp̄o tuo. Itē ad ſe ꝓ
nobis corꝑaliter affligenduʒ. ꝑ paſſionē. ſ. ⁊ mortē. Jeſus
egreſſus eſt trās torrentē cedron. ſ. ad locū vbi a iuda tra-
di. a iudeis capi. ad pilatū ad ꝓbra. ad flagella ⁊ ad mortē
ſe trahi ꝑmiſit Joh.xviij. vt. ſ. Itē ad nos ſubtiliter eru-
diendū Marc.j. Egreſſus Jh̄s cepit p̄dicare. Itē ad nos
dulciter ⁊ miſericorditer miſerandū Lu.xxij. Egreſſus Je
ſus ibat in montē oliuarū. Oliua em̄ pietatē ſignat. veniā
⁊ dulcorē. Itē ad nos ſagaciter regēdū ⁊ gubernādū Ge-
ne.xlix. Inde paſtor egreſſus eſt lapis iſrael. Iſte eſt ergo
egreſſus dn̄icus. Eſt etiā egreſſus humanꝰ: ⁊ iſte ꝓcul-
dubio multiplex eſt vicʒ. Virtuoſus. vicioſus. laborioſus
doloroſus. formidoloſus. luctuoſus et glorioſus. Pri-
mus ḡ eſt egreſſus ſeu exitꝰ virtuoſus: ⁊ iſte eſt qn̄ hō exit
a vicijs ⁊ ꝓcedit ad virtutes. Sicut em̄ vapor ab inferiori
bus egredit̄: ⁊ ſurſuʒ in celeſtibꝰ inalterat̄. Sic vere nos
debemꝰ ab inferioribꝰ bonis ⁊ oblectamētꝭ. nec nō a pctīs
⁊ vitijs egredi diſcedere: ⁊ ſurſum ad bona ſpūalia ⁊ virtu
alia nos transferre. Iſta videt̄ feciſſe abraā Gen̄.xij. Egre
dere de terra tua. ⁊ de cognatiōe tua. ⁊ veni in terram quā
mōſtrauero tibi. In q̄bus v̄bis oñdunt̄ duo. a q̄bus eſt
nobis egreſſus ⁊ exitus inchoādus. ⁊ duo ad q̄ eſt terminā
dus ⁊ ordinādus. Egredi em̄ debemꝰ ab infectiōe cupidi-
tatis: ideo dr̄ egredere de terra. Ab affectiōe carnalitatꝭ: iō
dicit̄. egredere de cognitiōe tua: ⁊ domo pr̄is. Quorſuʒ ḡ.
ad ꝓpinquitatē charitatiuā: iō dicit̄ veni. i. approping̃ te.
Quorſum: ad ſerenitatē ꝯtēplatiuā: ideo dr̄ in terrā quaʒ
ego mōſtrauero tibi. Egrediamur ḡ a terrenoꝝ cupidita-
te. Egredere inq̄t de terra tua. Terra em̄ noſtra ē mūdus
a qua ꝓcerto tūc tꝑis egredimur: cū terrenas cupiditates
⁊ bona tꝑalia deteſtamur. Serpētes em̄ duʒ de terra egre
diunt̄. viſum quē pre obſcuritate amiſerāt. reſpiciēdo ſolē
recuꝑare dicunt̄. vt dicit Iſiđ. Hyrundines aūt ⁊ cyconie
terrā ꝓpriā in hyeme exeūt ⁊ dimittūt. ⁊ in remotis ꝑtibꝰ
paſcua ſibi querūt. In q̄bus ꝓculdubio nr̄a docet̄ infirmi
tas. ꝙ terrā ꝓpriā. ſ. mundū ⁊ mūdanas cupiditates debe
mus q̄ntum ad effectū exire: ⁊ relinq̄re. ⁊ ad ſolem iuſticie
xp̄m ꝑ deuotionē nos ꝯuertere: ⁊ ad terrā remotiſſimā. ſ.
ad paradiſum ꝑ affectū ⁊ deſideriū nos trāſferre. vn̄ Gen̄.
.ij. Fons deſcēdebat de terra. Sequit̄. Fluuiꝰ egrediebat̄
de loco voluptatis. Terra em̄ ⁊ locus voluptatis dr̄ mun
dus iſte. a quo ꝓcerto q̄ntum ad effectū egrediunt̄ q̄ fon-
tes ꝑ puritatē: fluuij ꝑ pietatē: nūcupari meret̄. Qđ vtiqʒ
eſt ꝯtra multos q̄ ſunt immixti ⁊ inuoluti in affectibꝰ ter-
renis. ꝙ exinde egredi ꝑpetuo nunq̄ q̄rūt. Iſti ſunt ſil'es
cuidā ape falſe q̄ dicit̄ labion. q̄ ſm̄ Pliniū qn̄ pōt intra-
re alueare tāto ardore in mel infigit̄ vt comedat ꝙ ampli
us egredi nō pōt: ſed ab apibꝰ ibi inuenit̄ a q̄bus necatur
⁊ occidit̄. Et ſil'es etiā ſunt muſcis q̄ in telis aranearū duʒ
incaute volitāt circa ip̄as taliter ſe inuoluūt ꝙ exinde am-
plius egredi nequeūt: imo qn̄ ibi ab araneis capte inueni-
untur. capiunt̄ ⁊ occidunt̄. Reuera chariſſimi ſic accidit
multis pctōribꝰ huiꝰ mūdi: q̄ vere tāto impetu ⁊ appeti-
tu. tāta affectiōe ⁊ delectatione. tā incaute ⁊ tā indiſcrete in
melle voluptatū carnaliū. ⁊ in rheti cupiditatuʒ tꝑaliū ſe
infigūt. immergūt ⁊ inuoluūt ꝑ luxuriā ⁊ auariciā. ꝙ exin-
de nō pn̄t ampliꝰ reſilire. Sicut ptʒ de luxurioſis ⁊ auaris
induratis ⁊ obſtinatis: q̄ nunq̄ exinde q̄runt exire. immo
vſqʒ ad mortē ꝑſeuerātes ibidē capti ⁊ irretiti iſtis crimini
bus ab araneis. i. a demonibꝰ inueniunt̄: ⁊ pena ꝑpetua ī
inferno feriunt̄. De q̄ Math.v. Amē dico tibi. nō exibis
inde. Vn̄ iſti pn̄t dicere illud.iij. Reg.ij. Nō egrediar ſed
hic moriar. Nō ſic ḡ chariſſimi ſ̄ egrediamur a terrenorū
cupiditate. De terra inq̄t tua Hiere.l. Recedite de medio
babylonis: ⁊ de terra chaldeoruʒ egredimini. Et Hiere.lj.
Murꝰ babylonis corruet. egredimini de medio eius ppl'e
meus. vt ſaluet vnuſq̄ſqʒ aīam ſuā. Et notabis ſi vis ꝙ
nos debemus egredi de mūdo ⁊ etiam de om̄i mundana
ꝯuerſatione ⁊ delicto. Egredere ergo de mundo ſicut. De

Solacio delicioſo.
Officio laborioſo.
Conſortio ꝑnicioſo.
Incendio ꝑiculoſo.

Igit̄ egrediendū eſt a mundo: q̄a
inficit voluptatibꝰ. Vn̄ illđ Gen̄.
.ij. Fluuiꝰ egrediebat̄ de loco vo-
luptatis. Et ideo angelus monet
loth ꝙ egrediat̄ de ſodomis: q̄. ſ. ꝑ carnis immundiciā erat
locus infectꝰ Gen̄.xix. Surgite ⁊ egredimini de loco iſto.
q̄ delebit dn̄s ciuitatē iſtā. Itē q̄ affligit. aduerſitatibus.
Mundus. n. eſt egyptꝰ in q̄ filij iſrl' diuerſis aduerſitatibꝰ
ſunt afflicti. Et iō inde egreſſi fuerūt Exo.xij. Egreſſus eſt
exercitꝰ dn̄i de terra egypti. Itē q̄ ꝯiungit malis hoībus.
Ibi em̄ ſunt male ſocietates. q̄ merito ſunt fugiende Eſa.
.xlviij. Egredimini a babylone. i. mundo. q̄ vt dr̄ Eſa.xiij.
ibi habitant dracones. ſtrutiones. piloſi. vlule. ſyrene ⁊c. ꝑ
q̄ aīalia pctōres varijs polluti crimibꝰ deſignant̄. quoꝝ ſo
cietas ē abhorrēda: q̄ cū ꝑuerſo ꝑuerteris Pſ. Itē quia
ſuccēdit cupiditatibꝰ. Vn̄ mūdus ē ſicut fornax babyloni
ca a q̄ pueri ſancti illeſi egreſſi fuerunt Dan̄.iij. Sydrach.
miſach ⁊ abdenago egredimi ⁊ venite. Sequit̄. Qr ſtatim
egreſſi ſunt de medio ignis. A mūdo ergo debemꝰ mētali-
ter egredi ⁊ eū cordialit̄ deteſtari Gen̄.xxxj. Surge ⁊ egre
dere de terra hac. Egrediēdū ḡ eſt a terrenoꝝ cupiditate.
Itē egrediamur ab amicorū carnalitate. A carnali em̄
affectiōe. ⁊ a nimia parentū nr̄oꝝ dilectiōe debemꝰ diſce-
dere ⁊ egredi. qđ oñdit̄ cū dr̄. De cognatiōe tua ⁊ de domo
pr̄is tui. q̄. ſ. cognatoꝝ ⁊ parētū dʒ a nobis affectio ⁊ car-
nalitas vilipēdi: ⁊ de h̄ cōmendat̄ aaron Deut̄.xxiij. de q̄
dicit̄ ibidē. Qui dixerit pr̄i ſuo ⁊ mr̄i ſue neſcio vos. ⁊ fra-
tribꝰ ſuis ignoro vos. ⁊ neſcierūt filios ſuos. hij cuſtodie-
rūt eloquiū tuū. Sicut em̄ aq̄la nō curat de ꝓprijs filijs. et
maxime de illis q̄ aꝑtis oculis ſine lachrymatiōe ſolem re
ſpicere neq̄unt. imo ſm̄ Areſto. tales ꝯſueuit de nido pro
prio eijcere: ⁊ ſicut alienos dimittere: ⁊ de eis penitꝰ non
curare. Sic vere maxīe nos p̄lati ⁊ clerici de nr̄is carnali-
bus filijs. i. nepotibꝰ et cognatis nō nimis debemꝰ ꝑ affe-
ctionē curare. Sed de nido cordialis affectiōis ip̄os expel
lere ⁊ fugare. niſi ita forte ꝑfecte fuerint ⁊ ꝓfecti. ꝙ ſolem
xp̄m ꝑ ꝯtēplationē poſſint reſpicere ⁊ videre. tales em̄ ſo
los de cognatis ⁊ ꝯſanguineis nobis in nido cordialis af-
fectꝰ retinere debemꝰ: ⁊ ip̄os ꝓmouere ⁊ fouere. De alijs
v̄o impꝑfectis ⁊ inſufficiētibus non curare. Egredere ḡ de
cognatiōe tua ⁊ de domo pr̄is tui. Pſ. Obliuiſcere ppl'm
tuū ⁊ domū pr̄is tui: ⁊ ꝯcupiſcet rex decorē tuū. Qđ ꝓh-
dolor eſt cōtra multos tā clericos q̄ꝫ p̄latos. q̄ ad ꝯſangui
neos carnales taliter afficiunt̄. ꝙ ꝯtra deū ⁊ iuſticiā illos
tā ignorātes q̄ꝫ impꝑfectos ꝓmouere nitunt̄. Iſti ſunt ſi-
cut pellicanus q̄ ꝓ ſalute filioꝝ mortis ꝑiculo ſe exponit.
equiparaꝛ infirmitati ſquinātie: q̄ guttur ita ſtringit ꝙ an
helitū ab interioribꝰ exire nō ꝑmittit: q̄ ſtatim hoīem inter
ficit niſi celeriꝛ ſuccurraꝛ. Sic vere verecundia cōfitendi
guttur hoīs facit ita ſtrictū ꝙ de interioribꝰ ꝯſcie ſue nō p̄t
anhelitꝰ ⁊ flatꝰ ꝯfeſſiōis exire: ⁊ iō ſine remedio mors etn̄a
talibꝰ eſt ꝓpinq̄. Narrat eñ de quodā ſancto q̄ cū p̄dica⸗
ret cōfeſſionē vidit dyabolū q̄ ſinguloꝝ auribꝰ cōſedebat:
a quo cū peteret q̄d ageret r̄ndit. Facio inq̄t emēdas me⸗

dos: ⁊ qđ abſtuli hominibꝰ reddo. Abſtuli eñ eis verecun-
diã qñ peccabãt. nũc ipãm eis reſtituo qñ ꝯfiteri dñt. Iſti
ſt ſicut reus q̃ ducit̃ ad patibulũ q̃ ꝑ verecũdia nõ audet
appellare. Iſti ſt ſicut ouis quã lupꝰ ſtrangulat. q̃ q᷑ tene
tur ad guttur nõ põt clamare. Iſti ſt ſicut ille q̃ ſubmergi
tur: q̃ ꝑ aque multitudine nõ põt ſpirare: q᷑ breuit̃ verecũ
dia talibꝰ ita claudit os ꝙ appellatiõis clamorẽ ⁊ ſpiratio
nẽ ꝯfeſſiõis celant: ⁊ ſic mortẽ eternã inducit. Vñ. ij. Thi
mo. j. dr̃. Noli erubeſcere teſtimoniũ. i. ꝯfeſſionẽ. Pone h̃
ſi vis quõ leo capit̃ cũ duplici fouea. ſm̃ Hiero. ſup Ezec.
xix. Sꝫ omitto cauſa breuitatis. Vide ſupra de abſcõdere
vbi poſui. Nota ṽo ꝙ eſt aliud genꝰ maleverecundie ꝓ
ueniens ex ſupbia. Et iſta eſt nõ detegere ſuã ꝯditionẽ ſeu
ꝓfeſſionẽ. Conditionẽ dico ſicut ſt multi q̃ erubeſcũt cõfi
teri paupratem ſue parentele. paupeſq́ꝫ ſocios ⁊ cognatoſ
pudent recognoſcere ⁊ amare: immo ipos ſolent refugere
⁊ negare: Deut. xxxiij. Dixit patri ⁊ matri ſue neſcio vos:
⁊ fratribꝰ ſuis ignoro illos. Profeſſionẽ dico ſicut illi qui
erubeſcunt ſe dicere xp̃ianos: de q̃bꝰ dicit̃ Lu. ix. Qui me
erubuerit corã hoĩbꝰ: erubeſcet eũ filius hominis corã an
gelis eius. De talibus ğ verecundis malis dicit ps̃. Vere-
cundia mea cõtra me eſt ſemꝑ. i. pctm̃ meũ cõtra me ẽ ſꝑ.
Iſta eſt ğ verecundia viciosa. Tercio dico ꝙ ẽ alia ve-
recundia doloroſa. Et iſta ſignat cõfuſionẽ ⁊ obprobrium
mortis eterne. O q̃ꝫ magna ⁊ ponderoſa erit illa verecun
dia: qñ om̃ia crimina damnatoꝝ deo angelis ſanctis ⁊ dã
natis ſine aliquo operculo apparebũt ⁊ monſtrabunt̃ qñ
tanq̃ excõicati de bonoꝝ cõſortio expellent̃. qñ tanq̃ꝫ ſce-
lerati infernalibꝰ carceribꝰ mancipabunt̃. ⁊ qñ tanq̃ꝫ pu-
blici inimici ⁊ malefactores ꝓpter defectũ ſuũ tormentis ⁊
incendijs exponent̃. Iõ talibꝰ poterit dici illud Roꝝ. vj.
Quẽ fructũ habuiſtis in illis in q̃bus nunc erubeſcitis: nã
fructꝰ vel finis illoꝝ mors eſt. Et Hiere. xxij. Confunderis
⁊ erubeſces ab omni malicia. Sic ğ patet ꝙ eſt triplex ve-
recundia. ſ. Vna virtuoſa ⁊ habenda. Vna vicioſa q̃ ẽ ca-
uenda. Vna doloroſa q̃ eſt timenda. Sufficit. vide de ve-
recundia.

Erudire. Nota ꝙ erudire idẽ eſt qđ docere iſtru-
ere informare. Et ſic ille dr̃ eruditꝰ q̃ eſt
ſapiens prudẽs bñ doctꝰ diſciplinatꝰ inſtructꝰ ⁊ informa-
tus. Et videt̃ eſſe differẽtia inter docere ⁊ erudire. q᷑ eru-
dire ſꝑ accipit̃ in bono. Docere ṽo qñq́ꝫ i bono qñq́ꝫ i ma
lo accipit̃. Nota ergo ꝙ homo eruditur ⁊ inſtruitur. ſcilꝫ

Per interiorẽ meditationem. Erudit̃ dico ꝑ meditatõꝫ
Per exteriorẽ tribulatõnẽ interiorꝫ. Vñ ꝓuer. viij.
Per ſuperiorẽ inſpirationẽ Ego ſapiã habito i ꝯſilio:
Per creaturarũ manuductõꝫ ⁊ eruditis interſum cogi-
Et ꝑ ſcripturaꝝ reuolutiõem tatiõibꝰ. Itẽ erudit̃ ꝑ tri

bulatiõem exteriorẽ. Vñ Hiere. xxxj. Caſtigaſti me dñe et
eruditꝰ ſum q̃ſi iuuenculꝰ indomitꝰ. Itẽ erudit̃ ꝑ inſpira
tionẽ ſupiorẽ. Vñ Treñ. j. De excelſo miſit ignẽ in oſſibꝰ
meis ⁊ erudiuit me. Itẽ erudit̃ ꝑ manuductionẽ creatu
raꝝ. Vñ iob. c. xxxv. dr̃. Q᷑ deꝰ docet nos ſuꝑ iumenta t̃re
⁊ ſuꝑ volucres celi erudiuit nos. Itẽ erudit̃ ꝑ reuoluti
onẽ ſcripturaꝝ. vñ Act. xxij. Eruditꝰ iuxta veritatẽ pater-
ne legis. Poſſumꝰ ğ dicere ꝙ duo genera ꝑſonaꝝ debent
eſſe principalit̃ erudita vicꝫ. Doctores ⁊ rectores. Erudi-
ti eñ debent eſſe doctores vt ſciant quid dicendũ eſt quid
tacendũ. Rectores ṽo vt ſciant q̃d agendũ ⁊ q̃d non agẽ-
dum. Iõ breuiter de talibꝰ poteſt intelligi illud dauidicuꝫ
verbum ps̃. ij. Et nũc reges intelli. erudimini q̃ iudi. terraꝫ
In quibus verbis oſtenduntur tria ad que eruditio ⁊ ſa-
pientia eſt neceſſaria. Iſta ei neceſſaria eſt. Vt prudenter

Noſ ipõs regulemꝰ. Reges inquit. Primo ğ erudia-
Occulta cogitemꝰ. Intelligite inq̃t mur vt debite regu-
Subditos gubernemꝰ. Qui iudica lemꝰ affectꝰ interio-
tis inq̃t terram. Erudiamur ergo res. ſ. motꝰ ⁊ deſide-
Ad regulandũ nr̃as ꝯditiones. ria cordis ⁊ carnis.
Ad meditandũ rerũ ꝑfectiones. qđ oñdit̃ cũ dicitur.
Ad gubernandũ ſubditas natiões. Reges. ille eñ vera

citer eſt rex: q̃ nouit ſeipm̃ regere ⁊ ſuis paſſionibꝰ impare
⁊ mentẽ ⁊ carnẽ rõnis legibꝰ ⁊ viribꝰ ſubiugare Ioh. xix.
Ergo rex es tu: tu dicis q᷑ rex ſuꝫ ego. Vide ĩ. de rege. Iõ
de hoĩe ſic moraliter erudito: põt intelligi illud ꝓuer. xv.

Semita vite ſuꝑ eruditũ vt declinet̃ de iferno nouiſſimo. ⁊
notab ꝙ hõ q̃ ſe diſcrete vlt regẽ. dꝫ eẽ eruditꝰ circa modũ

Comeſtionis. De modo viuendi dr̃ Ecci. xxxj. Q᷑ ſuffi
Locutionis ciens viro erudito vinũ exiguũ. De mo-
Conuerſatiõis do loquendi dr̃ ꝓuer. xvj. Eruditꝰ in ver
Obſeruatiõis. bo reperiet bona. De mõ conuerſãdi dici-

tur Ecci. xxj. Stultꝰ a feneſtra reſpiciet in domũ Vir autẽ
eruditꝰ foris ſtabit. De mõ ṽo ſue ꝓprie a malo obſ̃uatõis
dr̃ Ecci. xl. Vir diſciplinatꝰ ⁊ eruditꝰ cuſtodiet ſe. Sic ğ de
bẽt in ſe erudiri q̃ alios voluerint erudire: regibꝰ ⁊ maiori
bus aſſiſtere. ⁊ ſe digne in moribꝰ gubernare. Exẽplo ſctõ-
rum pueroꝝ Dañ. j. Q᷑ ipſi erant ſine vlla macula. decori
forma. eruditi omni ſapientia. cauti ſcientia. docti diſcipli-
na. Iſta eſt ğ eruditio q̃ regulamꝰ affectꝰ interiores. Re-
ges inq̃t. Scđo dico ꝙ erudiri debemꝰ vt cognoſcamꝰ
naturas exteriores. Intelligite inquit. Ille ei eruditꝰ ⁊ ſa-
piens dꝫ dici qui ſcit cognoſcere ⁊ intelligere illa que ſunt

Agenda. Bona eñ opa debemꝰ agere. Fidei articu-
Credenda. los debemꝰ credere. Pctã ⁊ mũdi bona debe
Horrenda mus horrere. Veritates ⁊ bona eterna debe-
Amanda. mus amare. Infernũ ⁊ dei iudiciũ debemus
Timenda. timere ps̃. Intelligite ğ inſipiẽ. in po. ⁊ ſtult.

aliqñ ſapite. Et ſic de quolibet ſic intelligente cogitante et
deſiderante. potent dici illud Eſa. lij. Ecce intelliget ſeruꝰ
meꝰ ⁊c̃. Vide eã ꝓſecutã ſupra vbi Eleuare. Act. vij. Eru
ditus eſt moyſes in oĩ ſapientia. Iſta aũt ſapiã itelligẽtia.

Chriſti legem facit meditari. Iſta eñ xp̃i legẽ iugit̃ me-
Sanctũ gregẽ facit informari. ditat̃. ps̃. Beatus queꝫ tu
Summũ regẽ facit honorari erudieris dñe: ⁊ de le. tua

docu. eum. Iſta etiã ſanctũ gregẽ. i. ſubditos corrigit ⁊ ſe-
ctat̃ Prouer. x. Labia iuſti erudiunt plurimos. Et Eccli.
vij. Filij tui ſunt erudi illos. Summũ regẽ. ſ. xp̃m limpide
contemplat̃ Dañ. xij. Qui ad iuſticiã erudiunt plurimos
quaſi ſtelle imꝑpetuas eternitates fulgebunt. Erudiamur
ergo vt cogitemꝰ naturas ſecretiores vel vtiliores. Ter
cio debemꝰ erudi vt gubernemꝰ ſubditos ⁊ iferiores. Qui
iudicatis terrã inq̃t. Illi eñ q̃ alios habent erudire ⁊ cor-
rigere: debent eſſe eruditi ⁊ correcti diſciplinati ⁊ ordinati
Celum eñ ⁊ ſtelle q̃ terrã ⁊ inferiora hñt regere. ſt in ſuis
motibꝰ ⁊ curſibꝰ ordinatiſſimi. nunq̃ꝫ eñ deficiũt a ſolito
curſu ſuo vt cõiter. Sic vere chariſſimi illi q̃ alios regũt iu
dicant ⁊ gubernãt: debent p̃ alijs eẽ eruditi. docti. diſcipli-
nati ⁊ regulati. ita ꝙ a debito curſu ſuo. ſ. a prudentia ⁊ iu
ſticia nunq̃ dñt aliq̃liter variari iuxta illud Sap̃. j. Diligi
te iuſticiã q̃ iudicatis terrã. Iſta tñ ſt ꝯtra multos: q̃ ſunt
ſiẽs ſtellis erraticis. q̃ qñq́ꝫ fiunt retrograde: ita ꝙ tũc tẽ-
poris ipſe ꝑdunt ſui directi vel ſtationarij curſus ⁊ regule
diſciplinam. Sic vere multi ſunt hodie iudices ⁊ ꝑlati. qui
multimode a curſu ⁊ motu ſue ordinate greſſionis erudi-
tiõis prudentie iuſticie ⁊ diſcipline retrogradi efficiuntur.
qđ vtiq́ꝫ qñq́ꝫ facit affectio: qñq́ꝫ munerũ acceptio quãdo
q́ꝫ odiũ ⁊ iracundia. qñq́ꝫ timor ⁊ ignauia. qñq́ꝫ error ⁊ ig-
norantia. Multis eñ modis retrogradiunt̃ illi q̃ iudicãt
terram a rectitudine veritatis. Nõ ſic ğ ſed ſimus erudi-
ti vt gubernemꝰ ſubditos inferiores. q᷑ ſicut dr̃ Ecci. xxxvij
Vir ſapiens plebem ſuam erudit. Simus ergo eruditi. ſcꝫ
Subditos gubernando. Diſcrete cogitando. Noſ ipõs re
gulando. Vide ſupra de docere. Et Ecci. xxxvij. Vir peri
tus multos erudiet ⁊ infra inſtruere ⁊ informare ⁊c̃.

Erumpere. Nota ꝙ erumpere idem eſt quod
emanare. cito egredi. exire ⁊ appa
rere. Unde erumpere ideꝫ eſt qđ de interiori loco extra re
petere ⁊ ipetuoſe procedere. Signat ergo erumpe aliquẽ
actũ violentũ. celerẽ ⁊ promptũ. Significat ergo quãdoq́ꝫ

Promptam ⁊ cogentem cõpaſſionem. De compaſſi
Promptam ⁊ ingentẽ ꝓmotionem. one patet de
Promptam ⁊ vigentẽ dãnationem Ioſeph Ge-
Promptã ⁊ rigentẽ maloꝝ mltiplicatiõeꝫ. ne. xliij. Qui

viſis fratribus non poterat ſe continere. quia erumpebãt
lachryme. De promotione põt dici illud Eſa. lviij. Si vi-
deris nudum opi eum ⁊c̃ Sequit̃. Tunc erumpet q̃ſi ma
ne lumen tuum. De damnatione ṽo malorum que erum-
pit. id eſt que cito venit dicit̃ Ezec. xiij. Erumpere faciam
ſpiritum tempeſtatum ⁊c̃. De eruptione autem iniquoꝝ

in cōmuni que continue erumpūt ad nocendū dꝛ Eſa.lix. Oua aſpidū ruperūt: telas aranee texuerūt Sequit̄ qꝺ cō fotū eſt erumpet in regulū. Et.j.Reg.xxx.dꝛ. Dedit latrun culos q̄ erumpebant aduerſus nos. Et ſi vis dic: ꝙ a no bis debent emanare ⁊ erumpere cuncta bona. Nam ſicut

De terra erumpunt radices.
De nubibus erūpunt voces.
De ſtellis erumpūt luces.
De montibꝰ erūpunt fontes.
De arboꝛibꝰ erumpūt floꝛes
De floꝛibꝰ erumpunt fructꝰ.
De vineis erūpunt luctus id eſt lachꝛyme ſeu ſtille.
De abyſſis erumpūt fluctus.

Sic dico ꝙ ab homine ſan cto ⁊ iuſto erumpit radix bone intentiōis Oſee.xiiij. Erumpet radix eiꝰ vt liba ni. Erumpet vox laudis ⁊ confeſſionis. Gal.iiij. Erū pe ⁊ clama que non partu ris. Erūpit lux honeſte cō uerſatōis Eſa.lviij. Erum pet q̄ſi mane lumen tuū. Erūpit fons ſapie ⁊ diſcretionis. Deut.viij. In cuiꝰ campis ⁊ montibꝰ erūpunt fluuioꝛum abyſſi. Et ꝓuer.iij. Sapīa illiꝰ erūpunt abyſſi. Erūpit flos bone affectiōis Nume.xvij. Turgentibꝰ gēmis erūpebāt floꝛes. Erumpit fructꝰ bone opatiōis Ezec.xvij. Erūpet in germen: ⁊ faciet fructū. Erūpit luctꝰ.i. lachꝛyma cōpaſſio nis Gen.xliij. Cōmota ſt̄ viſcera ſua ſup fratre ſuo ⁊ erum pebāt lachꝛyme. Erūpit fluctꝰ aſpere coꝛrectiōis ⁊ maloꝝ punitiōis Job.xxxviij. Cōcluſit hoſtijs mare: qn̄ erumpe bat q̄ſi de vulua ꝓcedens ⁊c̄. Sufficit de eruptione. Uide vbi Egredi ⁊ exire ⁊ ſimilibꝰ.

S. Ereus. Eneus

Nō ꝙ es eſt metal lū rubeū terreū ⁊ feculentū. Et pōt ſignificare in bono ⁊ in malo. Poteſt enim ſignificare virum perfectum ⁊ virum imperfectum. Poteſt ergo ſignificare virum perfectum. Sicut enim es ſeu cupꝛum eſt metaliuȝ

Rubei coloꝛis.
Sonoꝛi clamoꝛis
Aurei ſplēdoꝛis.

Sic vere vir ꝑfectꝰ dȝ eſſe rubeꝰ ⁊ igne us ꝑ amiciciā. Sonoꝛus ⁊ canoꝛus ꝑ eloquentiā. Aureꝰ ⁊ fulgidꝰ ꝑ ſapiam Iſte em̄ dȝ rubere feruenter diligendo vn̄ Ezec.xxiiij. Po ne eā ſup pꝛunas vacuā vt incaleſcat ⁊ liq̄ſiat es eiꝰ. Iſte etiā dȝ ſonare patent̄ p̄dicando: vt ſic dicat illud Hiere. xlviij. Coꝛ meū ad moab q̄ſi tibia eris ſonabit. Itē iſte de bet fulgere honeſte conuerſando: vn̄ de Eſdra dr̄.j. Eſdre viij. Oꝛ ipſe repoꝛtabit de babylone vaſa eris fulgentis op timi. De tali ergo viro rubente ꝑ dilectionem ſonante per pꝛedicationem: fulgente per honeſtam cōuerſationē. po teſt dici illud Ezec.xl. Et ecce vir cuius erat ſpecies quaſi ſpēs eris. In q̄bꝰ verbis oñdit̄: ꝙ ſicut es naturaliter eſt

Solidum ⁊ durabile.
Fulgidū ⁊ ſpectabile.
Fluidū ⁊ liquabile

Sic ꝓculdubio vir iuſtus debȝ eē Solidꝰ ꝑ conſtantiā ⁊ firmitateȝ. Uir inquit fulgidus ꝑ decentiam ⁊ honeſtatē. Cuiꝰ erat inquit. Fluidus ꝑ clementiā ⁊ pie tatem. Quaſi inq̄t ſpēs eris. qꝺ.ſ. liquefit ad ignē. Pꝛio ergo habeamꝰ firmitatē cōſtantiſſimā: qꝺ oſtendit̄ cū dꝛ. Uir. Es em̄ eſt metallū valde durabile ita etiā foꝛte ⁊ ſoli dū ꝙ cū inſtrumentis ereis ſolebāt antiq̄ colere terras ex ercere bella ⁊ oīa ſua opa facere anteq̄ȝ inuentꝰ fuit vſus ferri ſm̄ Iſiꝺ. Sic vere chariſſimi nos debemꝰ eſſe foꝛtes ⁊ ſolidi durabiles ⁊ ꝑſeuerantes ⁊ firmi. Terrā em̄ coꝛpo ris nr̄i debemꝰ colere ꝑ pn̄iam. Bella etiā ꝯtra dyabolum ꝓpter nos ⁊ ꝓpter ſubditos debemꝰ mouere ꝑ audaciā et cōſtantiā. ſꝑ etiam debemꝰ durare ꝑ ꝑſeuerantiā: vt ꝺ no bis dicat̄. qꝺ de celis dꝛ Job.xxxvij. Tu foꝛſitan cū eo fa bꝛicatꝰ es celos: qui ſolidiſſimi q̄ſi ere fundati ſt̄. Et circa hec nota ꝙ erea foꝛtitudo neceſſaria eſt ad multa videlicȝ

Ad reſiſtendum tentationibꝰ.
Ad ſubſiſtendū oppꝛeſſiōibꝰ.
Ad aſſiſtendū operationibꝰ
Ad inſiſtendū oꝛationibus

Iterum neceſſaria eſt.

Ad moꝛbos auferendum
Ad ſoꝛdes abluendum.
Ad carnē macerandum
Ad fidem p̄dicandum

Dico em̄ ꝙ ꝑ tempoꝛaleȝ foꝛtitudinem tentationi bus reſiſtimꝰ Hiere.j. de di te in virū ereū ⁊ in co lumnā ferreā: ⁊ p̄liabunt̄ aduerſuȝ te ⁊ p̄ualere nō poterūt. Item tribula tionibꝰ ſubſiſtimꝰ. Iſta ē em̄ baſis ⁊ fundamentuȝ ad oīa difficilia ſuſtinendū.ij. Paral.vj. Fecit ſalomon ba ſim eneā. Et Exo.xxx. dꝛ. Oꝛ in tabernaculo facte ſt̄ colū ne enee.xx. cū baſibus ſuis. Item bonis opibꝰ aſſiſtimꝰ pſ̄. Poſuiſti vt arcum ereū bꝛa. mea. Item oꝛationibus inſiſtimus. vn̄ Nume.xvij. dꝛ. Oꝛ ibi erant thuribula erea Item ꝑ iſtam ab infirmitatibus nos curamꝰ. Unde nu me.xxj. Oꝛ ꝑ aſpectū ſerpentis enei curabant̄ ꝑcuſſi a ſer pentibꝰ. Item a noſtris ſoꝛdibꝰ nos lauamꝰ: vn̄.iij. Re. viij. dꝛ. Oꝛ ſalomon fecerat mare eneū in quo ſacerdotes immolaturi lauabant̄ Iſtud; em̄ mare ſignificabat amarā pn̄iam in q̄ ſoꝛdes vicioꝝ lauant̄. Itē carnē nr̄am arce mus ⁊ deuincimꝰ. vn̄.ij. Paral.iiij. dꝛ. Oꝛ altare eneū fa ctū eſt in tēplo. in q̄.ſ. carnales hoſtie cremabant̄. Et Exo. xxxv. dꝛ. Oꝛ ipſe fecit altare eneū ⁊ craticulā eiꝰ eneā. Ta le em̄ altare eſt foꝛtis iuſtꝰ ſeu coꝛ ſolidū viri iuſti qꝺ car nē cōcremat ⁊ cōburit. Itē ꝑ hanc eneā foꝛtitudinē fidē p̄dicamꝰ ⁊ deū bn̄dicimꝰ. vn̄ Exo.xxx. dꝛ. Oꝛ factū eſt labi um eneū cū baſe ſua. Et bꝛeuiter omnes v̄tutes noſtre de bent eſſe eree.i. ꝑſeuerantia ⁊ foꝛtitudine cōmunite.iiij. Re gū.xxv. Oia erea. Un̄ Exo.xxvij. Omnia vaſa ex ere fabꝛi cabis. Iſta conſtantia ſeu ꝑſeuerantia oſtendit̄ cum dr̄. Uir. qꝺ eſt nomen foꝛtitudinis ⁊ virtutis. Et ecce inq̄t vir In quibus tribus verbis aduerte ꝙ vir perfectus dȝ eſſe

Foꝛtis ad laboꝛandum. Uir.
Creſcens ad ꝯſummādū. Et.
Pꝛomptꝰ ad admirādū. Ecce

Uir em̄ ſignificat foꝛtitudinē
Ecce ſignificat pꝛomptitudinē

Et v̄o deſignat aliquā ſu peradditā plenitudinem. Et em̄ ſemꝑ vbicunq̄ ſit: ſignificat aliquid ſequens poſt ſe: ita ꝙ ꝓꝑie ꝑ et: po teſt ſignificari crementū. ſuꝑadditio adiunctio ⁊ ꝓfectus ad alia bona. ⁊ ſuꝑabundantia meritoꝝ. vt ſic de tali et.i. de tali cremento ⁊ de tali ꝓfectu ad complementū ꝑfecti onis poteſt dici illud ꝓuer.iiij. Juſtoꝝ ſemita q̄ſi lux ſplē dens ꝓcedit: ⁊ creſcit vſq̄ȝ ad ꝑfectum diem. Sit ẜ vir vt de eo dicat̄ illud Job.j. Uir erat in terra hus noīe Job. ⁊ erat ille ſimplex ⁊ rectus ⁊ timens deū ⁊ recedens a malo ⁊ ꝑmanens in innocentia ſua. Habeamꝰ ẜ firmitatē ꝯſtā tiſſimā. Cuiꝰ tn̄ cōtrariū eſt in multis q̄ nō ſunt foꝛtes ſed debiles: dicentes illud Job.vj. Nō em̄ foꝛtitudo mea vt foꝛtitudo lapiduȝ: nec caro mea enea eſt. Scꝺo dico. ꝙ nos dēmꝰ habere honeſtatē intentiſſimā: qꝺ oſtendit̄ cuȝ dꝛ. Cuiꝰ ſpēs. Es ei qn̄ ē bn̄ politū ⁊ ſplēdidū valde ē ſpe cioſum. Spēm em̄ auri vr̄ ꝓtendere ⁊ hr̄e. Sic vere viri iu ſti ⁊ honeſti qn̄ ab oī rubigine pcti vel male cōſuetudinis ſt̄ purgati ⁊ ꝑ maturā cōuerſatōȝ limati ⁊ politi. tunc vere deo ⁊ hoībꝰ ſpecioſi ſt̄ ⁊ grati. Un̄ Can̄.v. Spēs eiꝰ vt li bani electꝰ vt cedri. Aduerte tn̄ ꝙ es valde facilit̄ rubigi nat̄: niſi ſepe oleo liniat̄. vel arena fricet̄. vel auro ſeu ſta gno liniat̄. vl̄ deauret̄. Iſta ei tria ꝯſeruāt es a rubigīe. ſcȝ

Olei linitura.
Arene fricatura.
Auri ꝺauratura

Sic vere chariſſimi: ſpēs honeſtatis hu mane faciliter cōtrabit rubiginē alicuꝰ pcti. alicuiꝰ inſolentie: alicuiꝰ infamie ni ſi liniat̄ oleo clementie ⁊ pietatis. niſi cōfricet̄ arena pn̄ie ⁊ aſꝑitatis. niſi etiā deauret̄ auro ſapientie ⁊ fulgentiſſime ſanctitatis. Et iō ypocrite q̄ iſtis tribus vident̄ carere faci liter rubiginant̄. ⁊ a fulgoꝛe honeſte cōuerſatiōis denigrā tur. Ezec.xxiiij. Ue ciuitati ſanguinū. olle cuiꝰ rubigo i ea eſt. Habeamꝰ ẜ honeſtatē fulgentiſſimā. de q̄.j. Mach.vj. Refulſit ſol in clipeos aureos: ⁊ reſplenduerūt mōtes ab eis. Tercio debemꝰ hr̄e pietatē feruentiſſimā: qꝺ etiam pōt denotari in vocabulo es: q̄ſi inq̄t ſpēs eris. Sicut em̄ es ꝑ appoſitionē ignis pōt liq̄fieri. Sic vere ꝑ clementiā ⁊ compaſſionē ſtatim ꝙ ignis.i. aſꝑitas aliene miſerie nobis adiungit̄ debemꝰ miſericoꝛdit̄ liq̄fieri ⁊ reſolui ⁊ ad modū rei liq̄facte foꝛmis ⁊ figuris alienis.i. neceſſitatibꝰ ⁊ miſe rijs alioꝝ benigniter applicari. dicendo cū pſ̄. Factū ē coꝛ meū tan. cera liq̄. in me. ven. mei. Et Job.xxviij. Lapis ſo lutus caloꝛe in es vertit̄. Multi ei ſt̄ ſicut q̄dam ſpēs eris q̄ difficile fundit̄ ⁊ multas malleatiōes recipit. ſicut ptȝ de ere de quo fiunt pelues: qꝺ nec ignibꝰ ſoluit̄: nec malleis facile diſſipat̄. Sic vere chariſſimi multi ſt̄ ita duri parci ⁊ auari ꝙ nec igne diuini amoꝛis ſoluunt̄ ꝑ clementiā ⁊ cō paſſionē: nec malleis tribulatōis ſuꝑant̄ ꝑ cōtritionē. Iſti potiſſime ſt̄ illi q̄ ſunt pelues ad paupes decoquendos.ſ. impij ⁊ tyranni. q2 vere tales nec paupibꝰ cōpatiunt̄: nec coꝛrectiōibꝰ vel tribulationibus emendant̄. Un̄ Hiere.v. Dn̄e ꝑcuſſiſti eos ⁊ nō doluerūt. attriuiſti eos ⁊ renuerūt accipe diſciplinā. Nō ſic chariſſimi. ẜ ſimus ſicut illud es: de quo fiunt campane q̄ i altis campanilibꝰ ponunt̄. ⁊ cū

qbus gentes ad eccliam vocant̃. qꝺ facilit̃ diſſoluit̃ ⁊ liq̃ſcit. qꝛ vere charisſimi illi q̃ digni ſt̃ ⁊ abiles in alto gradu ⁊ ſtatu eccl'ie collocent̃ per prelationē. vt alios cōuocent ad fidem ꝑ ꝑdicationē. Tales ergo debent faciliter ꝑ cōpaſſionem diſſolui. ⁊ ꝑ pietatē ⁊ clementiā liquefieri. dicētes illud Cañ. v. Anima mea liquefacta eſt vt dilectꝰ locutꝰ eſt Patet ergo charisſimi ꝙ boni ⁊ perfecti viri compant̃ eri

Quia durant per firmitatē
Quia fulgent ꝑ honeſtatē.
Quia liqueſcūt ꝑ pietatē

Si vis potes applicare figurā illā ſil'em eſſe quattuoꝛ aīalibꝰ Ezec. j. De q̃bꝰ dicit̃ ꝙ in ipis erant ſcintille q̃ſi aſpectꝰ eris candentis. Patꝫ g̃ ꝙ es ſignificat hoiem ꝑfectū ⁊ virtuoſum. Sꝫ adhuc dico. ꝙ es pōt ſignificare hoiem infectū ⁊ viciosum. Mali eī ſunt ſimulachra aurea ⁊ argentea ⁊ erea. De q̃bꝰ fit mentio Apoc. ix. Es eī ſtatim clamat ſi ꝑcutit̃. Es inſuꝑ facilit̃ rubigeſcit ſi nō fricat̃ ſeu ſtrigulat̃ Es liqueſcit ſi ad ignem ponit̃. Es durū eſt ſi palpat̃ ſeu ſi tangit̃. Sic vere charisſimi pctōꝛes. Per impatientiā ſunt clamoſi. Per inhoneſtam cōuerſationē ſt̃ rubiginoſi. Per mala deſideria ſt̃ liq̃factibiles fluidi ⁊ delicioſi. Per crudelitatē ⁊ ſeuiciā ſt̃ duri ⁊ rigoꝛoſi. Qꝛ vo tales ſunt clamoſi ⁊ litigioſi. Ptꝫ. j. Coꝛ. xiij. Factꝰ ſum velut es ſonans aut cymbalū tynniens. ꝙ vo ſint rubiginoſi pꝫ per illud Dañ. xiiij. vbi de idolo belis dicebat̃. ꝙ intrinſecus erat lutꝰ extrinſecus ereꝰ. Illi em̄ q̃ ſunt idolū pictū ⁊ fictū. ſ. ypocrite ſt̃ ꝓculdubio viles ⁊ lutei intꝰ in ꝯ'cia. foris vo ſt̃ rubiginoſi ⁊ intꝰ erei ī apparētia Job. xlj. Reputabit q̃ſi lignū putridū es. ꝙ etiam ſint carnales ⁊ delicioſi. Ptꝫ Dañ. ij. vbi de ſtatua dr̃. ꝙ venter eius ⁊ femoꝛa ex ere erant. ꝙ inſuꝑ ſint crudeles ⁊ furioſi patet Eſa. xlviij. vbi dr̃. Scio em̄ qꝛ durꝰ es tu: et neruꝰ ferreꝰ ceruix tua. ⁊ frons tua erea. De ſuꝑbis igitur dicit̃ Zach. vj. Et montes montes erei. Iſti eī ſunt dij aurei ⁊ erei q̃ a fatuis cultoꝛibꝰ. i. ab adulatoꝛibꝰ laudant̃. ſicut dr̃ Daniel. v. q̃ tñ a deo finalit̃ ꝯfringunt̃ ps̃. Cōtriuit poꝛtas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. De talibꝰ g̃ ꝑſonis facit dyabolꝰ vaſa ſua. qꝛ. ſ. de aliquibꝰ facit ollas ad paupe res decoquendū. De aliq̃bꝰ facit tubas ad iactandū ⁊ cōminandū. De aliq̃bꝰ facit cymbala ſua ad alioꝝ laudes ꝑdicandū ⁊ reſonādū. De alijs aūt facit arma ſua ad alios puniendū ⁊ inuadendū. Golias em̄ veniens cōtra Dauid armatꝰ erat ereis ocreis. ⁊ galea erea. ſicut dicit̃. j. Re. xvij Rex etiā roboam ꝓ ſcutis aureis q̃ abſtulerat rex egypti: fecit fieri in ir'lm ſcuta erea. ad denotandū ꝙ qꝛ rex egypti dyabolꝰ. de ir'lm. i. de ſtatu eccl'ie ⁊ religionis abſtulit hodie clipeos aureos. i. viros ꝑfectos: idcirco ī loco ipoꝝ cōſtituunt̃ ſcuta erea. ſ. pctōꝛes ⁊ imꝑfecti. Breuit̃ de pctōꝛibus pōt dici illud Deu. xxviij. Celū qꝺ ſupꝛa te eſt eneū: ⁊ terrā quā calcas ferrea. Celū em̄ ⁊ terra ferrei ſt̃ ⁊ enei qñ ſubditi. i. t̃ra ſt̃ ferrei. i. obſtinati. ⁊ qñ ꝑlati q̃ ſūt celū ſūt erei id eſt rigidi ⁊ mali. Et ſi vis nota ꝙ mali dicuntur erei Quia vicijs coꝛrumpunt̃. Quia malis deſiderijs diſſoluūtur. Quia infernalibꝰ ſupplicijs finalit̃ cōſumuntur. Iſti dico coꝛrumpunt̃ diuerſis vicijs Hiere. vj. Om̄s iſti principes declinantiū ambulantes fraudulenter: es ⁊ ferrū vniuerſi coꝛrupti ſunt. Itē iſti diſſoluunt̃ ꝑuerſis deſiderijs: vñ de aīa peccatrice dr̃ Eze. xxiiij. Pone eā ſuꝑ prunas vacuā vt liquefiat es eius ⁊ ꝯflet̃. Item iſti cōſumunt̃ ī ſupplicijs. ſ. finaliter in inferno vñ de chaldeis. i. de demonibꝰ dr̃. iiij. Reg. xxv. ꝙ ipſi tranſtulerūt omne es in babylonē id eſt omnē peccatoꝛē in infernū. Vñ de peccatoꝛibus in inferno damnandis poteſt dici illud Ezechiel. xxij. Om̄es iſti es ⁊ ferrū ⁊ ſtannū in medio foꝛnacis. Ptꝫ ergo quō ꝑ es intelligunt̃ nō ſolū viri virtuoſi: ſꝫ etiā vicioſi. De ere vo inq̃ntum ſumit̃ ꝓ pecunia notabis ꝙ iſtud Eſt Es per elemoſinam effundendū. Es ꝑ pauꝑtatē voluntariā abijciēdū Es ꝑ deuotionē in vſus dñi ꝯuertendū ⁊ deo offerendū. De eris effuſione dr̃ Ioh. ij. Nūmulorioꝝ effudit es. De eris abiectione dicit̃ Marc. vj. ꝙ apl'i nō debebāt poꝛtare es in zona. De eris oblatiōe dr̃ Exo. xxxviij. ꝙ eris oblata ſunt talenta. lxxij. milia. ꝙ aūt ꝑ es q̃nq̃ intelligat̃ duricia cꝺis ⁊ obſtinatio malicie ptꝫ Dañ. iiij. vbi de Nabuch. dr̃. Alliget̃ vinculo ferreo ⁊ ereo. Et Eccl. xxviij. dr̃. de pctōre. Vinculū eiꝰ vinculū ereū. i. fugiet ꝑniam ⁊ incurret ī penā eternā. Poꝛte etiā inferi poꝛte eree noīant̃ Eſa. xlv. ca. Poꝛtas ereas ꝯterā ⁊c̃. Hec g̃ de es: eneꝰ ⁊ ereꝰ ſufficiūt.

Eſca. Nota ꝙ eſca dr̃ ab edo. edis. i. comedo. Cū ergo alibi ſit actū de comedē. de cibo. de pane. de manducare epulari ⁊ ſilibꝰ. hinc eſt ꝙ de eſca breuit̃ trāſeundū erit. Nota g̃ breuit̃ ꝙ ſic̃ ſupꝛa dcm̄ ē de epulatōe in ſcriptura repit̃ eſca Cunctoꝝ maloꝝ iuſtoꝝ ⁊ ſanctoꝛum.

Eſca cunctoꝝ eſt neceſſaria
Eſca maloꝝ eſt deceptoꝛia.
Eſca iuſtoꝛum refectoꝛia
Eſca ſanctoꝝ ſaluatoꝛia

Pꝛia ſolet naturā ſuſtētare.
Scđa ſolet carnales īpīguare.
Tercia ſolet ꝟtutes repare
Quarta vo ſolꝫ aīas delectare

Eſca cunctoꝝ eſt ſobria ⁊ tꝑata. Conſtat eī ꝙ natura nō parauit moꝛtalibꝰ eſcas nimis delicatas: nec cōfectas nec fartitas: ſed potius ſimplices ⁊ non nimis lautas Geñ. j. Dedi vobis oēm herbā vt ſit vobis in eſcā. Eſca maloꝝ eſt ſapida ⁊ venenata: ſiue eī ſint carnis guloſitates. ſiue pctā vel iniq̃tates. ſiue diuitie vel facultates. q̃. ſ. oīa pñt dici eſce maloꝝ. ſꝑ tñ venenum dyabolice deceptōis occultat̃ ibidē. ex q̃ tādē ſequit̃ moꝛs eterna Eccl. xxxvij. In m'tis eſcis erit infirmitas. Eſca iuſtoꝝ ē aſpera ⁊ medicatiua. ⁊ iſte ſt̃ eſce ſpūales. que. ſ. animā refocillant. ⁊ q̃ medicina ſunt ⁊ remediū cōtra pctā. j. Coꝛ. x. Om̄s eandē ſpiritalē eſcaꝫ mandecauerunt. Eſca ſanctoꝝ eſt vtilis ⁊ delicata. ſ. eſca gl'ie ꝑadiſi. De q̃ in ps̃. Memoꝛiā fecit mira. ſuo. miſe. ⁊ miſe. dñs eſcā dedit tim̄. ſe. His igit̃ ꝓmiſſis dicēdū eſt generaliter ꝙ inueniūt̃ eſce Male ⁊ ꝑiculoſe. Eſce bone ⁊ fructuoſe. Pꝛimo em̄ male ⁊ ꝑiculoſe eſce poſſunt dici oīa illa in quibꝰ delectant̃ mali. Sicut em̄ dicit Pliniꝰ. Aliq̃ ſt̃ ppl'i indoꝝ q̃ eſcas comedunt venenoſas: immo ipm venenū eſt eis delectamentū: ⁊ eſca. ſicut etiā in ep'la Ariſto. ad alexandrū dr̃. ꝙ puella nutrita veneno fuit eī oblata. Odoꝛicꝰ etiā dicit ꝙ ſerpentes ſt̃ eſca cōis multis indiaꝝ ppl'is. In ꝑtibꝰ em̄ illis ſunt plurimi ſerpentes ⁊ maximi. alia vo aīalia rara ꝓpter loca arentia: ſterilia ⁊ deſerta. Et iō hoies neceſſe hñt aſſueſcere ſerpentes comedere. cū alia aīalia nō hñt. qꝛ eſt regula generalis ꝙ omnis natio cōſueuit ſibi facere eſcas de illis rebus ⁊ aīalibus que in ſuis ꝑtibus abundant. Et inde eſt ꝙ cumani ⁊ aquilonares comedunt equos: occidentales vo oues ⁊ boues. arabes ⁊ perſe comedunt camelos. Indi leones ſerpentes et elephantes. Ethiopes vero dracones. ad quod. ſcilicet. alludit ſcriptura dicens in pſal. Tu confregiſti capita draconis: dediſti eū eſcaꝫ populis ethiopum. Breuiter ergo cōcludo ꝙ alique ſunt gentes q̃bus eſca ſunt atq̃ꝫ cibus illa que de ſui natura venenoſa ſūt et nociua. Reuera tales gentes ſunt hoies mali. qꝛ. ſ. iſtꝺ de rebus venenoſis. i. inutilibꝰ ⁊ nociuis faciūt ſibi eſcas. ptꝫ de luxurioſis quoꝝ eſce ſunt male mulieres. Sap. xix. Tā q̃ꝫ equi depauerūt eſcam. Equi em̄ luxurioſi ſunt ⁊ carnales. q̃ loco eſcaꝝ carnes appetunt mulierū. ſil'es illis eq̃s dioniſij tyranni quoꝝ eſce erant carnes humane ſꝫ Omerū. Nu. xj. Quis dabit nobis eſcas carniū? Ptꝫ de guloſis etiā q̃bus eſce ſunt venena inq̃ꝫtum ſt̃ vicioꝝ ⁊ criminū incentiua. Contra q̃s loquit̃ Eccl. xxxvj. Om̄eꝫ eſcam manducabit venter: ⁊ eſt cibꝰ cibo melioꝛ. Cibꝰ dico. ſ. ſpiritualis cibo. ſ. coꝛpoꝛali. qꝛ. ſ. cibus ſpiritalis animam nutrit. coꝛpoꝛalis vo ſi ſuꝑflue ſumat̃ illam occidit. Iō cōſulit ſapiens Eccl. xxxvij. di. Noli eſſe auidus in omni epulatione ⁊ nō te effundas ſuꝑ omnē eſcam. Patet etiā in tyrannis q̃ de pauꝑibꝰ ⁊ egenis faciunt ſibi eſcas inq̃ntū. ſcꝫ ipoꝝ carnes. i. ipſoꝝ tꝑales ſubſtantias deuoꝛant rapiunt atq̃ꝫ edūt. ps̃. Deuoꝛant plebē meā ſicut eſcam panis. Iſti em̄ ſunt ſicut aq̃le: qꝛ de auibus innocentibꝰ. ſ. de pauꝑibꝰ ſibi ⁊ pullis ſuis faciunt eſcas Iob. ix. Quaſi aquila volās ad eſcam. Item in ꝑſona pauperū dicebat Dauid in ps̃. Dediſti nos ſicut oues eſcaꝝ: ⁊ in gentibꝰ diſperſiſti nos. Ptꝫ etiam in demonibus. q̃. ſ. de peccatricibus aīabꝰ faciunt eſcas ſuas inq̃ntum. ſ. in coꝝ coꝛpus. i. in coꝛpꝰ peccati ⁊ in cōgeriē iniquoꝝ pꝛimo traijciunt̃ ⁊ peccādo comedūtur. ⁊ in fine inq̃ntum in coꝝ penis ⁊ miſerijs delectantur. Vñ hiere. xvj. Dabo cadauer eoꝝ in eſcā volatilibus celi. Cadauer em̄ ⁊ moꝛticinū animas peccatrices deſignāt. q̃ ſcꝫ moꝛtue ſunt. ⁊ fetentes ⁊ putride coram deo. Tales eī ſunt diuitie male eſce maloꝝ. q̃. ſ. bonaꝝ eſcaꝝ. i. bonoꝛūꝫ ſpūaliū ⁊ ꝟtutū faſtidium generant. ps̃. Omnē eſcam abo

minata eſt anima eoꝝ. ⁊ appropinquauerūt vſq; ad portas mortis. Et dei ⁊ ſanctoꝝ indignationem ꝓcurant. pſ. Adhuc eſce eoꝝ erant in ore ipoꝝ: ⁊ ira dei aſcen. ſup eos

Et merito: qꝛ ꝓcerto iſte ſūt
In quibus ſcandalizamur
Pro quibus exheredamur.
A quibus nō cōfortamur.

Ab iſtis dico ſcandalizamur. j. Coꝝ. viij. Si eſca ſcādalizat frēm meū non manducando carnē ineternū. Pro iſtis etiā exheredamur. ſ. a glīa padiſi. Hebre. xij. Propter vnā eſcā ꝑdidit eſau primogenita. Ab iſtꝭ nō roboramur nec in bono ꝯfortamur. Hebre. xiij. Optimū eñ eſt grā ſtabilire cor nō eſcis q̄ nō ꝓfuerūt ⁊c. Iſte ḡ ſt male eſce ⁊ ꝑiculoſe. Scdō dico. ꝙ inueniunt̄ eſce bone ⁊ fructuoſe. Et iſte ꝓcerto ſignāt oīa q̄bꝰ boni ſpūalit̄ paſcunt̄ ⁊ in q̄bus ſpūalit̄ delectant̄. Et ſic dico ꝙ boni paſcuntur

Eſcis penitentie ⁊ tribulatiōis
Eſcis grē atq; deuotionis
Eſcis doctrine legis ⁊ lectiōis.
Eſcis eucbariſtie ſacre refectōis.
Eſcis celeſtis glie ⁊ ꝯſolatōis

Contritio eñ ⁊ pnīa ſūt eſca laborantiū. Vñ illō pſ. Cinerē tan. panē mā. ⁊ po. me. cū fle. miſcebā. Xp̄s etiā dicit ꝑ pſ. Dederūt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea po. me aceto. Deuotio etiā ⁊ grā ſt̄ eſce incipiētiū: ſeu religioſoꝝ ⁊ ſimpliciuȝ. pſ. Qui dat iumen. eſcā ipoꝝ: ⁊ pul. coꝛ. inuo. eū. Iumenta ei ſunt ſimplices ⁊ layci: pulli vo coruoꝝ ſunt religioſi atȝ clerici. magis hiſpidi ⁊ pnīa ſqualidi: ⁊ ad inuocādū dñm ordinati. Doctrina ſcriptura ⁊ eucbariſtia ſt̄ cibꝰ ꝑficientiū. Scriptura eñ ſacra eſt illa arbor pulcerrima de q̄ fit mentio Dan. iiij. Cuiꝰ rami pulcerrimi ⁊ fructꝰ eiꝰ nimiꝰ ⁊ eſca vniuerſoꝝ in eo. qꝛ. ſ. in iſta arbore vniuerſi. ſ. docti ⁊ indocti: ſimplices ⁊ ꝑuecti: diuites ⁊ egeni. maiores ⁊ puuli. inueniūt ſibi eſcā. i. doctrinā ⁊ ſciam vnicuiq; ſm ſtatū ſuuȝ ꝓportionatā. Et iō ſeq̄t̄ ibidē. ꝙ beſtie gētiū hitabāt ſub arbore. aues vo celi in ramis ipius volitabāt. ad denotandū ꝙ beſtie. i. ſimplices ſub arbore ſcripture q̄eſcūt. ſimpliceȝ eſcā doctrine rudioris ſumendo firmiter credendo ⁊ ſimpliciter cōfitendo. Aues vo. i. ſubtiles ⁊ ꝑuecti ꝑ ramos. i. ꝑ libros eiꝰ volitant ſtudendo ⁊ diſputando ⁊ altiora itelligendo. Quia breuiter ſcriptura ſacra eſt ſicut arcba noe vbi ſicut dꝛ Geñ. vj. Pro nutriendis oībꝰ generibꝰ aīaliū repoſita ſt̄ oīa genera eſcaꝝ. vñ ibidē dꝛ. Tolles tecum ab oībꝰ eſcis q̄ manducari pñt ⁊ cōportabis apud te ⁊ erunt tam tibi q̄ȝ illis in cibū ⁊c. Expone. Ergo hñ regratiādo dicit dauid in pſ. Cōfitemini deo celi. Qui dat eſcā oñi carni. Vñ etiā de nubibꝰ. i. de p̄dicatoribꝰ. p̄latis ⁊ doctoribꝰ qui ſacre doctrine ⁊ ſcientie ſunt miniſtri dicit̄ Iob. xxxvj Per hec enim iudicat pplōs. ⁊ dat eſcas multis mortalibus. Eucbariſtia etiā ꝑficientiū eſca eſt. panis eñ cor hominis cōfortat ne deficiat in labore. Vñ de xp̄o eſcam iſtā hominibꝰ miniſtrante dici pōt illud. j. Macha. ix. Poſuit in ciuitate auxilia ⁊ apparatꝰ eſcaꝝ. Eterna eñ gloria eſca eſt ꝑfectorū ⁊ contemplantiū. Iſta enim eſt eſca que dat̄

Orantibꝰ ⁊ ſupplicantibus dei largitatem
Sperantibꝰ ⁊ expectantibꝰ dei bonitatem
Videntibꝰ ⁊ ſpeculantibꝰ ſummā vitatem
Cupiētibꝰ ⁊ deſiderātibꝰ ſupnā vbertatem

Dat̄ dico dei largitatē poſtulantibꝰ pſ. Catuli leonū ru. vt ra. ⁊ q̄. a deo eſcā ſibi. Dat̄ etiā dei bonitatē ſeu pietatē p̄ſtolantibꝰ pſ. Oia a te expe. vt des illis eſcaȝ in tpe. Dat̄ inſup ſummā veritatē ſpeculantibꝰ. Vñ de aq̄la q̄ ē auis limpidiſſimi viſus dicit̄ Iob. xxxix. In inacceſſis rupibus cōmorat̄. inde cōtemplat̄ eſcam delonge oculi eius ꝓſpiciūt. Dat̄ nihilominꝰ ſupnā vbertatē cupientibꝰ ⁊ affectantibꝰ pſ. Facit iudiciū iniur. pa. dat eſcā eſurien. Eſurire eñ idem eſt qō eſcā auide deſiderare. Sic ḡ pȝ quō inueniunt̄ eſce fructuoſe. ⁊ eſce ꝑiculoſe. vide ſupra de cibo ⁊ in aliis ſilibus. Sȝ ſi vis alio mō breuiter diſtinguere. dic ⁊ nota ꝙ eſca ſeu cibꝰ multiplr̄ ſignat i ſcp̄tura. Eſt eñ

Eſca tempalis.
Eſca ſpiritalis
Eſca ſacrihetalis
Eſca ſempit̄nal̄

Eſca tpalis ſignat bonoꝝ tpaliū vbertatē. Eſca ſpiritalis ſignat vtutū ⁊ graꝝ puritatē. Eſca ſacr̄alis ſignat ſancte eucbariſtie dignitatē. Eſca ſempiternal̄ ſignat bonoꝝ ſupnaliū voluptatē. Eſca tpalis ē gratioſiſſima ad digerendū. Eſca ſpiritalis eſt puriſſima ad nutriendū. Eſca ſacr̄alis eſt aptiſſima ad roborandū. Eſca ſupnalis ſeu eternalis eſt dulciſſima ad recreandū. Eſca tpalis eſt tempate ſumenda. ſm ꝙ dꝛ Eccli. xxxvij. In mult̄ eſcis erit infirmitas. Eſca ſpiritalis. ſ. gratia ⁊ ſcia ſeu doctrina eſt auide ꝓcuranda. Vñ. j. Coꝝ. x. Oēs eādē eſcā ſpiritalē manducauerūt ⁊c. Itē eſca ſacr̄alis eſt deuote ſuſcipienda. Vñ pſ. Oia a te expe. vt des illis eſcā in tempe. Eſca vo eternal̄ eſt ardenter deſideranda ⁊ cōſideranda. Vñ Iob. xxxix. Iñ inq̄t cōtemplat̄ eſcā ⁊ oculi eiꝰ delonge ꝓſpiciūt. Eſca tpalis eſt vituꝑanda. Vñ pſ. Oēm eſcaȝ abomina. eſt aīa eoꝝ. Eſca ſpiritalis eſt deſideranda. pſ. Oculi oim in te ſpe. dñe: ⁊ tu das eſcā in ⁊c. Eſca ſacr̄alis eſt reuerenda. Vñ pſ. Eſcā dedit timen. ſe. Eſca eternalis eſt affectanda. vt ſic ſimꝰ q̄ſi aquila volans ad eſcam. ſicut dꝛ Iob. ix. De iſtis ḡ eſcis poſſet fieri magnꝰ tractatꝰ: ſed qꝛ ſupra dictuȝ eſt de cibo. De comedere ſatis ꝓlixe. ideo omitto cauſa breuitatis.

Eſſe. Nota de erat ſupra in titulo de abraam vbi ſatis inuenies. Nota aūt de eſſe i generali. ꝙ iſtō verbū. ſ. eſſe quanto in locis pluribꝰ inuenit̄ tanto plura ſignificare dinoſcit̄. Iſtud eſt eñ verbū anormalū qō nō ſequit̄ regulā alioꝝ. Iſtud eſt etiā verbū ſubſtantiuū qō ſignat ſubſtantiā ⁊ rōnalē exñtiā ſubiectoꝝ. Et iō ſm iſtam ipiꝰ duplicē naturā poſſumꝰ denotare duo ipiꝰ ſignificata Vnū. ſ. bonū ⁊ vnū malū. Notemꝰ ḡ ꝙ eſſe pōt ꝑtinere ad vicioſos ad virtuoſos ⁊ ad glioſos Primo quidē dico ꝙ eſt ꝑtinet ad malos ⁊ vicioſos. Sicut eñ ſum es vbuȝ eſt anormalū qō regulas aliorū nō ſequit̄. qō nulli cōiugationi ſubiicit̄. qō ſingularē modū ſeruare dinoſcit̄. ⁊ qō etiaȝ quandā immutabilē exiſtentiā ſignificare videt̄ dedignari Sic vere chariſſimi multi ſunt ita ꝓterui: inobedientes et obſtinati: ꝙ aliis verbis. i. aliis ſociis dedignant̄ aſſimilari ꝑ ꝯformitatē regulis dei ⁊ p̄latoꝝ nō volūt ſubiici ꝑ obedientiā ⁊ humilitatē: nullā etiā ſequunt̄ cōiugationē. id eſt nullā freq̄ntāt cōiunctionē. vnitatē charitatē ⁊ ſocietateȝ. ſ ſt̄ in malo exñtes ꝑſeuerantes ⁊ immutabiles ꝑ obſtinationē ⁊ malicie prauitatē. Iō ꝓprie iſta pñt dici vba anormala: qꝛ. ſ. iſti alieni ſt̄ a norma ⁊ iuſticia totius diſcipline. De talibꝰ ergo ſolis ſingularibꝰ obſtinatis: immutabilibꝰ ⁊ anormalis pōt dici illud Eccs. iiij. Vnꝰ eſt ⁊ ſcdm nō hȝ. Vbi aduerte ꝙ tales mali aliis nō cōiungunt̄ ꝑ charitatē qꝛ vnus eſt. i. ſingularis. Aliis nō cōformant̄ ꝑ ſocietateȝ. qꝛ ſcdm nō hñt. Aliis etiā nō ſubiungant̄ ꝑ humilitatē. qō oñdit̄ in vocabulo nō. oībꝰ ei ꝯdicūt: oībꝰ ſt̄ rebelles. Iuxta illud Hiere. ij. A ſeculo cōfregiſti iugū dixiſti nō ſeruiā Iſti ſt̄ ḡ ſingulares ſine cōformitate: vnꝰ inq̄t Solitarii ſine ſocietate qꝛ nō habent ſecundū. Inobedientes ſine humilitate. qꝛ. ſ. cuilibet dicunt nō. Dico ḡ ꝙ iſti ſt̄ ſine conformitate. Vnꝰ inq̄t eſt. Multi eñ ſt̄ q̄ gliant̄ eſſe vnꝰ. i. ſingulares ⁊ partiales. ſicut ſt̄ ſupbi qꝛ aliis nō dignant̄ copulari vel cōformari. ſiles illi cepe canine ſeu ſquille q̄ qñ vna ſeu ſola inuenit̄ ſp eſt venenoſa. qñ vo due ſimul inueniunt̄: tūc vtriuſq; malicia tpat̄. Siles etiā ſt̄ illi aui q̄ dicit̄ fenix q̄ vna ⁊ ſola ē in natura q̄ etiā aliis auibꝰ in cōditionibus eſt difformis Similes etiā ſt̄ vni generi margaritaꝝ qō dꝛ vnio: eo ꝙ vna ſemp ⁊ nunq̄ȝ duo ſimul inueniunt̄. Sic vere chariſſimi multi ſt̄ hodie q̄ ſingularitateȝ et vnitatē in moribꝰ volūt ſuare ⁊ nulli alii ſe dignant̄ cōformare: oībꝰ eñ aliis nobiliores ⁊ meliores ſe reputant. ⁊ iō ꝑ charitatē ⁊ cōcordiā neq̄ꝙ alter alteri ſe cōformant. Iſti figurant̄ in illo Thoma aplō. de q̄ dꝛ Iohis. xx. Qꝛ Thomas vnꝰ de duodecim nō erat cū diſcipulis qñ venit ihs. Et iō q̄ȝdiu vnꝰ ⁊ ſolus fuit ſibi nō legit̄ xp̄s apparuiſſe. ſ tunc qñ cū aliis eſt inuentꝰ In q̄bꝰ verbis inſtruimur ꝙ illi q̄ ſt̄ thomas q̄ interp̄tat̄ abyſſus. i. tales ſingulares qui more abyſſi vix poſſunt cognoſci vel inueſtigari. talibꝰ dico xp̄s non dicit̄ apparere. ſ niſi ad ſocietatem ⁊ cōgregationē alioꝝ redierint ipos inuiſitatos relinquere. Nota ergo ꝙ tales qui conſiſtunt in tali ſigularitate ⁊ vnitate ſunt

Frigidi ſine charitate.
Fragiles ſine firmitate.
Impii ſine pietate
Proditores ſine fidelitate

Sunt dico frigidi ſine charitate. Eccli. iiii. Duo fouehhntur mutuo vnꝰ quō calefiet: Sūt etiā fragiles ſine firmitate. faciliter enim cadunt in peccatū. Vñ pſ. Sicut vnus ex principibus cadetis. Item ipi ſunt crudeles ſine pietate Eccī. xj. A ſcintilla vna auget̄ ignis: ⁊ ab vno doloſo auget̄ ſanguis. Tales ergo inſup ſt̄ p̄ditores ſine fidelitate. Vñ Io

ban.xiij. Unus ex vobis me tradet. Patet ergo ꝙ iſti ſunt ſingulares ſine conformitate. Item iſti ſunt ſolitarij ſine ſocietate: q2.ſ. iſti nõ hñt ſecundũ. Habere em̄ ſcḋm nihil aliud eſt ꝙ hře ſociũ. Uñ.ij. Eſdre.iij. Secundo loco ſedebit a dario: ⁊ cognat⁹ darij vocabit̄. De q Math. xxij. Scḋm vo ſic eſt hřic q̄ vtiqꝫ tales carere noſcunt̄: q2.ſ. ſocietatē ⁊ amicicia deteſtant. Apoc.xj. Scḋm abijt. Itē dico ꝙ iſti ſc̄ ſupbi ſine humilitate: qḋ oñdit cũ dr̄: nõ. Iſtḋ em̄ vocabulũ ſoliti ſc̄ dicere ſupbi. Nõ em̄ volũt maioꝛib⁹ obedire. ſ; eis negatiue ꝯdicere ⁊ cõtraire: dicentes nõ ibo nõ faciã: nõ dicã ⁊c̄. Iſti rñdent ſicut Johannes Jobis. q̄ cũ peteret̄. Tu q̄s es: Rñdit ſe nõ eſſe xp̄m: ⁊ dixerũt belyas es tu: Rñdit nõ. ꝓpha es tu: Rñdit nõ. Tales ei negant ſe eſſe xp̄m ⁊ belyam ⁊ ꝓpham. Xp̄s em̄ grece interptat̄ vinctus: helyas vo interptat̄ robuſt⁹: ꝓpheta aũt interptat̄ videns. Quia vere iſti nõ ſunt xp̄s.i. vincti p̄ pietatē. Non ſc̄ helyas.i. robuſti p̄ firmitatē. Non ſunt ꝓphete. id eſt occulta cõſiderantes p̄ ꝓuidentiã ⁊ ſagacitatē. Uñ tales poſſunt dicere illud Amos.vij. Nõ ſum ꝓpheta nec filius ꝓphete: armentarius ego ſum vellicans ſiccomoꝛos. Iſti ſunt q̄ illi q̄ ſunt malo mõ eſſendi: qui.ſ. in malo ſtabiles et firmi ſunt non in bono. Unde nota ꝙ iſti ſunt

Fallaces pleni nequicia.	Sunt dico fallacitate velati.
Tenaces pleni miſeria.	Eccl.xix. Eſt q̄ nequit̄ ſe hu-
Procaces ſine modeſtia.	miliat: ⁊ interioꝛa ei⁹ plena ſc̄
Sagaces ſine cõſtantia.	dolo. Itē ſunt tenacitate li-
Loquaces pleni iactantia.	gati. Eccl.xj. Eſt q̄ locupleta-
Uoraces ſine ſufficientia	tur parcē agendo. Itē ſc̄ ꝓ-

cacitate effrenati. Eccl.xx. Eſt odibilis q̄ ꝓcax eſt ad loquendũ. Itē ſunt ſagacitate ſeu infidelitate depꝛauati. Eccl.vj. Eſt amic⁹ ſocius menſe. ⁊ nõ ꝑmanebit in die neceſſitatis. Itē ſunt iactantia ⁊ vbꝛoſitate immoderati. Prouerb.xiij. Eſt q̄ſi diues cũ nihil hẽat. Itē ſc̄ voꝛacitate nõ ſatiati ſeu cupiditate ab omni ſufficientia vacuati. Prouerb.xiij. Eſt q̄ſi paup cũ in multis diuitijs ſit. Tales igit̄ ſc̄ q̄ in malo ſc̄ pſeuerant ⁊ ſiſtunt. ita ꝙ cuilibet tali ſic indurato ⁊ exiſtenti põt dici illud Eſa.xlviij. Sciui ei q2 dur⁹ es tu. ⁊ neruus ferre⁹ ceruix tua: ⁊ frons tua erea. Et exo.vij. Induratũ eſt coꝛ pharaonis. Et breuit̄ tales q̄ ſic ſc̄ pñt dicē illḋ pſ. Fact⁹ ſum ſicut hõ ſine adiutoꝛio inter moꝛtuos liber: ⁊c̄. Illa vide ſ. de ego in malo ſignificato. Et.ſ. de tu ⁊ vos Et iſti ⁊ in locis alijs pl̄imis vbi ponit̄ eſt ſiue ſũt i malo ſignificato ſiue in bono. Sic ḡ p;3 ꝙ iſtud vbũm ſum es: ſignat qñqꝫ malos ⁊ vicioſos. Scḋo dico ꝙ qñqꝫ ꝯtinet ad bonos ⁊ vtuoſos. Eſſe em̄ ſignat ſbſtãtie realitatē ⁊ eẽntie veritatē: ⁊ illos ſignat q̄ ſc̄ reales. pfecti. foꝛtes. ſtabiles ⁊ firmi exñtes ⁊ pſeuerantes. nõ ypocrite neqꝫ ſupficial'r apparentes. Quilibet ḡ talis põt dicere illud Lu.xxiiij. Uidete man⁹ meas ⁊ pedes meos: q2 egoipſe ſum. In q̄bus vbis aduerte ꝙ ille q̄ veracit̄ exiſtit. Eſt humilis ad operandum: q2 habet manus. Eſt agilis ad ambulandũ. q2 habet pedes. Eſt etiã ſtabilis ad ꝑmanendum. Jõ dicit. q2 ego ipſe ſu3. Tales ei ſuos oñdit effect⁹ Jõ dicũt. Uidete manus. Suos detegũt affect⁹. iõ dr̄. videte pedes. Illos incurrũt defect⁹. q2.ſ. q̄ pſeuerant. Jõ dicunt. q2 egoipſe ſu3 Tales em̄ hoies veri ⁊ nõ ficti nihil ſciunt celare. immo illa q̄ in eis ſc̄ volunt oĩbus apparere. Uñ ipi oñdũt alijs Quid ſunt. Dicam⁹ ergo ꝙ ſi volum⁹ eſſe virtuoſi. rea. Quid volũt les ⁊ exiſtentes. nos debem⁹ habere virtuo Quid agũt ſos effectus qḋ oñdit cũ dicit̄. Uidete inq̄t man⁹ meas. Per man⁹ em̄ intelligit̄ virtus opatiua qua3 pcerto q̄libet d;3 hře. ſi tñ verã ⁊ realē exiſtentiã cupiat obtinere. Idola em̄ nõ hñt verũ eſſe ſ; fictum. ⁊ iõ nõ hñt virtutē opatiuã. q2.ſ. nihil põt facere. Juxta illud qḋ dr̄ i pſ. Man⁹ habent ⁊ nõ palpabũt. Talib⁹ etiã dr̄ Eſa.xlj. Bñ aũt aut male ſi poteſtis facite. Sic vere chariſſimi mlti ſũt hodie idoli.i. ſilitudo hoĩs ⁊ nõ hõ ſicut ſunt mlti q̄ habẽt apparentiã nõ exñtiã. vic; ficti ⁊ ypocrite. q2 vere tales carent vtute opandi ⁊ bonũ faciendi. Et iõ iſti nõ ꝓprie ſunt immo q̄ſi ſc̄. Siĺes em̄ ſc̄ ficarijs q̄ ſc̄ mõſtra hũanã ſpẽm hñtia. nõ tñ exñtia. q2 q̄uis hoĩes eſſe videant̄ exteri⁹ i figura. cõſtat tñ ꝙ nõ ſc̄ hoĩes in natura. Opa ei hũana nõ faciũt. nec rõne vtunt̄. imo ꝓprie beſtie ſc̄ ⁊ beſtialit̄ opant̄ Sic vere chariſſimi tales nõ ſc̄ hoĩes ſed quaſi hoĩes. q2.ſ. q̄uis iſti habeãt apparentiã. nõ tñ hñt exñtiã. Quia hᵉut ter iſti opa rõnabilia nõ faciũt ſed moꝛe beſtiarũ opa beſtialia ⁊ irrõnabilia ⁊ carnalia opant̄ ⁊ agunt. vñ de talib⁹ põt dici illḋ qḋ dictũ ē de ceco nato. Joh.ix. q2 alij dicebãt q2 h ē. alij vo dicebant nõ ſ; ſilis ei⁹ eſt. Nõ ſic ḡ ſ; beam⁹ manus.i. virtutē hñ opandi ⁊ faciẽdi. vt ſic dicam⁹ illud Can ti.v. Man⁹ mee ſtillauerũt mirrã. Dico ergo ꝙ nos debemus hře virtuoſos effect⁹. Man⁹ inq̄t. Uide infra de manu. Inſup dico ꝙ nos debem⁹ hře laudabiles affect⁹ qḋ oñdit cũ dr̄. videte pedes meos. Per pedes em̄ affectões intelligunt̄. q2 ſm Aug. Pes me⁹ affect⁹ me⁹ ⁊ eo feroꝛ q̄cunqꝫ feroꝛ. Et nõ ſicut ad naturalē hoĩs exiſtentiã reqrit̄ ꝙ habeat pedes q̄bus ambulet. ſic ad moꝛalē pfectionem requirit̄ ꝙ habeat affectus q̄bus deſideret. Habeat ḡ pedes: nõ.ſ. vnũ ſ; duos: q2.ſ. due nature coꝛpoꝛales ceteris nobilioꝛes: vic; natura hoĩs ⁊ natura auis. non vni pedi: nec tribus nec quatuoꝛ. ſ; tm̄ duob⁹ innitunt̄. Sic vere charíſſimi illi q̄ ſunt hoĩes.i. pſone rõne vtentes. illi etiã q̄ ſũt aues.i. p̄ cõtemplationē ſurſum in celeſtib⁹ habitantes: ꝓculdubio duob⁹ pedib⁹ debent muniri. q2.ſ. duas ꝑncipales affectiones debent hře. Unã.ſ. q̄ ad deũ erigat̄. Aliam q̄ ad ꝓximũ dirigat̄. Unã p̄ quã ſurſum celeſtia cõteplentur. Aliã p̄ quã inferi⁹ in tpalib⁹ gubernent̄. Eſt em̄ genus aq̄le ſm Plinium. Quevnũ pedē habet clauſum moꝛe auis volatilis: quo natat ⁊ vadit p̄ aquã. Aliũ vo h;3 diuiſum ⁊ apertũ moꝛe auis rapacis. cũ quo rapit ⁊ accipit pꝛedã ſuam. Sic vere chariſſimi viri pfecti duob⁹ pedib⁹.i. duabus affectionib⁹ vtunt̄. vna ſpũali alia tpali. Una cõtemplatiua alia actiua. Una tpalis q̄ claudit̄ alia ſpũalis q̄ aperit̄ Una cũ q̄ ſe dirigat in aq̄s deuotiõis: alia cũ q̄bus gradit̄ ad laboꝛē opatiõis. Et iſtud potiſſime ꝑtinet ad platos q̄ debent hře vtrunqꝫ pedē.i. vtranqꝫ vitã.ſ. actiuã ⁊ cõtemplatiuã. Figurati in illo angelo Apoc.x. Qui poſuit pedē ſuũ dextrũ in mare: ſiniſtrũ vo ſup terrã. Prelat⁹ em̄ dicit̄ angel⁹. q2.ſ. iſte debet eſſe tot⁹ angelic⁹ ⁊ celeſtis. Malac. ij. Labia ſacerdotis cuſtodiũt ſcientiã. q2 angel⁹ dñi exercituum eſt. Iſte ḡ vnũ pedē ponit in aqua: aliũ in terra. q2.ſ. dextrũ pedē.i. affectum ſpũalē deb;3 ad mare.i. ad padiſi opulentiã extendere p̄ deuotionē. Siniſtrũ vo.i. affectum tpalem d;3 ad terrã.i. ad regimē terrenoꝝ dilatare p̄ bonũ exercitiũ ⁊ opationē. Habeam⁹ ḡ pedes.i. laudabiles affectus: ſi nos volumus eſſe ſtabiles.i. pſeuerantes. Juxta illud Eccl.xxvj. Columne aurece ſup baſes argẽteas: pedes firmi ſup plantas ſtabilis mulieris Hieremie.ix. Nõ ſunt attriti pedes coꝝ. Et in pſ. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis hierlm. Quis ꝓculdubio multi poſſunt dicere illud pſ. Mei autem pene moti ſunt pedes. pene effuſi ſũt greſſus mei. Sed pcerto remedium ponit̄ alibi in pſ. vbi dicit̄. Si dicebam motus eſt pes me⁹ miſericoꝛdia tua domine adiuuabat me. Et poſſumus notare ꝙ iſti pedes nr̄i

Sunt lauandi.	Sunt dico lauandi p̄ lachꝛym[illegible]ionem.
Sunt vngendi	Geñ.xix. Lauate pedes veſtros ⁊ requie
Sunt ſtringẽdi	ſcite ſub arboꝛe. Et Leui.j. Inteſtina et
Sunt tegendi.	pedes lauabunt. Item ſunt vngendi per

cõpaſſionē. Uñ Joh.xij. dicit̄. Maria vnxit pedes ihu. Item ſunt ſtringendi p̄ inanis glie excutionē. Luc.ix. Excutite puluerem de pedib⁹ veſtris Item ſunt tegendi ⁊ calciandi p̄ diſcrete cuſtodie abſconſionē ⁊ tuitionē. Exo.xij. Calciamenta habebitis in pedibus veſtris. Debem⁹ ḡ habere laudabiles affectus. Uidete inq̄t pedes meos. Adhuc dico Q2 ſi moꝛaliter eſſe ⁊ exiſtere volum⁹: opꝫ nos cauere a vicioſis defectib⁹: q2.ſ. nos ſemp debemus in bonis pſeuerare: non deficere nec ceſſare. qḋ oſtendit̄ cũ dicit̄. Egoipſe ſum. Iſtud em̄ ſum qḋ eſt pñtis tpis ſignat verã exñtiam ⁊ pſeuerantiã. Alia ei tpa.ſ. pterita ⁊ futura ſp denotant mihi aliquē fluxũ aliquē defectũ aliquã diſtantiam aliquē tranſitũ ſeu motũ: ſicut cũ dicit. Fui eram Ero Solũ vo pñs tps verã ⁊ realem exiſtentiã deſignat. Jõ dicit. Quia egoipſe ſum. Et iõ cui⁹ eſſentia nõ nouit pteritum vel futurũ. ſuã cõtinuã eſſentiã p̄ verbũ pñtis tpis declarauit. Exo.iij. vbi dicit. Ego ſum q̄ ſum. Sic dices eis. Qui eſt miſit me ad vos. Dicat ḡ q̄libet illud pdictũ. Ego ipſe ſum. Et notem⁹ ꝙ nos debemus eſſe ſtabiles ⁊ pncipalit̄ pſeuerantes: ⁊ hoc pncipaliter in ſex cõditõib⁹.ſ. In

Perfectione
Locutione
Dilectione
Fidelitate
Humilitate
Trāqllitate

Simꝰ ergo ſtabiles in ꝑfectiōe: ꝑſeueremꝰ in bono dicentes illud .j. Cor. xv. Gr̄a dei ſū id qđ ſuz ⁊ gr̄a eiꝰ in me vacua nō fuit. ſed gr̄a eiꝰ ſemꝑ in me manet. Qđ est ꝯ̄ leues ⁊ inſtabiles q̄ mō ſunt mō non ſunt: q2. s. ſi bn̄ facere incipiūt: ſtatī deſiſtūt ⁊ deſinunt Juxta illud Sapie. v. ſic ⁊ nos nati cōtinuo deſinimꝰ eſſe: ⁊ nullū q̄dē v̄tutis ſignum volumꝰ oſtendere. ſil'es piſci q̄ dr̄ effimera. q̄ morit̄ eodē die q̄ naſcit̄. ita ꝙ iſti poſſunt dicere illud Job. x. Fuiſſem q̄ſi nō eſſem de vtero tranſlatꝰ ad tumulū. Iſti enī in vita morali nō ꝑſeuerant: q2 ſtatim q̄n viuere ꝑ gr̄am incipiūt: ꝑ pct̄m moriunt̄ ⁊ deficiunt. q2 ſi de vtero mūdi vl' carnis ꝑ gr̄am q̄nq3 egrediunt̄. ſtatim ad tumulū bonoꝝ tꝑaliū ꝑ auariciā transferunt̄: vel ſtatī ꝑ pct̄ā moriunt̄: ⁊ in tumulo maloꝝ cōſuetudinū inuoluūtur. Jō de talibꝰ bn̄ pōt dici illud Ecci. xliiij. Qui ꝑierunt q̄ſi q̄ nō fuerūt: ⁊ nati ſt̄ q̄ſi nō nati. Iterū ſimꝰ ſtabiles ⁊ ꝑſeuerātes in locutiōe habeamꝰ. s. v̄ba vera ſtabilia ⁊ firma. Juxta illud Mat. v. Sit ſermo veſter eſt eſt: nō non: ⁊ iſta hēbat apl'us. ij. Cor. j. di. Sermo nr̄ q̄ fuit apud vos nō fuit in illo eſt ⁊ nō: ſ3 eſt in illo fuit. Iterū ſimꝰ ꝑſeuerantes in dilectiōe. Juxta illud Sen̄. Sic diligamꝰ q̄ſi deſinere nō liceat. Qđ eſt ꝯ̄ multos q̄ nō diligunt vere ſ3 ficte: nō in aduerſitate ſ3 tm̄ in ꝓſperitate. De q̄bꝰ dr̄ Eccl'i. vj. Eſt amicus ſociꝰ mēſe ⁊ nō ꝑmanebit in die neceſſitatis. Itē ſimꝰ ꝑſeuerantes in fidelitate: vt de nobis dicat̄ qđ d̄ moyſe dr̄. Num̄. xij. At nō talis ſeruꝰ meꝰ moyſes: q̄ in tota domo mea fideliſſimꝰ eſt. Itē ſimꝰ ꝑſeuerantes in hūilitate: nō ſimꝰ ſicut multi q̄ q̄3diu ſt̄ pauꝑes valde ſt̄ humiles ſtatim v̄o q̄n̄ diuites fiūt: vel q̄n̄ ad aliquā dignitatē aſcendūt ꝑ alijs ſunt ſuꝑbi. ſicut apparuit de Saule. Simꝰ igit̄ ſicut apl's q̄ dicebat. j. Cor. xv. Ego ſum minimꝰ aploꝝ q̄ nō ſum dignꝰ vocari apl's. Itē ſimꝰ ꝑſeuerantes in tranq̄llitate ⁊ ſtabilitate: q2 ſiue ſuccedāt ꝓſꝑa ſiue aduerſa ſꝑ debemꝰ eē ſolidi ⁊ tranq̄lli. Nō enī debemꝰ ꝓpt̄ caſus fortuitos eſſe alij ⁊ alij. ſ3 ſꝑ idez ⁊ ip̄i: vt ei poſſet dici illud p̄s. Tu aūt idem ip̄e es: ⁊ anni tui nō deficient. Sil'es celo qđ q̄muis cōtinue voluat̄ ⁊ moueat̄: nunq̄ tn̄ ꝓpt̄ h' ſua eēntia variat̄. immo ſꝑ eadē repit̄. Sic ⁊ nos debemꝰ eſſe: dicentes illud Job. xix. Quē viſurꝰ ſum egoip̄e ⁊ nō aliꝰ. Et ſic ergo p3 ꝙ ſi nos veracit̄ eſſe volumꝰ: neceſſe eſt ꝙ caueamus defectꝰ vicioſos. ꝙ habeamꝰ affectꝰ v̄tuoſos. ꝙ ꝓducamꝰ effectus ſerioſos ⁊ fructuoſos. S3 adhuc nota ꝙ cū duplex ſit eſſe. s. ſubſtantiale ⁊ accidentale. quorū ꝑmū eſt ꝑmanens ⁊ fixum: aliud v̄o tranſitoriū: ⁊ debile ⁊ ineptū. Sic vere duo ſūt eſſe moralia. s. ſubſtātiale ⁊ ꝑmanēs qđ ꝑtinet ad bonos. Accidētale ⁊ trāſiēs qđ ꝑtinet ad malos. Et iō poſſumꝰ notare qđ tria ſunt genera hoim̄ qui ꝓprie poſſunt dici nō exiſtere vel nō eſſe: q̄. s. nō habent ꝑſeuerantiā in bono nec ꝑmanentiā v̄tuoſam. Qui. s. nō hn̄t eſſe veꝝ ⁊ ſ'bale ſ3 eſſe fictū ⁊ accidētale. Et iſti ꝓcerto ſunt

Nugacis amicicie ſectatores.
Fallacis apparentie ꝓfeſſores.
Fugacis opulentie poſſeſſores

Primi ſt̄ amici mundani.
Secundi ſt̄ ypocrite vani
Tercij ſunt diuites inſani

Primi carēt durabili dilectōe
Scđi carent durabili ꝑfectiōe
Tercij carēt durabili poſſeſſiōe

Primi ergo q̄ dicunt̄ nō eſſe: ſūt nugacis amicicie ſectatores. s. amici mūdani. Iſti enī nō habent ꝑmanentē exn̄tiam. q2. s. nunq̄ in amicicia ꝑſeuerant. Si ei hodie ſt̄ amici in craſtino ſunt inimici. Amici enī ſt̄ dum durant ꝓſꝑa: inimici v̄o ſt̄ dū veniūt aduerſa. Iſti enī ſil'es ſunt muſcis ⁊ locuſtis q̄ ſunt in eſtate q̄n̄ terra ſolet eē munita fructibꝰ: in hyeme v̄o deficiunt oēs. In vere enī q̄n̄ virent flores folia generant̄. in autumno v̄o adueniente frigore moriunt̄: Sic v̄e falſi ⁊ mūdani amici: in vere ⁊ i eſtate. i. in ꝓſperitatis tēꝑe q̄n̄ fructꝰ ⁊ lucra pn̄t inuenire ip̄i

pro cert
Tūc ſunt.
Tūc durāt.
Tūc ꝑſeuerāt

Iſta em̄ om̄ia fermento cōparantur.vel quia feruere faciūt ſuo modo.vel corrūpere cōmprobantur. Eſt igitur fermētū charitatis ⁊ amicicie.Iſtud eſt em̄ quod mentem facit feruere ⁊ homīes deſiderijs eſtuare.Panis em̄ fermētat⁹ ſanior eſt vt cōmuniter q̄ꝫ azimus.Et inde eſt ꝙ mulier euāgelica cōmendat̄.quia fermētum in tribus ſatis farine poſuiſſe predicat̄.ſicut dicit̄ Luce.xiij.In hoſtia etiā pacificoꝝ panes fermētati offerri iubebant̄.ſicut ptꝫ Leuit̄.vij Panes etiā duo fermētati pro primicijs dn̄o iubebantur offerri.⁊ cum eis ſeptē agni agniculi:⁊ vnus vitul⁹ ⁊ vn⁹ aries imolari.Sicut dicit̄ Leuit̄.xxiij.In quo notatur.ꝙ mulier euangelica:id eſt eccleſia vel anima:cum tribus ſatis farine.id eſt cum fide trinitatis:miſcere debet fermentum intime charitatis.nec enim hoſtia pacificorum.id eſt pax ⁊ concordia celebratur:nec deo debite primitie offerūtur:niſi fermentum charitatis adhibeatur.⁊ ſibi ſeptem agni:id eſt ſeptem dona ſpirituſſancti:cum vitulo ſpiritalis leticie ⁊ ariete fortitudinis et audacie adiungantur.

Amos.iiij.Offerte mane victimas vr̄as:tribus diebus de
cimas vr̄as:⁊ ſacrificate de fermentato.Iſtud eſt igit̄ fer
mētum charitatis ⁊ amicicie. Inſup dico.ꝙ inuenit̄ fer
mētum malignitatis ⁊ inuidie.Qn̄ eīm fermētū malicie et
inuidie:cor exagitat:ipm̄ ꝑcerto feruere facit ⁊ inflāmat:et
oēm in eo puritatē corrūpens ipm̄ in alienā naturam mu
tat. Idem etiā dicit̄ de fermento:iracundie.luxurie. hy-
pocriſis ⁊ hereſis ſeu falſe doctrine.Scriptū eſt eīm.j.Cor
v.Qꝛ modicū fermētū totam maſſam corrūpit.Et ideo ibi
dem dicit̄.Expurgate vetus fermētū vt ſitis noua cōſper-
ſio ſicut eſtis azimi.Itaq; epulemur nō in fermēto malicie
⁊ neqcie:ſꝫ in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis.Qd̄ bene figu
ratur Leuit̄.ij.vbi p̄cipitur ſic.Ois inqt oblatio q̄ offert̄
dn̄o abſq; fermēto fiet.nec qcq̄ fermenti aut mellis ado
lebit̄ in ſacrificio.⁊ ideo in om̄i bono ope qd̄ deo offerimꝰ
ſeu qd̄ pro deo facimꝰ:a fermēto male intētionis:ſeu mali
cie:neqcie:inuidie:hereſiſq; hypocriſis ⁊ fallacie:nec nō a
melle adulatricis blandicie abſtinere debemꝰ Luc.xij. At
tendite a fermēto phariſeoꝝ qd̄ eſt hypocriſis Vn̄ Leuit̄.
vj.Comedet aaron cū filijs ſuis abſq; fermento.Et Oſee
vij.dicit̄.Quieuit paululū ciuitas a ꝯmixtione fermenti.
Et Math.xvj.dicit̄.Cauete a fermento phariſeoꝝ ⁊ ſadu
ceorum.Exponit dn̄s ibidē.A fermēto.i.a mala doctrina.
Sic igit̄ patꝫ quō fermētū in bono ſumit̄ ⁊ in malo ⁊c̄.

Ferre.

Cū iſtud vbuꝫ ferre multifarie exponat̄.vi
detur ꝙ ipm̄ ſimpliciter oīa illa ſignificet q̄
ſua cōpoſita ſignificāt.Et ſic patꝫ ꝙ ſumit̄ pro portare ſeu
pro deferre Gen̄.vij.Archa ferebat̄ ſup aquas.Et Ioh.ij
Haurite nūc ⁊ ferte architriclino.Itē ſumit̄ pro dare ſeu
conferre.pſ.Dn̄s opem ferat illi ſup lectum doloris eius.
Itē ſumit̄ pro ſuſtinere ſeu ſufferre Iacobi.v.Ecce agri-
cola expectat fructum p̄cioſum terre patiēter ferēs donec
accipiat.Itē accipit̄ pro dicere ſeu referre.ſi accipit̄ fert̄
pro dicit̄ Heſter.xiij.Apud nullū feruntur interptum.Et
Iud.xix.Ferte ſniam ⁊ in cōmune decernite.Itē accipit̄
pro ꝓducere ſeu pro ꝓferre.vel etiaꝫ ꝓ adducere ſeu pro
afferre Ioh.xv.Oēm palmitē in me nō ferentē fructū:tol
let eum.⁊ oēm qui fert fructū purgabit eū vt fructuꝫ plus
afferat.Itē ſumit̄ pro tollere ſeu ꝓ auferre Thob.j.Iuſ-
ſit eū occidi ⁊ tulit oēm ſubſtantiā eius.Itē ſumit̄ pro ꝓ
longare ſeu ꝓ differre Prouer.xxviij.Impetū cōcitati ſpi
ritus qs poterit ferre:id eſt differre.Et Sap.xij.dr̄.Mo-
leſte ferebant in qbus patiētes indignabant̄.Itē ſumitur
ꝓ immittere ſeu ꝓ inferre.iiij.Reg.xxiij.Tulit populꝰ terre
ioachaꝫ ⁊ conſtituerūt eū in regē.Itē ſumit̄ ꝓ circūagere
ſeu ꝓ proferre.Et ſic dr̄ Gen̄.j.Qꝛ ſpūs dn̄i ferebat̄ ſuper
aquas.Itē ſumit̄ ꝓ efferre ſeu ꝓ extrahere.Et ſic de nau-
fragātibꝰ dicit̄ Actuū.xxvij.Qꝛ alios iuſſit natādo euade
re:alios aūt in tabulis ferebant.Igit̄ cū longū eſſet dicere
de ferre ſꝫm oīa iſta ſignata:hoc ſolū notabo:ꝙ in ſcriptu-
ra inuenit̄ loqndo ſpūalit̄ ferre dei:ferre iuſti:⁊ ferre impij
Primo igit̄ dico ꝙ ferre ſpectat ad deū.⁊ ſic dico ꝙ deꝰ hꝫ
Vnū ferre qd̄ eſt potentie. Nam p potentiā ipē fecit
Vnū ferre qd̄ eſt patientie. om̄ia Eſa.xlvj.Ego feci et
Vnū ferre qd̄ eſt amicicie. ego feram:⁊ ego portabo ⁊
ſaluabo.Per patiētiam hic fert immania:qꝛ ſcꝫ ipſe tulit
pro nobis tormenta Eſa.liij.Vere languores nr̄os ipē tu-
lit:⁊ dolores nr̄os ipē portauit.Et etiaꝫ cōtinue ipē ſuffert
⁊ tolerat humana delicta.Per amiciciam hic fert vtilia:qꝛ
ſcꝫ ipē fert:profert ⁊ affert nobis multa ꝓficua atq; bona.
ſcꝫ grām in p̄ſenti:⁊ gloriam in futuro.pſ.Dn̄s opem fe-
rat illi ⁊c̄.Iſtud eſt igit̄ vnū ferre diuinū.Dilata ſi vis de
patientia ſeu de potētia dei. Secūdo dico.ꝙ ē vnum fer
re qd̄ ſpectat ad iuſtuꝫ.Et ſic notare potes ꝙ hō fert q̄ꝫtū
Ad deū onus hūilis ſubiugatiōis. Ferre dico debꝫ hu
Ad mūdū ictus flebilis tribulatiōis. militer dei onera.
Ad ſeipm̄ fructū vtilis opationis. Eſa.lij.Mūdabi-
Ad ꝓximū opē fertilis ꝯſolatiōis. mini qui vaſa dn̄i
fertis ⁊c̄.Quicqd̄ eīm nobis iniūgit deus:humiliter ferre
debemꝰ dicentes illud.iiij.Reguꝫ.xviij.Peccaui:recede a
me:⁊ om̄e qd̄ impoſueris mihi feram. Itē ferre debꝫ hō
patiēter ſeu ſtabiliter mūdi vbera.Debet eē homo ſicut il
le aque de quibꝰ narrat Seneca de naturalibꝰ q̄ſtionibus
que cūcta grauia ferre poſſunt.ſicut ē ille lacus p̄ſidis are-
cuſa.ſic hō ferre debet oīa grauia patiēter.Vn̄ Seneca in
Prouer.Libent̄ feras qd̄ neceſſe eſt. Itē ferre debꝫ hō
fertilit̄ bona opa.ſ.q̄ꝫtum ad ſe Ioh.xv. Qui manet i me
⁊ ego in eo hic fert fructū multū. Itē ferre debet hō vtili
ter grata mūera.ſ.q̄ꝫtum ad proximū Dan̄.xiiij.Abacuch
ſerue dei fer prandiū in babylonē danieli q̄ eſt in lacu leo-
num.Et.j.Machab.viij.dicit̄.Si inſtiterit bellū rhoma-
nis:auxiliū feret gens iudeoꝝ ꝓut tēpus ꝯmiſerit.Sic igi
tur patꝫ ꝙ eſt vnū ferre qd̄ ſpectat ad iuſtum.Potes ſi vis
dilatare quō diuerſe arbores diuerſos ⁊ varios fructꝰ fe-
rūt.id eſt diuerſa bona opa ⁊ vtutes. Tercio dico.ꝙ eſt
vnū ferre qd̄ ſpectat ad impiū.Et iſtud ſūt mala opa.Sūt
eīm alique arbores q̄ fructū venenoſum ferūt.pſ.Ferāt cō
feſtim confuſionē ſuam q̄ dicūt mihi euge euge.Mali eīm
ferūt fructus ad dyabolū pabulandū ⁊ recreandū Iob.xl
Hinc mōtes herbas ferāt ⁊c̄.Vide de portare ⁊ ſuſtinere
(vbi magꝰ plene inuenies.et infra de tollere

Ferire.

Vide de Percutere.

Ferrum.

Nota.ꝙ per ferrum generaliter intelli-
gitur duricia.Et ideo quia duricia mo
ralis multiplex eſt.Hinc eſt ꝙ per ferruꝫ deſignat̄ quedā
Duricia virtuoſa. Duricia vtuoſa eſt firmitas dura
Duricia vicioſa. tionis.De qua Deut̄.xxxiij.Fer-
Duricia doloroſa. rum ⁊ es calciamentū eius.Duri
cia vicioſa eſt imutabilis obſtinationis.De qua.iij.Regū
xxij.Fecit ſibi ſedechias cornua ferrea.Duricia doloroſa
eſt acerbitas tribulationis.De qua dicitur in Pſal̄.Vin-
ctos in mendicitate ⁊ ferro.Dico igitur ꝙ eſt Ferrum
Stabilitatis. Primū ferrum debemꝰ habere.Sed ſe
Malignitatis. cūdū debemꝰ cauere.Terciū debemus
Penalitatis. horrere Primo igit̄ eſt quoddā ferrū
firmitatis:conſtantie ⁊ ſtabilitatis.qꝛ ſicut ferrū trahit̄ ab
adamante ꝓpter quandā ſimilitudinē quam habēt ad
inuicem.Sic ꝟe viri fortes ⁊ conſtantes q̄ non facile cor-
rūpunt̄:nec ad peccatū inclinant̄.ab adamāte.id eſt a cri
ſto tanq̄ ſibi in hoc caſu cōſimiles attrahunt̄ ⁊ imitant̄.et
ad celum ⁊ celeſtia finalit̄ deducunt̄.Vnde Iob.xxviij.
Ferrum de terra tollit̄.Tali eīm ferro.ſ.fortitudine ⁊ vtu
te debemus eſſe armati contra mūdi tribulatiōes:ne faci
le ab eis ſupemur.ij.Regum.xxiij.Armabit̄ ferro:⁊ ligno
⁊ lancea:vt ſic de quolibet tali dicat̄ illud Hiere.j.Dedi
te in ciuitatē munitam:⁊ in colūnam ferream:⁊ muꝝ ene-
um:⁊ debellabūt aduerſum te ⁊ nō preualebūt.Iſtud eſt
igit̄ ferrum ſtabilitatis qd̄ debemus hr̄e. Secūdo dico.
ꝙ eſt aliud ferrum qd̄ debemus cauere.Et iſtud eſt ferruꝫ
id eſt obſtinationis duricia interiꝰ.⁊ crudelitas ſeu ſeuicia
exterius.Elephas eīm habēs ferꝝ in corpe bibit oleuꝫ ⁊ ſa
natur.Ceruꝰ etiam ſi ferrū in corpe habuerit:herbam q̄ di
cit̄ dyptannꝰ querit:⁊ ipm̄ comedens ferrū expellit ⁊ peri
culum euadit.Sic vere chariſſimi.ſi ferrū dure deſperati-
onis vel dure obſtinationis vel crudelitatis in corde ha-
bemus:pro deo recurrere debemꝰ ad dyptannū.id eſt ad
verba ſacre ſcripture:⁊ videre quid ibi contineatur.Ec-
cleſiaſtici.iij.Cor durum male habebit in nouiſſimo.Bibe
etiam ⁊ tibi incorpora oleum diuine miſericordie:vel eti-
am pietatis humane.Et ſic proculdubio iſtud ferrū iſtam
duriciam ſuperabit:⁊ te a mortꝰ eterne periculo liberabit.
Dyptannus eīm ſacre ſcripture remollit ferrum obſtinati-
onis.Oleum diuine miſericordie liberat a ferro deſperati-
onis.Oleum pietatis ⁊ elemoſyne liberat a duricia crude
litatis ⁊ inflāmationis Eſaie.xlv.Portas ereas conteraꝫ
et vectes ferreos confringā.Poſſum igitur notare ꝙ iſtud
ferrum:iſta duricies:⁊ tempora t̄ ⁊ mollitur aliquādo per
ſcripture meditationem:aliquādo per diuine miſericordie
conſiderationē.Sicut de iſtis duobus poſita ſunt exem-
pla etiam de ceruo ⁊ elephante.Item p cōtritionis lique-
factionem.Per penitētie confricationē.⁊ p mortis medi-
tationē.Sicut eīm lima ſeu ſabulū ferrū fricando corrodit
⁊ ipſum limat ⁊ polit.Sic vere chariſſimi quāuis homo ſit
durus:ferreus ⁊ etiā obſtinatus.ſi cuꝫ igne cōtritionis ca-
leſcat ⁊ reſoluat̄.ſi arena.i.mortis meditatione fricetur.ſi
etiam lima.i.infernalis pene corroſione p conſideration̄
vrgeatur:vel lima etiam tēporalis tribulatiōis acriter cor-
rodat̄.ſepe fit vt q̄ erat rubiginoſus:efficiat̄ clarus.Qui

erat durus ⁊ obſtinatus.efficiat̃ mollis tractabilis ⁊ beni
gnus. Qui erat malꝰ efficit̃ bonus.Sicut em̄ dicitur Job
xxviij.Ferrū de terra tollit̃.⁊ auro locus ē in quo cōflatur
lapis ſolutꝰ caloꝛe in es vertit̃.Sed videmꝰ hodie ꝙ mul
ti ſunt ita duri ⁊ obſtinati:ꝙ nullo mō poſſūt ad bonū cō,
uerti.Quidā em̄ ſunt duri ⁊ ferrei ꝑ inuerecūdiam ⁊ obſti
nationē.Quidā ꝑ crudelitatē:rapinam ⁊ exactionē. Qui,
dam vō ꝑ malā ↄſuetudinē ⁊ induratā cōtradictionē.De
obſtinatis dicitur Eſaie.xviij.Scio em̄ quia durus es tu:
et neruus tuus ferreus ceruix tua ⁊ frons tua erea. Pec,
catoꝛ enim poteſt dici ferreus propter tria.ſcilicet propter
Duriciam obſtinationis.
Frigiditatem indeuotionis.
Ponderoſitatē ſue one, roſe conditionis. Sicut em̄
dicit̃ Eccli.xxij. Arenam ⁊
ſalē ⁊ maſſam ferrei faciliꝰ
eſt poꝛtare ꝙ̄ vnū ſtultū.De crudelibus etiā dicit̃.ꝙ ipſi
ſunt ſiles illi crudeli beſtie.De qua dicit̃ Dan̄.vij.Q ha,
bebat dentes ⁊ vngues ferreos:⁊ deuoꝛabat ⁊ cōminuebat
⁊ reliqua pedibꝰ cōculcabat.De induratis etiā ꝓpter ma
lam conſuetudinē poſſumus dicere ꝙ ipi ſunt ſicut ſtatua
nabuchodonoſoꝛ:cuiꝰ tybie erant ferree ⁊ pedū quedā ps
lapis tamē dicit̃ de monte cecidiſſe q̇ totam ſtatuā dicitur
cōfregiſſe.ſicut dicit̃ Dan̄.ij. Quia vē chariſſimi q̇ habent
pedes.i.finem vite ferreos.i.ꝑ malā conſuetudinē indura,
tos.ſubito dum nō aduertūt venit de monte.i.a deo lapis
occulte ſentētie dei:que ipos ꝑ moꝛtē deſtruit ⁊ cōfundit.
q2 ſicut dicit̃ in pſal.Dn̄s contriuit poꝛtas ereas.⁊ vecteſ
ferreos confregit.Jſtud eſt igit̃ ferrū qd̄ debemꝰ cauere.

Tercio dico.ꝙ eſt aliud ferrū qd̄ debemus timere.Et
iſta ē duritia pene tam tēꝑalis ꝙ̄ eterne.Sicut em̄ bubalꝰ
qui nullo modo domari pōt qn̄ capitur:circulo ferreo i na,
ſo imiſſo circūducit̃ per violētiā ⁊ tenet̃. Sic etiam latro
ferreis vinculis ne euadat ligat̃.homicida etiā ferro ꝑcuti
tur ⁊ necatur.Sic vē mūdi peccatoꝛes q̇ reuera indoma,
biles.fures homicide poſſunt dici.eo ꝙ dei legibꝰ nō ſubij
ciūtur.⁊ ꝙ animā ſuā ꝓpꝛiā ꝑ peccatū interficientes deo
furant̃.qn̄ per moꝛtē capiūtur:circulo ⁊ cathena ferrea.i.
duricia moꝛtis eterne inuoluūtur ⁊ violēter aggrauantur
Eccli.xxviij.Jugū eius iugū ferreū.Et in Pſal.dicit̃.Re,
ges eoꝝ in cōpedibꝰ:⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis.Ad
uerte tamē ꝙ ꝑ ferrū qn̄qꝫ intelligit̃ pena tꝑalis ſeu rigoꝛ
iuſticie.qui ꝓcul dubio qn̄qꝫ neceſſariꝰ eſt.q2 ſicut de pſita
co dicit̃.ꝙ caput habet ita durū ꝙ ad hoc ꝙ loqui doceat̃
eſt neceſſe vt caput eius vga ferrea ꝑcutiat̃.Sic vē multi
ſunt ita duri ⁊ ita obſtinati ꝙ ad nullum bonū poſſunt in,
ſtrui vl doceri.niſi virga ferrea.i.duri rigoꝛis ⁊ iuſticie vin
culo mediante.ps̄.Reges eos in virga ferrea ⁊c̃.Patꝫ igi,
tur.ꝙ triplex ē ferrea duricia.vicꝫ Virtuoſa.Viciosa.⁊ do
loꝛoſa.Vide ſupꝛa de afferre.vbi inuenies auctoꝛitatē diui
ſam.Et ſupꝛa de Ere ⁊c̃.

Fertilitas.

Cum multiplex ſit fertilitas.ſ.meri
toꝛū ſeu pꝛemioꝝ.terrenoꝝ.vicio,
rum.toꝛmentoꝝ.plurima poſſemꝰ dicere:ſꝫ deficiūt aucto
ritates vocales. Vide igitur de Fructificare.de vbertate.
plenitudine ⁊ replere.

Feruoꝛ.feruere.

Feruoꝛ idem ē quod ex
ceſſiuꝰ caloꝛ.Vn̄ ⁊ olla
feruere dicitur qui mediante caloꝛe compellit̃ ebulire. Er
go tam in bono ꝙ̄ in malo dico.ꝙ in ſcriptura reperitur
Feruoꝛ virtuoſus:q̇ eſt claritas ⁊ deuotio.
Feruoꝛ vicioſus:q̇ eſt cupiditas ⁊ affectio
Feruoꝛ doloꝛoſus:q̇ ē aduerſitas ⁊ afflictio
Pꝛimo dico ꝙ feruet iu, ſtus ꝑ chari
tatē ⁊ deuotionē.q2 ſcꝫ ſicut fontes vtute ſui caloꝛes inati
feruere ⁊ bulire nō ceſſant.Sic iuſti q̇ perfecta deſiderant
ſemꝑ ad deū ⁊ ad bona eterna feruēt.ebuliūt ⁊ anhelant.
Sicut de Apollo dicit̃ Act.xviij.Q feruens ſpū loq̄bat̃
que ſunt ieſu.Et aduerte.ꝙ ſicut olla feruens ſpuma pur,
gatur.aqua paupatur.⁊ a muſcis inſidētibus liberat̃.Sic
dico ꝙ homo bono ſpū feruens:ſpumā vicioꝝ emittit.a,
quā voluptatis dimittit.muſcas malaꝝ cogitationū non
admittit.Hn̄ ergo ↄſulit apl's Rom̄.xij.dicēs.Spū feruē
tes:dn̄o ſeruiētes.Feruet ꝫ iuſtꝰ ꝑ charitatē ⁊ deuotionē.

Scd̄o dico ꝙ feruet impiꝰ ꝑ cupiditatē ⁊ malā affectio
nē.Muſtū em̄ ꝙ̄diu impuꝝ eſt ſꝑ feruet.cū vō depuratū
fuerit tūc q̇eſcit.Sic hō pctōꝛ ⁊ impurꝰ ſꝑ ꝑ mala deſide,
ria fremit ⁊ feruet.Si vō purus fuerit:tūc ꝑ animi trāq̇lli
tatē in deo q̇eſcit Eſa.lvij.Coꝛ impij quaſi mare feruens.
qd̄ q̇eſcere nō valet.Feruet em̄ impiꝰ ꝑ auariciā:ꝑ ſupbiā
ꝑ iracūdiā.ꝑ luxuria.⁊ ꝑ ſupbiā:ſpumāſqꝫ maioꝝ vboꝝ
fluuiū ⁊ maioꝝ deſiderioꝝ cōtra dei volūtatē emittit. De
auaricia em̄ dicit̃ Job.xlj.Q leuiathan qd̄ interꝑtat̃ ad,
ditamentū.i.auaricia q̄ ſꝑ ſtudet diuitias addere ferueſce
re faciet quaſi ollā ꝓfundū maris.i.coꝛ auari.De ſupbia
dr̃ Pꝛouerb.xix.Stulticia hois ſupplātat greſſus eiꝰ:⁊ cō
tra deū feruet anio ſuo.De iracūdia vō ſeu de iracūdo dr̃
Job.xlj.Q de naribꝰ eius ꝓcedit fumꝰ ſicut olle ſuccēſe
atqꝫ feruētis.Crudeles em̄ ⁊ iracūdi figurāt̃ in illo mari.
de quo dicit̃ Jone.ij.Q ſtetit mare cū feruoꝛe cū Jonaꝫ
abſoꝛbuiſſet:q2 ſcꝫ feruoꝛ furoꝛis taliū nō q̇eſcit.donec ab
ſoꝛbeāt ⁊ deſtruāt innocentē.De luxuria vō ſiue de luxu,
rioſo pōt exponi illud qd̄ de equo:qd̄ animal luxurioſū ē
dicit̃ Job.xxxix.Feruēs ⁊ fremēs ſoꝛbet terrā.nec repu,
tat tube ꝑſonare clangoꝛē.Ad ſraꝫ em̄ equi ⁊ luxurioſi ad
actus venereos ſūt feruentes.ſonoſqꝫ tube.i.diuine ſcrip,
ture ſeu p̄dicationis vba modicū reputātes.Patꝫ igit̃.ꝙ
feruet impiꝰ ꝑ malā affectionem. Tercio dico.ꝙ feruet
mūdꝰ ⁊ etiam infernꝰ ꝑ doloꝛeꝫ ⁊ tribulationē.Oīnis em̄
feruoꝛ afflictiuꝰ eſt ⁊ cōſūptiuꝰ. Feruoꝛ igit̃ mūdane tri,
bulationis ē vtilis.Feruoꝛ eterne damnatiōis eſt flebilis.
Arboꝛes em̄ medicinales ſicut ē palma:piper ⁊ cynamo,
mū in locis feruētibꝰ ſolent creſcere.q2 ſcꝫ boni ⁊ medici,
nales viri in feruoꝛe mūdi tribulaminū ſolēt ꝓficere ⁊ va,
lere Gen̄.xviij.Apparuit dn̄s abꝛahe ſedēti ad oſtiū taber
naculi ſui in ipo feruoꝛe diei.Dꝛacones etiā ⁊ fere crude,
les in locis feruidis.ſ.in ethyopia habitare dicūt̃.q2 ſcꝫ im
pij et dānati in ipo feruoꝛe inferni ꝑpetuo ↄmoꝛant̃. Vn,
de de dānatis dicit̃ illud Amos.iiij.Leuabūt vos in conꝫ
⁊ reliq̄as vr̄as in ollis feruētibꝰ.De quolibet vō btō dicit̃
Eccli.xiiij.Pꝛoteget̃ ſub tegimine illiꝰ.ſ.dei a feruoꝛe:⁊ in
gloꝛia req̇eſcet. Sed ſi vis alio mō dicere:dic ꝙ feruere
idē eſt qd̄ bulire.Feruoꝛ em̄ nihil aliud ē ꝙ̄ excellēs caloꝛ
vel ardoꝛ.Eſt aūt differētia inter ardere ⁊ feruere.q2 arde,
re ē in materia ſicca.feruere vō in materia liq̇da. Feruoꝛ
igitur ſpūaliter loquendo nihil aliud ē ꝙ̄ motus coꝛdis et
eleuatio:⁊ quedaꝫ deſiderioꝝ ebullitio.que quādoqꝫ ma,
la dicitur:⁊ quandoqꝫ bona. Nota igitur.Q eſt Feruoꝛ
Deuotionis ⁊ amicitie. Feruoꝛ amoꝛis.
Turbationis ⁊ iracūdie. Eſt igit̃ Feruoꝛ furoꝛis.
Vexationis et anguſtie. Feruoꝛ doloꝛis.

Eſt dico feruoꝛ amoꝛis.⁊ iſte eſt qn̄ quis ꝑ deuotionem
⁊ dilectionē eſt totus feruidus ⁊ accēſus Caloꝛ em̄ facit a,
quā feruere ⁊ ſuperiꝰ eleuare.Sic caloꝛ charitatis ⁊ amo,
ris facit quē per bona deſideria feruidū.⁊ ſurſum ad deuꝫ
ꝑ deuotionē ⁊ ↄtēplationē erectū.Vn̄ Rom̄.xij.Spū fer,
uētes:dn̄o ſeruiētes.Elytropia ē lapis p̄cioſus q̇ ad radi,
os ſolis poſitꝰ in aqua facit aquam feruere ⁊ ebullire.Sic
vere charitas vna cū radio diuine gr̃e faciunt feruida coꝛ
da nr̃a Act.xviij.Feruēs ſpū loq̄bat̃ cū fiducia. Dein
de dico.ꝙ eſt feruoꝛ furoꝛis.Et iſte ē feruoꝛ auaricie.luxu
rie.ſeuicie ⁊ iracūdie.q̇bus coꝛ ꝑuerſoꝝ q̇tidie feruet ⁊ in,
flāmat̃.Sicut em̄ mare in parte mūdi circa deſerta inha,
bitabilia Libie ⁊ Ethyopie dicit̃ innauigabile ꝓpter hoc.
ꝙ ꝓpter nimiū ſolis caloꝛem illud mare ſicut olla dicit̃ fer
uere ⁊ continue ebullire.Sic vere chariſſimi coꝛ pctōꝛis ꝓ
pter ardoꝛem cōcupiſcētie q̇ ipm cōtinue exurit:cōtinuis
feruoꝛibꝰ maloꝝ deſiderioꝝ eſtuat ⁊ ebullit.Feruet enim
ꝑ luxurioſam affectionem.Feruet ꝑ auariciā ⁊ ambitio,
nem.Feruet ꝑ crudelitatem.iracūdiam.vindictam.puni,
tionem.Vnde Eſaie.lvij.Coꝛ impij quaſi mare feruēs qd̄
quieſcere nō valet Job.xlj.Duꝫ ferueſcere faciet quaſi ol
lam pꝛofundū maris.Jſte ē igitur feruoꝛ furoꝛis Deni
qꝫ dico.ꝙ eſt feruoꝛ doloꝛis.Et iſte eſt feruoꝛ tempoꝛalis
tribulationis.Et feruoꝛ infernalis afflictionis.Sicut enim
in regionibus feruidis inueniūtur ſpecies aromatice. Si,
cut patet de pipere qui inuenitur in feruoꝛibus montis
caucaſi.Sic vere ſub feruoꝛe et ardoꝛe tribulationum cō,
tinentur et habitant viri virtuoſi:et aromatici et famoſi.
Sicut Geneſis.xviij.dicitur.Q in ipſo feruoꝛe diei ap,
paruerunt abꝛahe tres viri. Sicut etiam in feruoꝛibus

deſertoꝝ habitāt baſiliſce ⁊ draconeſ: ⁊ aīalia venenoſa. Sic vere in feruoribus inferni teneñ ⁊ affligunñ veneno ſi ⁊ impij peccatores. Vñ Amos .iiij. Leuabit vos in conſtis. ⁊ reliquias vr̄as in ollis feruētib⁹. Sic igiñ patet ꝙ eſt feruor doloroſus. Furioſus ⁊ Amoroſus ⁊c. Vide ſupra de ardere. De calore ⁊c.

Feſtinare.

Nota. ꝙ feſtinare idem qđ accelerare. ꝑperare vel aliquid celeriter exercere. Et eſt quadruplex feſtinatio. ſcilicet

Virtuoſa.
Vicioſa.
Doloroſa.
Gaudioſa.

Virtuoſam debem⁹ habere. De qua Prouerbioꝝ .ix. Doce iuſtū ⁊ feſtinabit accipere. Vicioſam debem⁹ cauere. De qua Prouerbioꝝ .j. Pedes eoꝝ ad malum currūt ⁊ feſtinant vt effundāt ſanguinē. Doloroſam debemus timere. De qua diciñ Deut. xxxij. Iuxta eſt dies ꝑditionis ⁊ adeſſe feſtināt tēpora. Primo igiñ dico ꝙ eſt feſtinatio ꝟtuoſa q̄ debet haberi: ⁊ iſta ē celeritas obedientie ⁊ bone oꝑationis. quia ꝟe nos debem⁹ eſſe ſolliciti ⁊ feſtini ad faciendū bona opera ⁊ ꝟtuoſa. Iuxta illud Eccliaſtici .xxxj. In om̄ibus operib⁹ tuis eſto velox. ⁊ om̄is infirmitas nō occurret tibi. Sicut eñ viator q̄ni magꝭ feſtinat currere citius ꝑuenit ad terminū: oꝑarius q̄ntomagis feſtinat opus cōplere citius ꝑuenit ad brauium. nauis q̄ntoplus feſtinat trāſfretare citius ꝑuenit ad portū: ſic vere chariſſimi q̄nto quis magis feſtināſ eſt bona opera exequi: citi⁹ ꝑuenit ad paradiſum. Ideo cuilibet diciñ Prouerb. vj. Diſcurre: feſtina: ſuſcita amicum tuum. ne dederis ſomnū oculis. In quibus verbis aduerte ꝙ nos debemus feſtinare

Obediendo maioribus. Diſcurre.
Subueniēdo minorib⁹. Suſcita.
Cōpatiēdo chariorib⁹. Amicū inq̄t tuū.

Feſtinem⁹ igitur obedire ſuperiorib⁹ ⁊ maiorib⁹. i. deo ⁊ prelato. diſcurre inq̄t. Sicut eñ ad nutū aucupis ſolet accipiter diſcurrere ⁊ volare: ⁊ totis virib⁹ feſtinare vt predam ſibi oſtenſam capiat ⁊ attingat. canis etiam nobilis ad inſtinctū magiſtri ſui oſtenſa ſibi preda diſcurrit ⁊ feſtinat. planete etiam q̄ ſunt ſub firmamento ꝟm curſum firmamēti nō ceſſant diſcurrere. ⁊ ſub ipō cōtinue ꝑerare. Sic reuera chariſſimi ad vocem: mandatū ⁊ inſtinctū. volūtatem ⁊ regulā ſuperioꝝ ⁊ magiſtroꝝ noſtrorum. dei ſcꝫ ⁊ prelatoꝝ debem⁹ per obediētiam ad exercitium bonoꝝ operum celeriter feſtinare ⁊ diſcurrere. Feſtina. Vnde Ezech. j. Hec erat viſio diſcurrēs in medio animaliū. ſplendor ignis. ⁊ de igne fulgur egrediēs. Vbi notatur ꝙ ille qui bñ vult currere ⁊ feſtinare. neceſſe ē ꝙ habeat Directricē ſubtilitatē. Viſio inquit. Adiutricē ſocietatem. q̄ ipſe debet eſſe in medio animaliū. Charitatis fortitudinem. Ignis. Voluptatis promptitudinē. Fulgur. Et ſic proceres debēt diſcurrere ⁊ feſtinare viri ſancti ad volūtateꝫ ſuperioꝝ. Iuxta illud Zach. vj. vbi diciñ. Qꝫ equi fortiſſimi ⁊ robuſtiſſimi querebāt diſcurrere ꝑ vniuerſam terram. Diſcurre ergo ⁊ feſtina. Et poſſumus notare ꝙ ad mandatum magiſtrorum ⁊ ſuperiorū noſtrorum debemus feſtinare principaliter ad quattuor. ſcilicet

Ad aſcenſum felicitatis.
Ad deſcenſum humilitatis.
Ad egreſſum iniquitatis.
Ad trāſgreſſum ꝓſperitatꝭ.

Feſtinem⁹ igitur felicitatem acquirere. Iuxta illud Heb. iiij. Feſtinem⁹ ergo ingredi ad illā requiē. Itē feſtinem⁹ per humilitatē deſcēdere. Vñ Luce. xix. Zachee feſtinans deſcende: q̄ hodie in domo tua oportet me manere. Item feſtinem⁹ egredi iniquitatē. ij. Regum. xvij. Trāſierūt feſtināter guſtata paululū aqua. Itē feſtim⁹ tranſgredi vel exire ꝓſperitatē. Vñ Ioſue. iiij. Feſtinauit popul⁹ ⁊ tranſiuit iordanē. Sic igiñ dico. ꝙ nos debem⁹ diſcurrere ⁊ feſtinare. Diſcurre inquit. feſtina. Iſta eñ ſunt duo ꝟba imperatiui modi q̄ pertinēt ad ſuꝑiores ⁊ principales. Deniq̄ʒ dico. ꝙ nos debem⁹ feſtinare ſubueniēdo inferiorib⁹. id ē pauperib⁹. q̄ ſicut aliquo mēbro leſo natura ſtatim feſtinat illuc ſanguinē mittere. vt mēbruꝫ poſſit ſanare ⁊ adiuuare: Sic ꝟe in corpore eccleſie ſi aliqđ mēbrum. i. aliq̄s xp̄ian⁹ ꝑ pauꝑtatē fuerit leſus. vel ꝑ aliud infortuniū vulnerat⁹. nos ꝓculdubio debem⁹ ſanguinē noſtrū. i. ſubſidium bonoꝝ nr̄orū ad ip̄m mittere feſtinanter: ⁊ ip̄m q̄citi⁹ poterim⁹ erigere ⁊ iuuare. qđ oſtēditur cū diciñ. Suſcita. Suſcitare eñ eſt aliquē de ſtatu infimo ad ſtatū ſuꝑiorem leuare. Iuxta illud pſ. Suſcitāſ de terra inopē: ⁊ de ſtercore erigens pauperē. Vñ de iſta feſtinatiōe quā debemus habere ad bñfaciendū pauperib⁹. pōt figuraliter dici illđ j. Regū. xxv. vbi diciñ. Qꝫ abigail feſtinauit ⁊ tulit ducentos panes ⁊ portauit ad dauid in deſertū. Feſtinem⁹ igiñ ſubueniēdo pauꝑibus. Inſuꝑ feſtinem⁹ nos intimādo ſeu ꝯiūgendo ꝓximiorib⁹. Amicū inquit tuū. Om̄ia eñ q̄ inter ſe habent amicicā ſeu ſimilitudinē: cū quadā feſtinatione cupiūt inuicem copulari. Sicut pꝫ de lapide vel de quocūq̄ʒ graui ſurſum iacto: qđ cum magna feſtinatōe iterum deſcēdit ad cētrum cū quo habet naturalem ſimilitudinē atq̄ʒ nexū. Sic ꝓculdubio q̄libet amicus debet amicum diligere. ⁊ ſi aliq̄ occaſione ab ipō fuerit ſepat⁹ vel diſtinctus. ad ip̄m feſtināter ⁊ ſine violētia ſe trāſferre. Exēplo ꝟginis glorioſe Luce. j. de qua diciñ. Exurgens maria abijt in montana cū feſtinatione ⁊ ſalutauit elyzabeth. Feſtinanter ẜ debemus nr̄is ꝓximiorib⁹ copulari. Amicū tuum. Iuxta illud Eccli. xxij. Eſt eñ egreſſus ad amicū. Vide ſupra de amicicia vbi ſatis habes. Patet igiñ q̄ ſunt feſtināter faciēda. Charitas erigēda. Pauꝑtas ſubleuāda. Maieſtas obſequēda. Debem⁹ ergo feſtināter vt dictum eſt obedire ſuꝑioribus. Subuenire pauꝑiorib⁹. nos vnire proximiorib⁹. Et iſta ē feſtinatio ꝟtuoſa. Scđo dico. ꝙ ē quedā feſtinatio vicioſa. Et iſta ē illa qua mali libenter: celeriter ⁊ feſtinanter mala opa faciūt. ſicut de raptorib⁹ qui feſtinanter ad rapiēdum debachanñ. De iracūdis ⁊ crudelibus qui motiue ⁊ feſtināter contra alios ſine deliberatione deflectūtur. De quo pōt dici. Sicut aquila feſtinans ad comedēdum oēs ad p̄dam veniēt Abacuch. j. Et illud Prouer. j. et Eſa. lix. Pedes eoꝝ ad malum currūt: ⁊ feſtinant vt effundant ſanguinē innocētem Itē etiaꝫ ē q̄daꝫ alia feſtinatio vicioſa. ſ. illa cum aliquis feſtine: ſubito ⁊ celeriter efficitur diues vel felix. quia ſicut diciñ Prouerbi. xxviij. Qui feſtinat ditari nō erit innocens. Et etiaꝫ tales ſubitas ꝓmotiones ſequiñ infortuniū. vel in p̄ſenti vel in futuro. quia ſicut dr̄ Prouerb. xx. Hereditas ad quam feſtinatur in fine: bñdictione carebit. De hoc ſupra. vbi Cito. ⁊ vbi Currere. Tercio dico. ꝙ ē quedā feſtinatio doloroſa. Et iſta ꝓculdubio ē pena eterna vel etiam mors. q̄ contra malos ſatagit ⁊ feſtinat. De quo Eccli. xx. Caſus maloꝝ feſtināter venient. Quarto autē pōt dici. ꝙ eſt q̄dam feſtinatio gaudioſa. Et iſta ē illa qua de⁹ feſtinat preſſis ⁊ miſeris ſubuenire. De quo in pſ. Dñe ad adiuuāduꝫ me feſtina. De quo etiam. j. Reg. xxiij. Feſtina ⁊ veni: q̄ infoderūt ſe phyliſtei ſuꝑ terram. Et hoc de feſtinatiōe ſufficit. Vide ſupra de Cito. ⁊ infra de Velociter ⁊ Subito.

Feſtū. feſtiuitas.

Nota. ꝙ feſtiuitas nihil aliud eſt q̄ʒ gaudioſa ⁊ celebris ſolēnitas. Dicam igitur. ꝙ feſtiuitas in bono ſumiñ ⁊ in malo. Dico igitur primo. ꝙ feſtiuitas ſumiñ in bono. Aues eñ ⁊ animalia ſuo modo faciunt feſta ſua. Vno eñ tēpore magis q̄ʒ alio ſimul cōueniūt. ⁊ exultādo ⁊ cantando deum laudant. ⁊ ſignū amoris ⁊ leticie ſimul oſtendūt. Et tandem pro victu quotidiano ad conſuetos labores redeūt ⁊ accedunt. ſic vere dico debent facere iuſti. Q̄nq̄ʒ eñ neceſſe eſt vt feſta deo ⁊ ſanctis: ⁊ etiam ſibi ipīs faciant. vbi lete ⁊ charitatiue cōueniant. ⁊ vbi recreationem a laboribus capiant. ⁊ deō ſeruiant atq̄ʒ viuant. Naum. j. Celebra iuda feſtiuitates tuas. Notabis igitur. ꝙ tria vel q̄tuor ſunt genera bonarū feſtiuitatū. videlicet

Feſtū ſpiritale qđ eſt interius.
Feſtū tēporale qđ eſt exterius.
Feſtū ſupnale qđ eſt inferius.
Feſtū eternale qđ eſt ſuperius.

Dico igitur. ꝙ inuenitur feſtiuitas interior et ſpiritalis ſeu ꝟtualis. Apud iuſtos eñ interius in conſciētia ⁊ in corde. bone cogitationes ⁊ affectiones. ꝟtuteſq̄ʒ ⁊ habitus ꝟtuales faciunt ſpūaliter feſta ſua in p̄ſentia dei ſui. qui ſcꝫ ipīs ꝑ gr̄am p̄ſentañ. Ibi eñ orō cōfeſſio ⁊ gr̄arūactio cantāt. Ibi laus ⁊ p̄dicatio tubicināt. Ibi fides ⁊ deuotio citarizāt. Ibi charitas ſpes ⁊ leticia tripudiāt. Ibi tꝑantia ⁊ prudētia feſtū ordinant. Iuſticia vero ⁊ fortitudo iſtud feſtū defendūt: cuſtodiūt atq̄ʒ ſeruant. De tali igitur ſpiritali feſto loquiñ dauid in pſal. Qm̄ cogitatio hoīs confitebiñ tibi. ⁊ reliquie cogitationes diem feſtuꝫ agēt tibi. Et reuera talia feſta ſpiritalia hodie

in coꝛdibus noſtris in eccleſiaſticis deficiunt: ⁊ omnes luctus ⁊ triſticie ſubincreſcūt. Unde demones vident̄ dicere illud pſ̄. Cognatio eoꝝ ſimul: quieſcere faciamꝰ dies feſtos dei a terra. Iſta ē igit̄ feſtiuitas interioꝛ ⁊ ſpiritalis.

Deinde dico ꝙ apud iuſtos inuenit̄ feſtiuitas exterioꝛ et tꝑalis. Et iſte ſunt feſtiuitates q̄ ab eccleſia ſunt inſtitute: ⁊ ad dei laudem ⁊ gloꝛiā oꝛdinate. vt ſcꝫ hō relictis exterioꝛibꝰ negocijs ad dn̄m ſe cōuertat. ⁊ ꝑ deuotionē oꝛonē et cōtemplationē ſeipm̄ ad deū cōtrahat ⁊ reducat. In feſtiuitabꝰ eñ debemꝰ eſſe deuotioꝛes: ⁊ bonis operibꝰ plenioꝛes. Sūt eñ quedā arboꝛes q̄ acſi ꝟtutē feſtoꝝ ſentirēt ſolent circa aliq̄ folijs: floꝛibꝰ ⁊ fructibꝰ plus ſolito abundare. ſicut de q̄buſdam nucibꝰ eſt exꝑtuꝫ. q̄ ſicce vſqꝫ ad feſtum beati iohīs ſolent ꝑſeuerare. nullū vultū viroꝛis oſtēdere vel mōſtrare. ſꝫ alijs viroꝛē ⁊ fructū faciētibꝰ: ariditatem ⁊ faciē hyemalē ꝓtendere ⁊ ſeruare. At vbi ad vigiliā feſtiuitatis ſancti iohīs attingūt q̄dam occulta ⁊ mirabili ꝟtute: floꝛes fructꝰ ⁊ folia ꝓducunt. ita ꝙ in mane ab alijs nucibꝰ non differūt. ſꝫ in ip̄a feſtiuitate fructiferos ⁊ floꝛidos ſe oſtendūt. multe tales inueniūtur in varijs locis. Et de vna tali exēplicat Geruaſiꝰ in libꝛo de ocijs impialibus que in ꝓuincia apud villam de variolis in Aquēn dyoceſi illis tēpoꝛibꝰ habebat̄. Iſtud igit̄ adducā ad ꝓpoſitum et dicam. ꝙ iſti nuci hoīes ſiles debent eſſe. qꝛ ſcꝫ dato ꝙ antea aridi fuerint atqꝫ ſicci in viroꝛe gr̄e. folijſqꝫ ⁊ floꝛibꝰ honeſte apparētie. ⁊ fructibꝰ bone operis. i. efficacie ꝑ diuerſa vicia denudati. qñ tamē venit feſtiuitas dei vel alicuius ſācti ſtatim debēt ꝟtutibꝰ ſe induere. ⁊ de nouo bonis operibus ſe veſtire. nunq̄ꝫ eñ debent (et maxime in feſtiuitatibus) virtutibus eſſe nudi: immo ſi ante peccatoꝛes fuerint: tunc debēt fieri iuſti: ⁊ iuſtis alijs ſimiles inueniri. Unde de iudith dicit̄. ꝙ ip̄a erat diebus feſtis ꝓcedēs in gloꝛia magna Iudith. xvj. Et aduerte. ꝙ ſic i feſtis cōiter diuitū ⁊ magnatū inueniūt̄

Cibi lautioꝛes.
Ueſtes pulcrioꝛes.
Uultus letioꝛes.
Cantus altioꝛes.

Sic in feſtis ſpiritualibꝰ epulandum eſt lautiꝰ: dulciꝰ etiaꝫ atqꝫ ſapidiꝰ ꝑ deuotionē ⁊ eucharīſtie ſūptionē: ⁊ etiā paupibꝰ largitionē Deut̄. xvj. Epulaberi i feſtiuitate tua. vñ Thob. ij. dicit̄. Qꝛ cū eſſet dies feſtus dn̄i: factū eſt prandiū bonū in domo thobie. Ueſtiendū eſt pulcrius atqꝫ mūdius ꝑ mūdam ⁊ honeſtā cōuerſationē Eccleſiaſti. xliij. A luna ſignū diei feſti. Luna inquit. i. pulchritudo cōuerſationis. Exultādū eſt letius ⁊ iocūdiꝰ ꝑ ſpiritale gaudiū. iij. Reg. viij. Fecit ſalomon in tēpoꝛe illo feſtiuitatem celebꝛem ⁊ om̄is iſrael cūꝫ eo. Sequit̄. Letantes ⁊ alacri coꝛde. Uociferādum eſt altius ꝑ dei laudem ⁊ gratiarūactionē ſeu ꝑ confeſſionē ⁊ oꝛationē Iohānis. vij. In die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus ⁊ clamabat. Et Iohānis. xij. Aſcenderūt vt adoꝛarent in die feſto. Et ſic igit̄ dicā. ꝙ feſta debēt eſſe tꝑa.

Leticie ⁊ exultationis.
Innocentie ⁊ iuſtificatiōis
Miſcdie ⁊ miſerationis.

Qꝛ feſta ſint tꝑa leticie viſū eſt ſtatim ſupꝛa. Item ꝙ debeant eſſe tēpoꝛa iuſticie ⁊ innocentie: ⁊ ꝙ nihil iniuſtum aut crudele debeat in feſtiuitatibꝰ cōmitti. Patet ꝑ verba etiam ipoꝝ crudelium iudeoꝝ: qui ſcꝫ in die feſto chꝛiſtū quē occidere animo ⁊ mente decreuerūt: coꝛpoꝛe tamē occidere metuebāt. Unde ipi dicebant Math. xxvj. et Marci. xiiij. Non in die feſto: ne foꝛte tumultꝰ fieret in populo Tumultus dico. i. ſcandalum. quia ſcꝫ magnū ſcandaluꝫ eſt quādo in feſtiuitatibꝰ fiunt mala. Item ꝙ feſta debeāt eſſe tēpoꝛa miſcdie: clementie ⁊ indulgentie. Patet: qꝛ tūc debemꝰ indigentibꝰ potius ſubuenire: ⁊ in nos delinquētibus indulgere. Et inde dicit̄ Luce. xxiij. Qꝛ iudex neceſſe habebat dimittere vnū vinctum in die feſto. De illis igit̄ qui nō ſeruant feſta multa poſſent dici. Conſtat eñ ꝙ ille qui ſabbatum nō coluit: ſed in eo ligna collegerat dn̄o iubente lapidatꝰ eſt. ſicut dicitur Nūeri. xv. Scd̄m etiam fabulas. Theſeus rex thebarum q̄ feſtum bachi colere contēnebat: ⁊ colentes inſuꝑ impediebat a matre ⁊ ſoꝛoꝛibus ꝓꝑꝛijs fuit traditus: ⁊ ab eis bachi iuſto iudicio interfectꝰ Sic igit̄ qui feſta dei ⁊ ſanctoꝝ non coluerit: vindicte ⁊ periculo ſubiacebit. quia ſcꝫ ꝓpꝛia mater cum ſoꝛoꝛibꝰ. id ē deus cum ſanctis in eo vindicabit. Sed vide infra de ſabbato: quia tranſeo gratia breuitatis. Dico igitur. ꝙ in ſcriptura inuenit̄ feſtiuitas exterioꝛ ⁊ tēpoꝛalis. Inſuꝑ dico. ꝙ apud iuſtos inuenit̄ feſtiuitas inferioꝛ ⁊ ſupnalis. Et iſta eſt feſtiuitas: cōuiuiū ⁊ ſolēnitas quam iuſti inter ſe qñqꝫ faciūt gratia cōitatis ⁊ intuitu charitatis. De quo Numeri. x. dicit̄ ſic. Si qñ habebitis epulū ⁊ dies feſtos. id eſt kalendas canetis tubis ⁊c̄. Tales eñ gaudioſe feſtiuitates ⁊ ſocietates videt̄ hodie penitus defeciſſe. ⁊ luctꝰ et triſticia tribulatioqꝫ ⁊ anguſtia vndiqꝫ ſucceſſiſſe: ita ꝙ iam videt̄ verificatū illud Trenoꝝ. ij. Obliuioni tradidit dn̄s in ſyon feſtiuitatē ⁊ ſabbatuꝫ: ⁊ obpꝛobꝛio in indignatione furoꝛis ſui legem ⁊ ſacerdotē.

Denicꝫ dico. ꝙ in ſcriptura reperitur feſtiuitas ſupioꝛ et eternalis. Et iſta eſt ſolēnitas beatoꝝ qui ſcꝫ ſuperiꝰ cum deo ⁊ angelis quieſcūt: iubilant ⁊ feſtiuant. De quo pōt intelligi illud Iohannis. v. Erat dies feſtus iudeoꝝ ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymam. Hieroſolyma que interpꝛetat̄ viſio pacis: ſignat paradiſum vbi eſt pax: tranq̄llitas atqꝫ feſtum cōmunē. quia ſcꝫ ſicut dicit Auguſtinꝰ in omelia ſuꝑ iohānem. Ibi eſt feſtiuitas ſine labe. ſerenitas ſine nube: eternitas ſine fine. Sic igitur patet quō feſtum accipi pōt in bono.

Secundo pꝛincipaliter dico. ꝙ feſtiuitas ſumi pōt in malo. ⁊ per feſtum intelligi poteſt gaudium ⁊ pꝛoſperitas: gloꝛia ⁊ ſolennitas impioꝛum. Siue igitur agamus de feſtis et conuiuijs tempoꝛalibꝰ maloꝛum: ſiue de eoꝝ pꝛoſperitatibꝰ: gloꝛijs ⁊ ſtatibus foꝛtunatis: poſſumꝰ notare ꝙ talia feſta

Bonos afficiūt.
Cito deficiūt.
Luctus adijciūt.

Bonos dico grauant ⁊ afficiūt. Cōſtat eñ ꝙ mali diuites de ſubſtātijs pauperum faciūt feſta ſua. In feſto paſcali apud iudeos neceſſe erat occidi agnū: quia ſcꝫ in feſtis ⁊ in cōuiuijs talium cū ipi de ſuo nō poſſint ea facere: neceſſe eſt ꝙ agni. i. ſubditi innocētes grauentur ⁊ pelle. i. exterioꝛi ſubſtantia ſpolient̄ Luce. xxij. Appꝛopinquābat dies feſtus azimoꝝ. qui dicit̄ paſcha. Uñ taliter feſtiuantibus videtur dn̄s dicere illud Iſa. j. Neomeniā: ⁊ ſabbatum: ⁊ feſtiuitates al's nō feram: iniq̄ ſunt cetus veſtri. Unde cito etiā ceſſant ⁊ deficiūt. Unde de ſupba ſynagoga dicitur Oſee. ij. Ceſſare faciam om̄e gaudiū eius: ſolēnitateꝫ eius: neomeniā eius: ſabbatum eius: ⁊ oīa feſta tempoꝛuꝫ eius. Luctꝰ inſuper generāt ⁊ adducāt. qꝛ vt cōmunit̄ omnia feſta ⁊ ſolacia mūdi. finaliter vel cōuertunt̄ in tꝑalem tribulationē ⁊ luctum: vel in eternale ſuppliciū ⁊ toꝛmentum Amos. viij. Tenebꝛeſcere faciam terram in die luminis: ⁊ cōuertam feſtiuitates veſtras in luctum: ⁊ om̄ia cantica veſtra in planctum. Tales igitur feſtiuitates: mūdaneqꝫ leticie ⁊ pꝛoſperitates: a deo odiūtur ⁊ in perniciem taliter feſtiuantiū cōuertūtur. Unde Amos. v. dicit dominus. Odi ⁊ pꝛoieci feſtiuitates veſtras: ⁊ nō capiam odoꝛeꝫ cetuū veſtroꝝ ⁊c̄. Uide de gloꝛia mūdi. Gaudio. Pꝛoſperitate ⁊ Foꝛtuna. Et ceteris ſilibus.

Fetoꝛ. Cum fetoꝛ nihil aliud ſit q̄ꝫ malus vapoꝛ a coꝛrupte celi ſubſtantia euapoꝛans: ſenſuꝫ olfactus afficiens atqꝫ ledens: videtur ꝙ fetoꝛ ſemꝑ ſignat in malo. Signat eñ

Culpam internam.
Infamiam externam.
Penam eternam.

Eſt dico fetoꝛ culpe. Nihil eñ tātum fetet deo ⁊ angelis ſicut peccatoꝛ. De peccatoꝛe autē anthiocho dicit̄. ij. Machab. ix. Qꝛ vermibus de carne eius ſcaturientibꝰ: exercitus fetoꝛe ipius grauabat̄. Uermes ſunt peccata: que ꝑ remoꝛſum conſciētie mentem lacerant atqꝫ moꝛdent. Eſt etiam fetoꝛ infamie. Uapoꝛ eñ male opinionis qñqꝫ de ſubſtantia operū alicuius perſone falſe vel vere eructuat. qui alios per malam imitationē inficit. vel per diſplicentiaꝫ grauat. Unde Iſaie. xxxiiij. De cadaueribꝰ eoꝛum aſcendet fetoꝛ. Eſt inſuper fetoꝛ pene ſeu miſerie. Conſtat eñ ꝙ fetoꝛ eſt grauiſſima pena ipm̄ continue ſuſtinenti. Unde pena eterna fetoꝛ dicitur. quia grauat ⁊ inficit eos a quibꝰ ſuffertur. Et ideo cōminatiue dicitur ipſis malis Iſaie. iij. Qꝛ ipis erit pꝛo ſuaui odoꝛe fetoꝛ: ⁊ pꝛo zona funiculus: ⁊ pꝛo criſpanti crine caluicium ⁊c̄. omitto: quia pauce ſunt auctoꝛitates vocales. Uide de odoꝛe: ⁊ de fama ⁊ de infamia ⁊ ſilia.

Fetus. Nota. ꝙ fetus ſunt animalium filij ſeu fructus. Et inde dicitur fetus ſeu fetoſus adiectiuū: idem ꝙ in generando fructuoſus ⁊ copioſus. Uide igit̄ infra vbi filius: ⁊ de Generare ⁊c̄.

Fex. Cū feces ſunt ꝑtes ſeu ſuꝑfluitates rerū q̄ a natura tanq̄ inutiles eijciunt̄: ſeu ad fundū vaſoru a pluribꝰ liquoꝛibꝰ ſegregate mūdant̄. conſequēs eſt ꝙ feces ſunt res ceteris impurioꝛes: vilioꝛes ⁊ inutilioꝛes. Igitur poſſumus dicere. ꝙ in ſcriptura reꝑiunt̄. ſcʒ feces

Terrenoꝝ. Feces dico terrenoꝝ q̄ in imo locant̄.
Viciorum. In liquoꝛibꝰ em̄ partes purioꝛes ⁊ me-
Tormentoꝝ. lioꝛes ſunt ſuꝑius: feces vero inferiꝰ ſb

ſunt. Iſte ſunt feces vbi anguille ⁊ rane verſant̄. ⁊ vbi ſcabrones ⁊ poꝛci delectant̄ ⁊ volutant̄. qꝛ ſcilicet poꝛci. id ē luxurioſi. ſcabꝛones. i. auari ⁊ circa diuitias diligētes ⁊ ſtudioſ.. anguille. i. cautelosi. q̄ ſcʒ ad ſimilitudinē anguille diſſicaliter tenent̄ ⁊ de manibꝰ cito labūtur. rane. i. detractores ⁊ clamoſi: ad feces bonoꝝ terrenoꝝ verſant̄. ⁊ ibidem mente ⁊ coꝛꝑe detinent̄. ps̄. Fex eius nō eſt exinanita. bibent oēs pctōꝛes terre. Itē ſunt feces viciorū que in coꝛde velant̄. Peccata em̄ feces ſunt. In q̄bus ſcʒ mūdi peccatoꝛes delectātur ⁊ ſiſtūt. Multi em̄ ſunt ſicut onocroculi aues immūde q̄ magis feces diligūt q̄ʒ res mūdas. q̄bꝰ ſamē dn̄s cōminat̄ Sophonie. j. Viſitabo inq̄t ſuꝑ viros defixos in fecibꝰ ſuis. Itē ſunt feces toꝛmētoꝝ vbi mali iactant̄. Pena em̄ infernalis cōparat̄ fecibꝰ. qꝛ ſcʒ iſta ē inferius in ꝓfundo. ⁊ qꝛ ſcʒ in iſta hoꝛribili loco ꝓijciunt̄ damnati. Et igit̄ per feces tribulatio ⁊ miſeria deſignat̄ patet Ezech. xxiij. vbi anie damnate in figura idolatre ciuitatis hieruſalē cōminat̄ dn̄s dicens. Calicem ſoꝛoꝛis tue bibes ꝓfundum ⁊ latū: ⁊ eris in deriſum ⁊ ſubſannatōem calicē meroꝛis ⁊ triſticie calicē ſoꝛoꝛis tue ſamarie ⁊ bibes illū. ⁊ potabis vſq̄ʒ ad feces. Et ideo Dauid gloꝛiabatur ſe a talibꝰ fecibꝰ liberatū. dicens in ps̄. Eduxit me de lacu miſerie: ⁊ de luto fecis: ⁊ ſtatuit ſupꝛa petram greſſus meos. ⁊c̄. Vide de lacu ⁊ de luto ⁊c̄.

Fiale. Cū fiale ſunt vaſa rotūda cū oꝛificio lōgo ad ꝯtinēdū liq̄ꝛes apta. ſm̄ diuerſā ꝯditionē liquoꝛū neceſſe erit diuerſitatē ponere fialaꝝ. Et ſic nota ꝙ ſunt fiale

Ad continēdū gratie dulcoꝛem.
Ad effundendū doctrine liquoꝛem.
Ad retinendū culparū hoꝛroꝛem.
Ad augendum auditꝰ erroꝛem.
Ad hauriendū viciorū ſapoꝛem.
Ad emittendū vindicte furoꝛem.

Prime fiale ſūt mētes iuſtoꝝ.
Secūde fiale ſunt coꝛda doctoꝝ.
Tercie fiale ſunt coꝛda peccatoꝝ.
Quarte fiale ſunt oꝛa adulatoꝝ.
Quinte fiale ſunt ventres guloſorū.
Sexte vero fiale ſunt cōſcie iracūdoꝝ.

Dico igit̄. ꝙ ſunt fiale gr̄am continentes: ⁊ iſte ꝓpꝛe mētes iuſtoꝛuʒ ſignificant: qꝛ ſcʒ gratiam continent ⁊ odoꝛē oꝛationis ⁊ deuotionis ꝓpinant. De q̄bus dicit btūs Iohānes Apocal̄. v. Et ſenioꝛes circa thꝛonū habebāt fialas plenas odoꝛamentoꝝ que ſunt orōnes ſanctoꝝ. Itē ſunt fiale doctrinam effundētes. Et iſti ſūt doctoꝛes ⁊ ꝑ̄dicatoꝛes q̄ liquorem ſancte doctrine diffundūt. Iſte ſunt aūt fiale q̄s moyſes fecit in vſus tabernaculi. ſicut dicit̄ Exodi. xxxvij. Et quas ſalomon fabꝛicauit in vſus altaris ⁊ templi. ſicut patet. iij. Reguʒ. vij. qꝛ ſcʒ doctoꝛes ⁊ ꝑ̄dicatoꝛes fuerūt in tabernaculo ⁊ in templo. i. in lege antiqua ⁊ noua. ꝓpter qđ j. Eſdre. j. dicit̄. Et repoꝛtate ſunt in hieruſalē fiale auree triginta. ⁊ fiale argentee mille. Aduerte tamen ꝙ hodie in multis verificat̄ illud. iiij. Regū. xxv. vbi dicit̄. Et caldei tulerūt de templo oīa vaſa erea: nec nō thuribula ⁊ fialas. Quia vero demones de templo eccleſie ſubtraxerūt thuribula orōnis: ⁊ fialas deuotionis ⁊ lectiōis. Item ſūt fiale venena poꝛtantes. Et iſti ſunt viri mali q̄ venena diuerſoꝛum viciorū habēt. Iſti mali figurant̄ Apocal̄. xvj. vbi viſi ſunt ſeptē angeli habentes ſeptē plagas nouiſſimas ⁊ ſeptem fialas quas effundētes fecerunt in hoībus ſtrages magnas. Septem em̄ iſti angeli: vniuerſitatē maloꝝ ſignificant. Quia ſm̄ Gregoriū. ſeptēnarius nūerus ſemꝑ vniuerſitatē ſignat: quia ꝓcerto iſti habēt ſeptem fialas. i. vniuerſitatē vicioꝝ. ⁊ iō iſti habebūt ſeptē plagas nouiſſimas .i. vniuerſitatē penarū ⁊ toꝛmentoꝝ. Itē ſunt fiale vnguenta habentes. Et iſte ꝓcerto ſignificant adulatoꝛes: et malos ⁊ falſos diuitum conſiliarios. qui ſcʒ libamina ſeu liquoꝛem adulationis ⁊ pꝛoditiōis de fialis coꝛdium ſuorum emittūt. quibꝰ diuites inebꝛiant ⁊ perfundunt. ⁊ eos ad om̄e vicium pꝛonos reddūt. Figurati Apocal̄. xvj. vbi dicitur. ꝙ quidā angelus effudit fialam ſuā in ſolem. ⁊ datum eſt ei affligere homines eſtu magno. Quia reuera q̄n iſti mali angeli fialam oꝛis ſui aperiūt: ⁊ venena adulationum: detractionū ⁊ maloꝝ conſilioꝝ in ſolem. i. in aliqueʒ ſuperioꝛē emittūt. tūc eum ita ad malum inflamant: ꝙ alij ab eo affligūtur ⁊ pereūt. Unde ibideʒ dicit̄. Et vna fiala effuſa eſt in terrā ⁊ factū eſt vulnus ſeuū. Itē ſunt fiale vina hauriētes. Et iſti ſunt viri ebꝛioſi: cōtra quos dicitur Amos. vj. Et bibentes vinū in fialis: ⁊ vnguētis optimis delibuti: nihil patiebant̄ ſuper cōtritionē ioſeph. Item ſunt fiale furoꝛem fundētes. ⁊ iſti ſunt tyrāni qui ſcʒ furorem ⁊ iracūdiam extra ꝓpinant. Vn̄ iſti ſunt illi mali angeli de q̄bus dicit̄ Apocal̄. xv. Et ipſi habebāt fialas plenas iracundia dei ⁊c̄.

Ficus. Vide ſupꝛa de adducere: vbi eſt illa auctoritas Nūeri. xx. Adduxiſti nos in locū iſtū peſſimū qui nec ficum gerit ⁊c̄. Vide etiam ſupꝛa de arbore. vbi eſt illa auctoꝛitas. Arboꝛem fici habebat q̄daʒ plantatam in vinea ſua ⁊c̄.

Fingere. fictio. fictū. figmētum. figulꝰ.

Nota. ꝙ fictū dicit̄ illud qđ apparet aliud q̄ʒ ſit. Et inde eſt ꝙ om̄e illud opus fictile dicit̄. qđ de terra in alienā figuram efficit̄ ⁊ foꝛmat̄. Signat ḡ fictio vel fictilitas animi humilē ſubiectionē. coꝛꝑis fregilem cōditioneʒ. culparum mobilē receptionē. Primo ḡ eſt fictilitas virtuoſa. Et iſta eſt q̄n homo ſe reputat fictilē. terreū ⁊ moꝛtalem. ⁊ ꝑ cōſequēs deiectū humilē atq̄ʒ vilem. Vn̄ Numeri v. di. Accipiat ſacerdos aquā ſāctā i vaſe fictili. i. in coꝛde humili gr̄a cōtinet̄. ſi tamē terra pauimēti. i. moꝛtis ⁊ moꝛtalitatis conſideratio eidem adiūgat̄. Gr̄a em̄ dei ē quidā liquoꝛ ꝑ̄cioſiſſimꝰ. qui ſm̄ rei veritatē i tali vaſe fictili vult ſeruari. Vn̄ apoſtolꝰ dicebat. ij. Coꝝ. iiij. Habemꝰ theſaurum iſtū in vaſis fictilibꝰ. Aduerte tamē ꝙ nos viles ⁊ fictiles debemꝰ deum recognoſcere. ſicut ꝓpꝛium figulū ⁊ fictoꝛē. Iſte em̄ dicit Hiere. xviij. Sicut lutū in manu figuli ſic vos in manu mea domus iſrael. Nā ſicut dicit̄ Rhom̄. ix. Iſte figulꝰ ex eadem maſſa facit vas in honoꝛē: ⁊ vas i contumeliā. Et hn̄ pꝛoch dolor: qꝛ ſunt multi q̄ eū nō cognoſcūt fictoꝛē ſuū q̄ʒuis ipe ſit verus ꝓmethꝰ. de quo fingūt fabule ꝙ imagines ⁊ ſtatuas fictiles fecit ambulare et viuere nihilominꝰ nos ipum acſi nō eſſet fictoꝛ noſter contēnimꝰ. Sapiētie. xv. Cinis eſt em̄ coꝛ eiꝰ ⁊ terra ſuꝑuacua ſpes illiꝰ. ⁊ luto vilioꝛ vita eiꝰ. q̄m ignoꝛat q̄ ſe finxit: ⁊ q̄ inſpirauit illi aīam: ⁊ eidē ꝯ̄dicimus ⁊ ꝯtra eū ſuꝑbimꝰ. De quo admiratiue dicit̄ Rom̄. ix. Nūquid dicit figmentū ei q̄ ſe finxit: ⁊ quare feciſti me ſic? Et Iſaie. xxix. Hec eſt cogitatio vr̄a: quaſi ſi contra figulū lutū cogitet: ⁊ dicat opꝰ factoꝛi ſuo nō me feciſti. ⁊ figmentū dicat fictoꝛi ſuo nō intelligis. Nō ſic charīſſimi: ſ honoꝛemꝰ figulū ⁊ fictoꝛeʒ: qꝛ ſm̄ ps̄. Ipe eſt q̄ cognouit figmentū nr̄m: ⁊ qui finxit ſigillatim coꝛda noſtra. Iſta eſt igitur fictilitas ſeu fictio virtuoſa. Secūdo dico. ꝙ inuenit̄ fictilitas ruinoſa. Et ſic ꝑ res fictiles intelligit̄ terrea ⁊ fragilis vita nr̄a. q̄ ſcʒ ꝑ temtationes frangit̄. ⁊ maxime q̄n alicui moꝛticinio vel immundo ꝑ malam ꝯplacentiā ſociat̄. Leuit. xv. Vas fictile qđ immūdum tetigerit ꝯfringet̄. ⁊ qđ etiam moꝛtalitate finalit̄ diſſipat̄. Sicut de ſtatu nabuch. dicit̄ Dan̄. ij. Et partē pedū eius que erat fictilis: lapis q̄ deſuꝑ cecidit diſſipauit. Pes em̄ finē vite ſignat: quā qꝛ fictilē ⁊ terreā: lapis. i. moꝛtis duricia inuenit: ipam caſſat. Iſtud etiā ptʒ de diuitibꝰ. q̄ ficticijs bonis mō pingūtur: ſ pn̄tibꝰ ⁊ futuris tribulationibꝰ a deo ꝯfringūtur. Iſa. xxx. Cōminuet̄ ſicut conterit̄ lagena figuli ꝯtritione ꝑualida. Tercio dico. ꝙ inuenit̄ fictio vicioſa. Et iſta ē fictio q̄ fit in moꝛibꝰ: q̄n ſcʒ malicioſi ⁊ hypocrite mala fingūt eſſe bona: ⁊ etiam bona mala: ⁊ q̄n q̄ʒ exteriꝰ in vbis ⁊ ꝯuerſatiōe vnū ſimulāt atq̄ʒ fingūt. in coꝛde vero ⁊ intētione aliud cogitāt atq̄ʒ gerūt: ſil'es ſtatuis ⁊ figmētis Sap̄. x. Stans figmētum. Talē aūt fictionem ſp̄ūſſanctus abominat̄. ⁊ oēs fallaces ⁊ ficticios deteſtatur Sap̄. j. Sp̄ūſſanctus diſcipline effugiet fictū. Vir ſ ꝙ muri fictilis ꝯminatur dicēs. Eiulabo ⁊ clamabo ad viros muri fictilis lamētantes Hiere. xlviij. Sapiēs etiā iſta

fictione ſe carere dicebat Sapien̄.vij. Hanc ſine fictiōe di
dici: ⁊ ſine inuidia cōmunico. Apl's vo nō in ficta charita/
te ſe aliq̄d faciēdū eſſe dicebat.ij.Cor.vj. In charitate nō
ficta. Figulus aūt iſtoꝝ eſt dyabolus: q̄ eos fingit ⁊ effici/
at fictos. Unde de multis eccleſiaſticis lamentat̄ Hiere/
mias Tren̄.iiij.dicēs. Quō inq̄t reputata ſunt in vaſa te/
ſtea: opus manuū figuli: Et bn̄ teſtea: q2 vere tales teſte a
ſua ficta ꝯuerſatione frangunt̄. Vn̄ ps. Tanq̄ȝ vas figuli
ꝯfringes eos. Non ſic chariſſimi: q2 ſicut dr̄.ij.Mach.vj.
Non eni̅ etati noſtre dignū eſt fingere. Aduerte tamē ꝙ
fictio q̄nq̄ȝ capit̄ in bono: q̄ nihil aliud eſt q̄ȝ diſcreta ſimu
latio: ſicut de xp̄o dr̄. Ut ne cognoſceret̄ finxit ſe longi⁹ ire
Lu.xxiiij. Talis aūt fictio potiſſime ſpectat ad p̄latos ⁊ iu
dices ⁊c̄. Vide de mala fictione vbicūq̄ȝ infra agit̄. de Ypo
criſi. Malicia ſiue fraude ⁊ ſimilibus.

Fides.

Nota ꝙ fides eſt fundamentū ⁊ ſubiectuꝫ
oim̄ aliarū virtutū. Et ideo ſicut ſubiectuꝫ
ſubijcit̄ bonis ⁊ malis accidētib⁹ ip̄o inuariabili ꝑmanen
te. Sic fides pōt ꝑſeuerare ⁊ inuiolabilis ꝑmanere ſub pec
catis ⁊ virtutib⁹. Eſt etiā fides informis ⁊ fides formata.
Fides informis eſt q̄ forma gr̄e ⁊ charitatis caret ꝓpt̄ cō/
comitantiā peccati mortalis. Formata vo dr̄ q̄n̄ charitati
⁊ gr̄e eſt ꝯiuncta. Deſcribit̄ aūt fides ab apl'o Heb.xj. Fi/
des eſt ſperandarū ſubā rerū: argumentū nō apparentiū.
Deſcribit̄ ab Iſiđ. Fides eſt qua veraciter credim⁹ id qđ
nunq̄ȝ videre valem⁹. Deſcribit̄ inſup a Cryſo. Fides eſt
ſanctiſſime religionis fundamentū. Fides eni̅ fundamētū
dicit̄: quia ſicut ſine fundamēto nihil pōt edificari: ſic im/
poſſibile eſt aliquā ſine fide virtutū ꝯgeriē fabricari. Quia
ſicut dicit̄ Hebreo.xj. Sine fide eſt impoſſibile queq̄ȝ pla/
cere deo. Eſt eni̅ fides inter vtutes ſicut mater inter filias:
ſicut ſtips inter frondes: ſicut caput inter mēbra exteriora
ſicut cor inter mēbra interiora. Et ideo ſicut in natura ſm̄
Areſto. Primo format̄ cor inter omnia alia mēbra: ſic ve/
re nobis debet eē p̄ncipalis ⁊ p̄cipua cura de fide nr̄a prio
⁊ ante oia bene formāda ⁊ ordinānda. Quia reuera fides ē
Sicut pes ad ſuſtentandū.
Sicut oculus ad dirigendū.
Sicut cor ad viuificandū.
Per fidē eni̅ ſuſtentatur nr̄a fragilitas. vn̄ Col.j. Permanetis in fide fun/
dati. Item ꝑ fidē dirigit̄ erroris cecitas. vn̄ Heb.xij. Aſpi
cientes in autorē fidei ⁊ ꝯſummatorē Ieſuꝫ: ita ꝙ de iſtis
duobus pōt dicere ipſa fides illud Iob.xxix. Oculus fui
ceco ⁊ pes claudo. Itē ꝑ fidē viuificat̄ nr̄a mortalitas:
q2 ſicut dr̄ Roma.j. Gal.iij. Hebre.x. Iuſtus ex fide viuit
Et ideo chariſſimi dyabolus videt̄ eſſe ſilis aſtuto luctato
ri: draconi deceptori: accipitri raptori. Luctor.n. pedes ſo/
cij ſui ſupplantat: draco pugnās cum elephāte oculos ſibi
(ſi poteſt) extrahit vt cecus efficiat̄: accipiter aūt capta p̄/
da cor ip̄ius eradicat vt exinde ſatiet̄. Nihil eni̅ ſapidius
accipitri q̄ȝ cor comedere p̄de ſue. Et ꝓculdubio chariſſi/
mi ſic facit dyabolus: q2 vere ſumme nitit̄ nobis auferre
pedē fidei ſuſtētantis: oculū fidei dirigētis: cor etiā fidei vi
uificātis. Scit eni̅ dyabolus ꝙ ſine tali pede non ſtamus
vel in bono nō ꝑſeueram⁹: ſine tali oculo illa q̄ ſunt credē
da nō intelligim⁹ nec ꝯſideram⁹: ſine tali corde vitam gr̄e
nō habemus nec ꝯtinuamus. De dyabolo igit̄ bene p̄mo
nemur.j. Pet̄.v. Aduerſari⁹ vr̄ dybolus tanq̄ȝ leo rugiēs
circuit q̄rens quē deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Dya/
bolo eni̅ eſt fortiter reſiſtendū: qđ tn̄ nō faciūt q̄ ꝑ errores
hereſes ⁊ ſortilegia vident̄ cor ⁊ pedē ⁊ oculū amiſiſſe. De
q̄bus.ij. Thimo.ij. A veritate ceciderūt ⁊ ſbuerterūt quo/
rūdā fidē. Nō ſic chariſſimi: ſ; ꝯ dyabolū viriliter dimice/
mus: ⁊ cor pedem ⁊ oculū fidei ſeruem⁹. Iux̄ illud.ij. Thi
mo.iiij. Bonū certamē certaui: curſū ꝯſūmaui: fidē ſuaui
iō repoſita eſt mihi corona iuſticie ⁊c̄. In q̄b⁹ vbis oñdit̄
ꝙ ꝑ fidem Mūdi preliū ſupam⁹. Bonū inq̄t certamē. Ui
te terminū ꝯſummam⁹. Curſum inq̄t. Celi brauiū repor/
tamus. Ideo inq̄t repoſita ē mihi corona iuſticie. Fides
eni̅ iuuat in p̄lijs viriliter dimicare. Facit in ſtadijs felicit̄
ꝯſūmare. Facit de brauijs vtilit̄ reportare. Dat igit̄ fides
Conſtantiā roboratiuā.
Perſeuerātiā ꝯſūmatiuā.
Celi gloriā p̄miatiuā.
Dico igit̄ ꝙ ꝑ talē fidem.
Verbera toleramus.
Opera ꝯſūmamus.
Munera reportamus.
Primo ḡ dico ꝙ ꝑ fidē verbera toleram⁹: qđ oñdit̄ cuꝫ dr̄. Bonū certamen certaui. Iſtud eſt eni̅ bonū certamē certare: tribulatiões ⁊ angu/
ſtias ſuſtinere ꝓ fide et iuſti/
cia. Iux̄ illud Eccl.iiij. Uſq̄ȝ
ad mortē certa ꝓ iuſticia. Sicut eni̅ dixit Auicēna ⁊ Am/
bro. in exameron. Apes ꝓ defenſione regis ſui certāt ⁊ pu
gnāt: ⁊ ꝓ eo ꝑire pulcrū putant. Serpēs etiā ꝓ capite ſuo
ne ledat̄ corpus obijcit: ⁊ plagis ⁊ verberib⁹ ꝓ ſeruādo ca
pite totū corp⁹ exponit. Sic vere chariſſimi ſi fideles ⁊ bo
ni fuerim⁹: ꝓ rege ⁊ capite nr̄o.ſ. ꝓ xp̄o ⁊ ei⁹ fide defendē/
do ⁊ ſuſtinēdo: certare ⁊ p̄liare debem⁹.ſ. cōtra demonū tē
tationes: ꝯtra mūdanas tribulatiões: ⁊ etiā ꝯtra infideliū
impugnationes: corpuſq̄ȝ nr̄m ⁊ mēbra penis ⁊ laborib⁹
exponere ꝓpter ip̄m: iux̄ illud.j. Thimo.vj. Certa bonum
certamē fidei. Iſtud verbū potiſſime pōt dici militib⁹ cru
ce ſignatis vel alijs: cōtra infideles vel etiā quoſcūq̄ȝ iuſtū
p̄liū ingreſſuris: q2 ꝓcerto fides ꝓ qua pugnāt (quā ſciūt
eſſe certā ⁊ verā) debet eis maximū eſſe in certamie funda
mentū ⁊ audacie fulcimentū. Bonū ergo certamē certaui
Et hoc: q2 ꝓcerto ſicut dr̄.ij. Thimo.ij. Nō coronabit̄ niſi
q̄ legitime certauerit. Et ſi vis potes hoc dilatare quō cer
tandū eſt ꝯ mūdū: carnē ⁊ hoſtē. Et quot modis ſuccūbit̄
⁊ quot modis in hoc certamie p̄liat̄. Et vide.ſ. de Bello.
Patꝫ igit̄ ꝙ ꝑ fidē verbera virilit̄ toleram⁹. Scđo dico
ꝙ ꝑ fidē opa termiam⁹. Curſum cōſūmaui. Fides.n. quā
de deo ⁊ de reb⁹ inuiſibilib⁹ ⁊ futuris habem⁹: valde iuuat
hominē vt ad virtutum complementū perueniat et attin/
gat. Fides eni̅ mētē dirigit. Spes mentem erigit. Chari/
tas mentē inflamat ⁊ accendit. Igit̄ alie vtutes p̄nt bona
opa incipe: ſ; ad fidē ꝑtinet ꝯſūmare ⁊ ad finē debitū ordi/
nare. Curſuꝫ inq̄t ꝯſūmaui. Sic eni̅ carēs oculis nō p̄t bn̄
ꝯſūmare ſeu ꝑficere curſuꝫ ſuū. Sic vere chariſſimi curſuꝫ
bonoꝝ operū non p̄nt ꝑficere ſeu cōplere illi q̄ fidei lumie
ſunt p̄uati. Ideo bn̄ dr̄ Heb.xij. Curram⁹ ad ꝓpoſitū nob̄
certamē: aſpiciētes in autorē fidei nr̄e ⁊ ꝯſummatorē ihm̄
Per fidē igit̄ opa terminam⁹ ſeu ꝯſūmam⁹. Et nota ꝙ in
iſto vbo pōt applicari de ꝑſeuerātia. Et vide.ſ. de Currere
Tercio dico ꝙ ꝑ fidē munera reportam⁹: qđ oñdit̄ cuꝫ
dicit̄. Repoſita eſt mihi corona. Et vere chariſſimi corona
glorie reponit̄ ⁊ reſeruat̄ illis q̄ fidē dei cū opib⁹ ſectant̄
Vn̄ dr̄ Thobie.ij. Uitā illā expectam⁹ quā deus daturus
eſt illis q̄ fidē nunq̄ȝ mutāt ab eo. Quid eni̅ chariſſimi eſt
apud deū magis meritoriū q̄ȝ ſit fides vt hō magis credat
alteri vbi captiuat ꝓpriū intellectū: ⁊ cōpellit ip̄m credere
id qđ penit⁹ excedit limites rōnis. Scđm.n. Greg. Fides
nō habet meritū: cui hūana rō p̄bet expimētū. Excedit eni̅
oēm ſenſum: ideo valde meritoria debet eſſe. Et ideo ꝓcer
to chariſſimi ſancti meruerūt ꝑ fidē: miracula facere: mū/
di tribulationes vincere: ⁊ in fine celeſtem gloriā acq̄rere.
Per fidē eni̅ ſancti miracula fecerunt Math.xvij. Si ha
bueritis fidē ſicut granū ſynapis: dicetis monti huic trāſi
hinc ⁊ trāſibit ⁊ nihil impoſſibile erit vobis. Itē ꝑ fidē pe/
ricula euaſerūt. vnde Heb.xj. Fide trāſierūt mare rubrū.
Ideo petro ſup mare timēti piculū. dicit̄ Mat.xiiij. Mo
dice fidei q̄re dubitaſti: Iterū ꝑ fidē tormēta ſupauerūt ⁊
paradiſum acq̄ſierūt. Vn̄ ibidē Heb.xj. Sancti ꝑ fidē vi/
cerūt regna: opati ſunt iuſticiā: adepti ſunt repromiſſiões.
Obturauerūt ora leonū: extinxerunt impetū ignis: effuga
uerūt aciē gladij ꝯualuerūt đ infirmitate: fortes facti ſunt
in bello. Ecce quot p̄mia: q̄t munera: quot p̄uilegia habet
fides noſtra. Et breuiter chariſſimi ſi fides nō moriat̄ per
pctm̄ mortale: ab ipſa reportabim⁹ bona ſpūalia ⁊ eterna
Corona inq̄t repoſita ē mihi. Et iō cuilibet p̄cipit̄ Apoc.
.ij. Eſto fideles vſq̄ȝ ad mortē: ⁊ dabo tibi coronā vite. Ad
qđ facere pōt qđ ſcribit̄ Heſter vlti. Cognoſcāt oīes qui
fideliter ꝑ fidē obediūt: dignā ꝓ fide mercedē recipe. Si
vis potes hic inuehere ꝯ illos q̄ habent fidē ſine opibus.
Potes etiā applicare hic de corona gl'ie. vbi ſunt duodecī
gaudia ꝑticularia ⁊c̄. i loco.xij. lapidū p̄cioſoꝝ: obmitto tn̄
oīa gr̄a breuitatis. Patꝫ igit̄ ꝙ ꝑ fidē: celi munera repor/
tant̄. Bona opera terminant̄. Preue verbera tolerantur.
Et breuiter chariſſimi: fides in ſcriptura compat̄ illi lapi/
di qui dicit̄ Iaſpis: q2 ſicut dr̄ Apoc.xxj. In celeſti hierlm̄
fundamentū primū iaſpis. Sicut eni̅ Iaſpis ſm̄ Dyaſco/
ridē facit hoiem tutū inter picula: maleficijs ⁊ incantatio/

nibus obuiat ꝛ reſiſtit: oculos operit: ardoꝛē tpat: ꝛ caſtitatem diligit. Sic vere chariſſimi fides facit hoīem tutū per cōſtantiā Col.ij. Firmamentū eiꝰ q̄ in xp̄o eſt fidei veſtre incantationibꝰ ꝛ ſuggeſtionibus demonū ꝛ hereticoꝝ obuiat ꝑ verā ſciam Eph.vj. Sumētes ſcutū fidei in q̄ poſſitis oīa tela inimici ignea extinguere. Oculos intellectꝰ aꝑit ꝑ prudentiā: ardoꝛē etiā ꝯcupiſc tpat ꝑ ſctitatē ꝛ caſtimoniam. Ideo de iaſpide fidei dꝛ Apoc.xxj. Hieꝛl'm lumē eius ſimile lapidi precioſo tanq̄ lapidi Iaſpidis. Et breuiter dicere poſſum ꝙ fides ſeruanda eſt ꝛ habenda. Quia

Deum iratū ſolet placare.
Mentis pctm̄ ſolet purgare.
Queq; grauatū ſolet iuuare.
Moꝛtis hyatū ſolet vitare.
Celi optatū ſolet preſtare.

Per fidem dico deus placat. Fides em̄ ſignū regꝪ eſt: quo viſo in ꝑlio huiꝰ mūdi: deus cognoſcēs eū eſſe ex ꝑte ſua ꝑcit ei. Fides em̄ eſt ſicut ille lapis q̄ poꝛtatꝰ recōciliat inimicos: qꝛ ſcꝫ faciliter deus recōciliat hoīni quē inuenit catholicū ꝛ fidelem. Nam ſicut teſte ſcriptura Hebꝛe.xj. Sine fide impoſſibile ē placere deo. Sicut dꝛ Ecci.j. Beneplacitū eſt deo fides ꝛ miſeꝛdia. Itē per fidē culpa purgat. Sicut.n. aer purificat aduentu luminis: ſic mēs ꝑ illuminationeꝫ fidei Prouer.xv. Per fidē ꝛ miſericoꝛdiam purgant peccata: ꝛ ꝑ timoꝛē dn̄i declinat oīs a malo. Itē ꝑ fidem homo ſaluat.i. a peccati ꝛ inferni ꝑiculo liberat. Vn̄ illi mulieri infirme: dicit Luce.vij. Confide filia fides tua te ſaluā fecit.

Itē ꝑ fidē vita ſeruat. Fides em̄ tenet locū coꝛdis i virtutibꝰ moꝛalibꝰ: qꝛ ſcꝫ virtutes nō viuūt ſine iſta. Abacuc .ij. Iuſtus aūt ex fide viuit. Iſta eſt em̄ q̄ a moꝛte culpe et pene nos liberat. Itē ꝑ fidē ſalus donat.j. Petri.j. Reportantes finē fidei veſtre: ſalutē animarū vřaꝝ. Et iō breuiter de eius ꝑfectōibꝰ pulcerrime loquit Augu.li. de verbis dn̄i. Nulla inq̄t maioꝛ ſuba vel theſaurus: nulle maiores diuitie vel honoꝛes q̄ ſit fides nr̄a. Hec em̄ hoīes ſaluat: cecos illuminat: infirmos ſanat: cathecuminos baptizat: fideles iuſtificat: penitētes reꝑat: tutos augmētat: martyres coꝛonat. Virgines ꝛ viduas caſto pudoꝛe conſeruat clericos oꝛdinat ſacerdotes conſtituit: homines cum angelis ſurſum locat.

Fidelis. fidelitas.

Nota ꝙ fidelitas ē q̄dam mentis inuariabilis rectitudo: q̄ inter amicos ꝛ inimicos: inter pauperes ꝛ diuites: ſeruos ꝛ dn̄os generalit locū habet. Hāc.n. virtutē omnes poſſunt hr̄e. Ad hanc etiā ꝛ natura voluit oēs hoīes generaliter ꝛ naturaliter obligare. Eſt igit fidelitas mentis rectitudo ſeu illa obligatio naturalis: qua q̄s ad amiciciā repēdendā: ad ſecretū cōmiſſuꝫ celanduꝫ: ad firmitatē ꝓpoſiti ꝛ etiam cuiuſlibet ꝓmiſſi reddēdā et habendam ſe ſentit efficaciter obligatum. Unde poſſumꝰ notare ꝙ nos debemus eſſe fideles. Erga deum ipſum credēdo. Erga ꝓximuꝫ ipm̄ diligēdo. Erga ſeipm̄ quilibet ſe fideliter conſeruando. Erga ſuſceptum officium ipſum fideliter exercendo ꝛ diſpēſando. Iuxta illud.j. Coꝛinthioꝝ.iiij. Hic iā q̄rit inter diſpēſatoꝛes vt q̄s fidelis inueniat. Notemus igitur ꝙ nos debemus inuicem Fideliter

Diligere.
Diuidere.
Perſiſtere.

Dico igit ꝑmo ꝙ ad vitā fidelē ꝑtinet fideliter diligere. Fidelitas em̄ req̄rit vt vnuſquiſq; noſtrū alterū diligat: alter alteri ſubueniat: alter alterum ſuppoꝛtet ꝛ foueat. Inter elephātes em̄ videt eſſe maxima fidelitas: vnꝰ em̄ dicit alterū diligere: ꝛ ipm̄ ſi ceciderit ſubleuare. Inter paſſeres etiā tā fidelis dicit eſſe amoꝛ ꝙ ſi vnus laqueo capit: ſtatim (ſi poſſunt) ab aliꝭ ꝯcurrētibꝰ liberat. Qđ de poꝛcis etiā videmus. Iſti em̄ quodā fideli nexu alter ad clamoꝛē alterius ꝯcurrūt: ꝛ ſi poſſunt ei ſubueniūt ꝛ ſuccurrūt. Sic ꝓculdubio chariſſimi debet eſſe de nobis. Quia vere chariſſimi erga amicos nr̄os debemꝰ eſſe fideles et ipſos ꝑfecte diligere: ꝛ eis in tp̄e tribulationis quāto magis poterimꝰ ſubuenire. Iux illud Ecci.xxij. Fidē poſſide cū amico tuo i paupertate illius.i. in tp̄e tribulationis ipius mane illi fidelis. Iſtam tamē regulā nō tenent falſi amici: q̄.ſ. nō amāt nec fideliter nec veraciter: qꝛ.ſ. non diligūt ꝑſonā ſ; foꝛtunam: nō hoīs bonitatē ſed ꝓpriā vtilitatē. Iſtud ptꝫ qꝛ ſi in ꝓſperitate aliquē diligūt: ſi ſuꝑuenit aliqua tribulatio vel tētatio ab ipſo recedūt. Iuxta illud Ecci.vj. Eſt amicus ſocius menſe: ꝛ nō ꝑmanebit in tempoꝛe tribulationis. Ideo admirādo loquit ſapiēs Prouerb.xx. Multi ſunt miſericoꝛdes: virū aūt fidelē quis inueniet? Non ſic igitur ſ; ſiue ſimus ſubditi ſiue p̄lati: ſiue dn̄i: ſiue vaſalli: ſiue ſuꝑioꝛes ſiue inferioꝛes: ſiue maioꝛes ſiue minoꝛes: alter alterū diligamꝰ: ꝛ alter alteri fidelitatē ſeruemꝰ: qꝛ ſicut dꝛ Prouer. .xxviij. Vir fidelis multū laudabit. Et qꝛ ſicut dicit Ecci. .vj. Amicus fidelis ꝓtectio foꝛtis: ꝛ amico fideli nulla eſt compatio. Debemꝰ igit fideliter diligere.

Scđo dico ꝙ nos debemus fideliter diuidere. Diſpenſatoꝛ em̄ ꝛ ꝓcuratoꝛ qui habet reddere ſalariū debet fideliter oꝑarijs reddere qđ merent. Si em̄ odio vel fauoꝛe inequaliter diuideret: vel ſi vltra voluntatē domini ſui retineret: nō fidelis ſed infidelis diceret. Furtum em̄ cōmitteret: ex quo bona domini cōtra voluntatē ipſius diſpenſaret. Pꝛocerto chariſſimi talis fidelitas requirit in quolibet eccl'iaſtico vel p̄lato: cui cōmiſſum eſt regimē ſeu adminiſtratio domus dei Iſte em̄ ſubditis ſuis debet bona ſibi cōmiſſa ſine acceptione perſonarū diſtribuere ꝛ diuidere: ꝛ nō ſibi aut ſuis indebite retinere: quia ſicut dicit.j. Coꝛinth.iiij. Iam queritur inter diſpēſatoꝛes vt fidelis q̄s inueniat. Qđ vtiq; eſt contra multos q̄ reuera nō diuidūt fideliter ꝛ equaliter: ſ; maligniter ꝛ diſpariter: qꝛ.ſ. bona eccleſie ſuis cōpatriotis familiaribꝰ ꝛ conſanguineis: q̄q; indignis diſtribuūt: bonis xo ꝛ ſufficientibꝰ nihil donant. Iſti ſunt ſilēs lupo: qui talis ē conditiōis ꝙ totā predā ſuā ſolus cum cattulis ſuis vellet comedē: ꝛ nihil aliꝭ diſtribuere. Vn̄ iſte nec fidelis nec bonꝰ diſpenſatoꝛ eſt. Nec etiā ē ſilis leoni q̄ predaꝫ ſuā etiā extraneis ꝛ aliꝭ aīalibꝰ diuidit ꝛ largit. Sic vere multi ſunt hodie in eccl'ia auari ꝛ lupini: rapaces atq; tenaces: q̄ bona ſua aliꝭ nō diuidūt: ſ; ꝓ ſe: cattulis ꝛ parētibꝰ ipa reſeruāt ꝛ cuſtodiūt. Vn̄ iſti nō ſunt diſpēſatoꝛes fideles: ſ; fures: ꝛ impij ꝛ crudeles. De iſtis dꝛ Eſaie.j. Principes infideles: ſocij furū. Nō ſic chariſſimi: ſ; ꝓcerto nos debemus fideliter diuidere.

Tertio dico ꝙ nos debemꝰ deiter ꝑſiſtere. Vir em̄ fidelis: ſtabilis ꝛ firmus dicitur

Veraciter loquēdo.
Tenaciter celādo.
Simpliciter viuendo.
Stabiliter herendo.

Veraciter dico loquēdo qꝛ.ſ. vir fidelis nō debet vnū dicere ꝛ aliud cogitare: qꝛ ſicut dꝛ Prouer. .xiiij. Teſtis fidelis nō mentiet. Itē tenaciter celando: qꝛ.ſ. illud qđ ſue fidelitati cōmittit nō debet quacūq; occaſiōe alicui reuelare: qꝛ ſicut dꝛ Prouer.xj. Qui fidelis ē celat amici cōmiſſuꝫ. Itē ſimpl'r viuēdo: qꝛ.ſ. vir fidelis nō debet eē duplex ſ; ſimplex: nō dꝫ vnū ꝓmittere ꝛ aliud facere: non vnuꝫ fingere ꝛ aliud ſentire. Vn̄ de tali firmitate pōt dici illud Eſa.xxij. Figā illū paxillū in loco fideli. Itē in amicicia ſtabiliter adherēdo: qꝛ vere ſicut canis ē aīal fidele dn̄o ſuo: ſicut pluribꝰ de canis fidelitate poſſet oñdi exēplis: ſic de cane lyſmachi regis explicat Solinꝰ. ꝙ dn̄m ſuū comitatꝰ: dū coꝛpus eiꝰ moꝛtuum ꝯbureret: i flamas cū eo ſe iniecit. Sic vere chariſſimi dn̄is nr̄is: ſuꝑioꝛibus ꝛ magr̄is debemꝰ eē fideles: eis.ſ. fideliter famulando: nulli aliꝭ adherēdo: ſ; cū ipſis ſtabiliter ꝑſeuerādo. Iux illđ Apoc.ij. Eſto fidelis vſq; ad moꝛtē ꝛ dabo tibi coꝛonā vite. Et breuit notare potes ꝙ fidelitas

Precipitur diuinis legibus.
Perficit humanis gregibus.
Extollit immēſis laudibus.
Erigit eternis ſedibus.
Diligitur a cunctis gentibus.

Dico em̄ ꝙ fidelitas diuinis legibus precipitur. vn̄ Ioh.xx. dꝛ. impando Noli eē incredulus ſ; fidelis. Et illud predictuꝫ Apoc.ij. Eſto fidelis vſq; ad moꝛtē. Itē dico ꝙ hūanis gregibus ꝑficit. Deus em̄ nō vult habere ꝑfectos vel prelatos in populo ſuo niſi fideles ꝛ bonos Math.xxiiij. Fidelis ſeruus ꝛ prudēs quē ꝯſtituit dn̄s ſuꝑ familiā ſuam. Et.j. Regū.ij. Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelē. Item immēſis laudibꝰ extollit. Fidelitas em̄ inter oēs virtutes ſumme laudat. Iuxta illud p̄dictum. Prouer.xxviij. Vir fidelis multū laudabit. Et merito ſi laudat: qꝛ ꝓcerto iſta eſt virtus ceteris rarioꝛ: ceteris carioꝛ: ceteris ſanioꝛ Rarioꝛ dico. Prouer.xx. Virū aūt fidelē q̄s inueniet? Carioꝛ etiā Sap.iij. Fideles in dilectōe acq̄eſcent illi. Sanioꝛ inſuꝑ. Prouer.xiij. Legatus fidelis ſanitas. Iſta igitur immenſis laudibus extollit. Itē iſta eternis ſedibꝰ erigitur. Deus em̄ in cōuiuio ſuo eterno: cum ꝛ ipſe fidelis

ſit. Juxta illud pſ. Deus fidelis ⁊ abſq; vlla iniq̄tate iuſtꝰ ⁊ rectus: vult habere cõuiuas fideles pſ. Oculi mei ad fideles terre vt ſedeant mecū. Item iſta a cunctis gentibus diligitur. Tanta eſt em̄ fidelitatis virtus ꝙ ipſam in alijs diligūt etiā infideles Ecci. xxxiij. Seruus fidelis ſit tibi q̄ſi aīa tua. Et breuiter chariſſimi fidelitatē nullus deb; infringere ſ; ipſam potiꝰ ꝯſeruare: q2 ſicut dicit Seneca in puer. Uiri boni eſt pollicitā ſeruare fidē. Et ideo dicit ibidē. Malo mihi deeſſe ſucceſſum q̄; fidē frāgere. Sed ꝓ certo chariſſimi iſtud nō faciūt hodie mlti: q2 ꝓculdubio valde pauci ſūt hodie viri fideles. Infringūt. n. aliq̄ fidelitatē

Per ꝓmiſſorū non impletionem.
Per ſecretoꝝ reuelationem.
Per amicoꝝ defraudationē ⁊ ꝓditionē.
Per dominoꝝ impugnationem.

Infideles. n. ſūt ꝓmiſſoꝝ variatores. Juxta illud Roñ. iiij. Exinanita eſt fides: abolita eſt ꝓmiſſio. Itē iſti ſunt ſecretorū reuelatores: neſciūt em̄ aliquid celare: quinimo ſepe fit ꝙ fideles ⁊ bonos ſe fingūt eſſe vt ſub tali ſpecie ſecreta hominū inquirant: vt tandem ipſa reuelent ⁊ prodant: ſimiles vaſis criſtallinis: que ita ſunt peruia ⁊ etiam lucida ꝙ quicquid intus eſt declaraẗ. quia vere quicquid talium fidelitati cõmittiẗ: ſtatim exterius reuelant. Et ideo bene cauendum eſt cui vel quali ſecreta cõmittunẗ. Juxta illud Ecci. viij. ⁊ Prouerb. xxv. Secretū extraneo non reueles: quia ꝓcerto falſi ⁊ ꝓditores veniunt in veſtimētis ouiu;: intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces. Quod figuratū eſt in illo yſmael Hiere. xlj. De quo diciẗ. Q2 ipē in occurſu; aliorum incedens ⁊ plorās ibat. ſc; fingendo ſe eis compati ⁊ condolere ⁊ diſſimulans ſe velle ipſos ad locū ſecuritatis ducere: ipſos oportunitate habita interfecit. Et ſic in talibus impleẗ illud Eccliaſtici. xij. Oculis ſuis lachrymabiẗ inimicus: ⁊ cum inuenerit tempus non ſatiabiẗ ſanguine. Iſti igitur ſunt ſecretoꝝ reuelatores. Itē iſti ſunt amicorum defraudatores. Amicos em̄ ſuos. id eſt. illos qui in ſe confidūt velut amicos ſolent tales infideles decipere: et ſub ſpecie boni mala conſilia ſuggerere: fidem inſuꝑ ⁊ veram amiciciā alijs tanq̄; ꝓpinquis ⁊ ꝓximioribus nō ſeruare. Unde. j. Thimo. v. Qui ſuoꝝ maxime domeſticoru; curam non habet fidem negauit: ⁊ eſt infideli deterior.

Item iſti ſunt dominoꝝ impugnatores. Sepe em̄ fit ꝙ infideles ſerui dominos: diſcipuli magr̄os: ſubditi prelatos (q̄; q̄; eis multa bona fecerint) ſolent decipe: cõtra eos inſurgere: ⁊ eos accuſare. Et iſtud pt; in Abſalon ⁊ Achitophel. ij. Regū. xvij. Quoꝝ vnus filius: alter fuit conſiliarius ⁊ ſecretarius regis dauid: ⁊ tamē contra eum inſurrexerunt: ⁊ ipſum de regno ꝓprio expulerūt. Taliter em̄ faciunt hodie mali ſerui ſuis dominis: mali ſubditi ſuis prelatis: mali filij ſuis patribus: mali ingrati ſuis benefactoribꝰ Iſti em̄ ſunt ſicut Jupiter qui ſaturnū patrem ſuu; de regno ſuo fingiẗ eieciſſe. Tales igiẗ infideles ſunt q̄ infidelitate ſtabilitatis ⁊ amicicie non perſiſtunt: ita ꝙ ꝓprie de talibus poteſt dici illud Deutero. xxxij. Generatio em̄ peruerſa eſt ⁊ infideles filij. Non ſic igiẗ chariſſimi nō: ſed ſimꝰ fideles ⁊ boni: ⁊ ꝑſiſtamus ſtabiliter. Diuidamus equaliter. Diligamꝰ veraciter ⁊c̄. Uide ſupra de Eſtote: ⁊ in illa auctoritate. Eſto fidelis vſq; ad mortem ⁊c̄.

Fiducia. Nota ꝙ fiducia idē ē qꝺ confidentia: ſpes ſeu ſecuritas. Primo igiẗ poſſumus breuiter notare ꝙ eſt q̄dam fiducia cõmendabilis et virtuoſa. Et iſta eſt fiducia qua in deo ⁊ in ſanctis confidimus ⁊ ſperamus. Deus em̄ eſt ſicut lapis Adamas: q̄ geſtatus timores diciẗ pellere: ⁊ hominē ſecuꝝ reddere. Epiſtites etiam facit (vt dicit Dyaſcorus) hominē inter pericula tutum eſſe. Sic vere deus illos qui in ipſo habent fiduciam: ⁊ qui ipſu; per iugem deuotionem ⁊ fiduciam ſecum portant: tutos in periculis facit eſſe. Uñ Hiere. xxxix. Erit anima tua in ſalutem q2 in me habuiſti fiduciā. Iſta eſt igiẗ fiducia cõmendabilis ⁊ virtuoſa. Scđo ē fiducia deteſtabilis ⁊ vicioſa. Et iſta eſt fiducia quā q̄uidā habent

In mūdi diuitijs.
In ꝓprijs malicijs.
In amicoꝝ multitudie.
In ꝓpriarū viriū fortitudine

Habent dico fiduciam in diuitiarū plenitudine. vñ Job. viij. Sicut tela aranee fiducia eius. Et Job. xxxj. Si dixi obrizo fiducia mea eſt. Item in maliciarum ꝓmptitudine Eſa. xlvij. Fiducia; habuiſti in malicia tua. In amicoꝝ multitudine Job. xxxix. Nunquid habebis fiduciam in magna fortitudine eius. contra illud Hiere. ix. In om̄i fratre ſuo non habeat fiduciā. In ꝓpria fortitudine: nec attendūt ꝙ ſubito attenuaẗ. Ideo diciẗ Eſa. xxxvj Que eſt fiducia iſta qua confidis? q. d. nulla. Tertio dico ꝙ eſt fiducia affectabilis et glorioſa. Et iſta eſt illa perfecta ſecuritas ⁊ fiducia quā habēt ſancti in patria. de qua Eſa. xxxij. Sedebit populus meus in requie opulenta in tabernaculis fiducie. Et hoc ſufficit: quia ſupra ſatis dictū eſt de Confidentia.

Fieri. Nota ꝙ fieri ſignat mihi quendā cõtinuationem: ⁊ quēdam trāſitū ⁊ mutationē: ⁊ de vno eſſe ad aliud alterationē. Signat etiā imꝑfectionē: om̄iſq; cõplementi carēciā: ⁊ necdū adeptā ꝑfectionē. Igiẗ cum ſignificare poſſit in bono ⁊ in malo. Dicamꝰ ꝙ fieri in bono ſignificato pōt referri ad deū: ⁊ ad quēlibet virū iuſtu;. In malo ſignificato ad quēlibet impiū ⁊ peccatorē. Primo ergo de fieri dei dicamꝰ. Q2uis em̄ deus q̄tu; ad eſſentia; ſuam nunq̄; conſiſtit in fieri ſ; potius in facto eſſe. cū nullā imꝑfectōem habeat: nec in aliquo tranſitu aut alteratione conſiſtat: reſpectu tñ noſtri quotidie fit ⁊ efficiẗ inq̄tu; in nobis ſm̄ merita in diuerſa mutatur. Q2uis em̄ ſol in ſua eſſentia eſt immutabilis: in ſuis tamen effectibus ⁊ q̄tum exteriorē faciem ſm̄ ꝙ in diuerſis ſignis currit multipliciter alteratur. Sic deus q̄uis ſemꝑ idem ipſe ſit: tamen ad effectus ⁊ ſm̄ ſigna per que decurrit. i. ſm̄ qualitatē hominū in quos agit multipliciter variaẗ. Et ſic notabo ꝙ deus

Fit nobis hoſpes ⁊ habitator.
Fit nobis tutor ⁊ defenſator.
Fit nobis pater ⁊ conſolator.
Fit nobis ꝯcordator ⁊ mediator.

Q2 fiat nobis hoſpes ⁊ viſitator ſeu cohabitator pat; Joh. j. vbi dr̄. Q2 verbū caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Iſta em̄ fuit queda; factio ⁊ alteratio mirabilis: q2. ſ. factꝰ eſt deus hō. Sūmus ymus Eternꝰ mortalis. Iſtā factiōem ꝓpheta deſiderauit. Natura ſtupuit ⁊ expauit. Maria tñ credidit ⁊ acceptauit. Propheta dico deſiderauit dicens in pſ. Fiat miſcđia tua dñe ſuꝑ nos quēadmodū ſperauimꝰ in te. Et illud. Fiat manꝰ tua ſuꝑ virū dextere tue: ⁊ ſuꝑ filiū hoīs quē ꝯfirmaſti tibi Natura etiā ipſam reformidauit. Uñ ꝓpter mutationē ordinis nature: beata ꝟgo expaueſcēdo dicebat Luc. j. Quō fiet iſtud q̄m̄ virū nō cognoſco? Maria tñ ipām credidit ⁊ hūiliter acceptauit: dicēs ibidem. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm̄ verbū tuū. Sic igiẗ dico qꝺ xp̄s q̄tu; ad diuinitatē nō fit nec fuit factus. Uñ in ſymbolo caniẗ: genitū nō factum: ꝯſubſtātialē prī: ꝑ quē om̄ia facta ſunt. Q2tu; ꝟo ad hūanitatē fuit in fieri ⁊ etiā fuit factꝰ. Unde Gal. iiij. Miſit deus filiū ſuū factū de muliere: factū ſub lege. Iſte igiẗ fit nobis hoſpes ⁊ viſitator: patet in pſ. vbi dr̄. Fiat manꝰ tua vt ſaluet me. Itē ꝙ fiat nobis tutor ⁊ defenſator: pat; in pſ. vbi dr̄. Fiat manꝰ tua vt ſaluet me. Itē ꝙ nobis fiat pater ⁊ ꝯſolator. pt; in pſ. vbi dr̄. Fiat miſcđia tua vt ꝯſoleẗ me. Itē ꝙ nobis fiat cõcordator ⁊ mediator: pt; in pſ. vbi diciẗ. Fiat pax in virtute tua. Sic igiẗ pt; quō fieri ſpectare pōt ad deū. Scđo dico ꝙ fieri pōt referri ad viru; iuſtum. Juſtus em̄ ꝯtinue fit ⁊ ꝑficiẗ: ⁊ de bono in melius alteraẗ. vt. ſ. ad ſupmu; factū ⁊ ad ſummā ꝑfectionē. i. ad eternā beatitudinē attingere mereaẗ. Sicut em̄ puer ī vtero nō ceſſat formari ⁊ fieri quouſq; ad maturā ꝑfectione; ipm̄ ꝯtingit parturiri. Sic in vtero huius mūdi ſemꝑ debemus eſſe in fieri quouſq; mater nr̄a deꝰ bñ formatos ⁊ factos in lucem eternitatis emittat Math. viij. Sicut credidiſti fiat tibi. Deus enim talem factionem in nobis appetit: ⁊ nos bonos fieri concupiſcit. Unde. j. Thimo. ij. dicitur. Q2 ipſe omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Et ſic nota ꝙ ipſe vult nos Fieri

Stabiles ⁊ ſolidos.
Humiles ⁊ timidos.
Clemētes ⁊ fluidos.
Feruentes ⁊ auidos.
Honeſtos ⁊ fulgidos.
Modeſtos ⁊ ꝓuidos.

Igiẗ fiamus ſtabiles et ſolidi. Geñ. j. Fiat firmamentū in medio aquarū. Item Math. iiij. Dic vt lapides iſti panes fiant Itē fiamus humiles ⁊ paruidi Luce. xxij. Qui maior ē vr̄m fiat minor. Et illud Jaco. iij. Nolite plures magr̄i fieri fratres mei: ſcientes q̄m̄ maius iudicium ſumitis Roma. iij.

Subditus fiat omnis mūdus deo. Item fiamus clemē
tes ⁊ fluidi Luce.xij. Dicitis nimbus venit ⁊ ita fit. Nim-
bus em̄ fluorē pietatis deſignat. Item fiamus feruētes
⁊ auidi.ſ.in oratione ⁊ deuotione.j.Coꝝ.xvj. Om̄ia veſtra
in charitate fiant. Et Actuū.xij. Fiebat aūt oratio ſine in-
termiſſione ab eccleſia ad deum pro eo. Item fiamꝰ bo-
neſti ⁊ lucidi Roma.viij. Conformes fieri imagini filij ſui
Et Gen̄.j. Fiat lux ⁊ facta eſt lux. Et ibidē. Fiant lumina-
ria in firmamēto celi. Lux em̄ ⁊ imago honeſtā ꝯuerſatio
nem deſignant. Item fiamꝰ modeſti ⁊ ꝓuidi.j.Corinꝫ.
xiiij. Om̄ia ſcḋm ordinem fiant in vobis. Iſta ſunt igiꝫ que
oportet fieri Apoc.j. Quia ſi iſta nō fierent:non fieret ſal-
ua omnis caro. Tertio dico ꝙ fieri pōt referri ad pecca
tores q̄ non fiunt modo iam dicto. Sunt enim ſicut mon-
ſtra que faciendo errat natura: quia ꝓcerto om̄ia videnꝫ
in eis mō inordinato ⁊ rōni ꝯtrario eſſe facta. Iſti em̄ ſūt

Rebelles ⁊ litigioſi. | Miſerabiles ⁊ penurioſi ſeu lu-
Imbecilles ⁊ deſidioſi | ctuoſi. Qꝫ fiant rebelles ⁊ litigio
Carnales ⁊ luxurioſi. | ſi:ptꝫ in pſ̄. vbi diciꝫ. Fiant con-
Crudeles ⁊ iniurioſi. | tra dn̄m ſemꝑ. Itē ꝙ fiant im
Inſtabiles ⁊ defectuoſi. | becilles ⁊ deſidioſi.ptꝫ.ij. Regū.

xviij. vbi diciꝫ. Fiant ſicut pueri inimici domini. Et Exo.
xv. Fiant immobiles quaſi lapis. Item ꝙ fiunt carna-
les ⁊ luxurioſi.patet Eph.v. vbi de luxurioſis diciꝫ. Qꝫ q̄
in occulto ab eis fiunt turpe eſt dicere: ⁊ tamē in pſ̄. diciꝫ.
Nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus q̄bus non eſt intellectꝰ.
Item ꝙ fiant crudeles ⁊ iniurioſi. patet Gene.xlix. vbi
diciꝫ. Fiat dan coluber in via ceraſtes in ſemita mordens
vngulas equi. Item ꝙ fiant inſtabiles ⁊ defectuoſi: ptꝫ
Hiere.xviij. vbi dr̄. Fiant corruētes in conſpectu tuo. defe
ctuoſi ſcꝫ breues ⁊ impſeuerātes pſ̄. Fiant dies eius pau
ci. Item ꝙ iſti finaliter fiant miſerabiles ⁊ penurioſi. ſcꝫ
poſt mortē in inferno. patꝫ in pſ̄. vbi diciꝫ. Fiat habitatio
eius deſerta fiant filij eius orphani: fiant nati eiꝰ in interitū
Et alibi. Fiant tanq̄ puluis ante faciem venti: ⁊ angelus
domini perſequens eos ⁊c̄. Sufficiat de fiat tam in bono
q̄ꝫ in malo ſignificato. Sed ſi vis potes dicere ꝙ iſtud
verbuꝫ fiat dicitur imperatiue. Supplicatiue. Execratiue
ſeu maledictiue ⁊ ordinatiue. Imperatiue dico ſicut illud
Fiat lux ⁊c̄. Supplicatiue ſicut illud. Fiat miſericordia
tua domine ſuper nos. Maledictiue ſeu execratiue: ſicut
cum diciꝫ. Fiant nati eius in interitū: in generatione vna
deleatur nomen eius. Ordinatiue ſicut illud. Omnia ve-
ſtra in charitate fiant. Adhuc dico ꝙ eſt Unum fiat qḋ eſt

Potentie. | Fiat potentie pertinet ad deum creatoreꝫ
Clementie. | Gene.j. Fiat lux. Fiat clementie ꝑtinet
Iuſticie. | ad chriſtum redemptorem. Unde Dauid
Nequitie. | in pſal. Fiat pax in virtute tua. Fiat iuſti-

cie pertinet ad viatorem bonū Prouerb. xxviij. Longi fi-
ent dies eius. Fiat neq̄cie ꝑtinet ad vanū pctōrē pſ̄. Fiat
ei. ſupple maledictio ſicut veſtimētū q̄ opiꝫ ⁊c̄. Sufficit.

Figere. fixus. fictio.

Nota cuꝫ illud qḋ fixuꝫ eſt ſiue
ſit palus ſiue ſit clauus ſtabiliter adheret rei cui infigitur:
videꝫ ꝙ loquendo moraliter: fixio ſtabilitatē deſignet. Ho
mo em̄ fixus diciꝫ q̄ in aliquo ꝓpoſito efficaciter ſtabiliꝫ.
Sumiꝫ igitur figere in bono ⁊ in malo ſignificato. In bo-
no em̄ ſignificat pſeuerantiā ⁊ durationē. In malo ṽo de-
ſignat cordis ꝓteruiā ⁊ obſtinationē. Bonus em̄ debet
eſſe fixus ⁊ in bono ꝓpoſito ſtabilitus. Sic em̄ pali taber-
naculoꝝ quāto ꝓfundius in terra figunꝫ: tanto ipſa tēto-
ria contra ventoꝝ impetū efficacius ſtatuunꝫ. Sic hō bo-
nus cū in ꝓfundo ꝑ bonū ꝓpoſitū in virtutibꝰ radicaꝫ: cō
tra tentationū flatus ⁊ fluctꝰ ſtabiliter roboraꝫ. Arbor.n.
faciliter euelliꝫ q̄ in terra nō figiꝫ: aut cuiꝰ radix nullatenꝰ
ꝓfundaꝫ. Igiꝫ figamur in deo ꝑ fidē ipm̄ ꝑfecte credēdo
Eſaie.xxij. Figam illum paxillū in loco fideli. Figamur in
ꝓximo ꝑ charitatē ipm̄ fortiter amando Ecci.vj. Amicus
ſi ꝑmāſerit fixus: erit tibi ſic̄ coequalis. Figamur in celo ꝑ
ſpem bona eterna cordialiter affectādo. Un̄ illud qḋ dici-
tur i collecta. Ibi nr̄a fixa ſint corda vbi vera ſunt gaudia
Quidā em̄ ſanctꝰ pater cum rogareꝫ a diſcipulis verbuꝫ
ſalutis ꝓponere: ſoluꝫ iſta duo aduerbia dicebat. Ibi. vbi.
⁊ rogatus exponere dictam collectā dixit. Ibi inq̄t noſtra
fixa ⁊c̄. Spes em̄ fides ⁊ charitas ſunt tres claui taberna-
culi cordis nr̄i: ⁊ tres radices arboris mētis nr̄e: ⁊ tres co-
lūne edificij virtutū noſtrarū: que ſi ſtabiliter fixa fuerint:
nunq̄ cadere poterūt aut perire Exo.xix. Iſrael fixit ten-
toria eregione mōtis. Et breuiter in nobis debet eſſe Fixa

Intentio. | De fixa intētione pōt dici illud Ecci.xxvij
Affectio. | In medio cōpaginis palus figiꝫ. De fixa
Locutio. | affectione pōt dici illud Ecci.vj. Amicꝰ ⁊c̄.

vt.ſ̄. De fixa locutione poteſt dici illud.ij. Regū.xix. Fixū
eſt qḋ locutus ſum. De malis etiam ⁊ obſtinatis quomo-
do in ſuis opinionibꝰ ⁊ malis ꝓpoſitis fixi ſunt: patet. Ar-
bores infructuoſe vt cōmuniter ꝓfundiꝰ figunꝫ in terra: ⁊
maiores ⁊ excellētiores exiſtunt q̄ꝫ arbores fructuoſe: ptꝫ
de quercubꝰ ⁊ de vlmis reſpectu mali punici ſeu mori. Sic
vere mali ⁊ infructuoſi ꝓfundius figunꝫ in ſuo malo ꝓpo
ſito q̄ boni figanꝫ i bono figurati Actuū.xxvij. In illa na
ui cuiꝰ prora in bitalaſſi ita ſtabat imobilis ꝙ ante fracta
eſt q̄ laxata. Sic mali vſq̄ ad fractionē mortis fixi ⁊ ſtabi
les ꝑmanēt in delictꝭ. Un̄ de yſmael dr̄ Gen̄.xvj. Qꝫ eregio
ne vniuerſoꝝ ſuōꝝ figet tabernacula.

Figulus. figmētum.

Uide vbi fin-gere.

Figura.

Nota ꝙ figura accipiꝫ ꝓ exteriori imagi
ne ſeu forma. Et inde eſt ꝙ in ſcientialibꝰ
illud figura diciꝫ: vbi ſub exteriori apparētia hyſtorie vel
litere: interiora myſteria continenꝫ. Nota igitur ꝙ figura
ſcḋm vtrunq̄ ſuum ſignificatū quo vel ſcḋm literam: vel ſcḋm
lr̄e myſticam intelligentiā ſignat. ſignificare moraliꝫ pōt

Caliginem velate veritatis. | Inueniꝫ igiꝫ figura quā
Imaginē ornate venuſtatis. | debemus intelligere. Et
Eruginē mūdane qualitatis. | iſta ē figuralis ⁊ enigma-
Pria figura debet intelligi. | ticus ſcꝑturarū ꝓceſſus
Secūda figura debet corrigi. | ſub quo verus intellectꝰ
Tertia figura debet intelligi. | latet. de qua diciꝫ.j.Cor.

x. Qꝫ ſanctis patribus om̄ia in figura: contingebāt. Nam
facta antiquoꝝ ex veris hyſtorijs ꝓceſſerūt: ⁊ futuroꝝ le-
gis noue ſacramētoꝝ ſigna ⁊ figure fuerūt. Parabole etiā
xp̄i figuratiue dicte ſunt: ⁊ vnū q̄dem interiꝰ: aliud ṽo ex-
terius ſignificant ⁊ pretēdunt. Cognitio etiā noſtra ꝓ tem
pore huiꝰ vie nunq̄ eſt nuda ⁊ facialis: ſed potius obſcu-
ra: enigmatica ⁊ figuralis. Cuiꝰ tamē contrariū erit in pa-
tria: quia ibi nō erit parabola vel figura: ſed nuda veritas
atq̄ clara: ita ꝙ de q̄libet beato poterit dici illud Nūe.xij.
Non per figuras ⁊ enigmata: ſꝫ facie ad faciem deū videt.
Item inueniꝫ figura quā debemꝰ emēdare ⁊ corrigere.
Et iſta eſt figura exterioris ꝯuerſationis: que.ſ.per virtu-
tes ornaꝫ atq̄ pingiꝫ.iiij. Regū.j. Cuiꝰ figure ⁊ habitꝰ eſt
vir q̄ occurrit vobis: Reſponderunt. Uir piloſus: ⁊ zona
pellicea ꝑcinctus renibꝰ. Per vicia autē hec figura defor-
maꝫ ⁊ ificiꝫ. vn̄ Leuiꝫ.xix. Nec figuras aliq̄s aut ſtigma
ta facietis vobis. Figuras dico.i. male ꝯuerſationis ima-
gines. Per penitentiā ṽo antique ⁊ male figure deſtrun
tur.iiij. Regū.xxiij. Figuras idoloꝝ ⁊ immūdicias abſtu-
lit Joſias. Noua ṽo ⁊ ſancta figura repaꝫ ⁊ reficiꝫ: ſicut
nabuchodonoſor Danie.iiij. de ſeipſo ꝑus in beſtiā muta
to ⁊ tandē reformato dicit. Figura mea reuerſa eſt ad me
Itē inueniꝫ figura quā debemꝰ ꝯtēnere ⁊ negligere. Et
iſta eſt figura curſus ⁊ imago ꝓſperitatis mūdane: de q̄.j.
Cor.vij. Preterit em̄ figura huiꝰ mūdi ⁊c̄. Uide.j. de ima
gine: ⁊ de forma: ⁊ alijs ſimilibus.

Filippus.

Nota ꝙ filippus interꝑtaꝫ os lam-
padis ſeu os manuū: ſignificās virū
iuſtum: ⁊ maxime doctorem ſcientificū vel prelatū: qui di-
citur os: quia loquiꝫ alios inſtruendo: lampadis quia ful-
gēt alios exemplariter illuminando. Dicitur os manuum
quia ori manus applicat: quia id qḋ docet ꝑdicando: con-
firmat operando. Et ſi vis nota ꝙ philippus eſt Nomen

Abundantie ⁊ poſſeſſionis. | Philippus em̄ abunda-
Intelligentie ⁊ diſcretionis. | uit in ṽtutibꝰ. vn̄ Job.j.
Sapiētie ⁊ inſtructionis. | Erat auteꝫ philippus de
Amicicie ⁊ dilectionis. | bethſaida ciuitate petri ⁊
Eloquentie ⁊ predicationis. | andree. Bethſaida.n. in-
Excellentie ⁊ exaltationis. | terpretaꝫ domus frugū.
Fruges ṽo virtutes deſignant. | Itē philippus ignorās

tes informauit. p̄z Actuū. viij. vbi dī. Q̄ eunucho in curru ſuo legenti yſaiam: adiūctus eſt philippus q̄ ſcripturā ſibi aperuit: ⁊ eū cōuertit ⁊ baptiſauit. Item philippus clarā intelligentiā poſtulauit Ioh. xiiij. Dixit chriſto philippus. Dn̄e oñde nobis patrē ⁊ ſufficit nobis. Sequitur. Qui videt me: videt ⁊ patrē meū. Itē verā amiciciā frequētauit: p̄motionē q̄ ⁊ honorē acq̄ſiuit. vñ. j. Mach. vj. dicit̄. Q̄ rex vocauit philippū vnū de amicis ſuis: ⁊ p̄poſuit eum ſup̄ vniuerſum regnū ſuū. Item philippus fidem dei p̄dicauit. Vñ ⁊ bene interp̄tat̄ os lampadis vt p̄dictum eſt. Unde ⁊ iſta euāgeliſta ⁊ bon⁹ annūciator dicitur fuiſſe Actuū. xxj. Intrantes domū philippi euāgeliſte q̄ erat vnus ex ſeptē manſim⁹ ibi ⁊c̄. Itē philippus celeſtia vendicauit Actuū. viij. Sp̄us dn̄i rapuit philippū et inuētus eſt in azoto. i. in paradiſo ⁊c̄.

Filiſtijm. Philiſteus. Philiſtea.

Cum philiſtijm fuerāt ppl'i infideles dudū in illa parte ſyrie q̄ nūc paleſtina dicit̄ habitātes: pp'lo dei ſemp̄ inimicantes: ⁊ eos vel bellis impetētes vel ſeruitute p̄mentes. videt̄ ꝙ p̄ philiſtijm poſſunt intelligi vel demones vel tyranni a vera fide deuij ⁊ bonis oīubus inimici. Iſti eñ ꝯtra bonos ꝯtinue militant: ipſoſq̄ diuerſimode fatigant ⁊ moleſtant. j. Regū. xxxj. Philiſtijm pugnabāt aduerſuz iſrael. Interp̄retat̄. n. philiſtijm vl' philiſtei poculo ruētes q̄. ſ. ipſi demones poculo ſup̄bie imbuti ceciderūt de celo. Mali vō poculo viciorū ebrij quotidie cadunt inferius in inferno. j. Reg. vij. Humiliati ſunt philiſtijm: nec appoſuerūt vltra vt venirēt in terminos iſrl̄. Tales eñ finaliter p̄ damnationē humiliabunt̄: ⁊ terminis iſrael. id eſt. patria deū videntiū hoc eſt celeſti gloria priuabunt̄. Et merito. quia procerto tales philiſtijm. id eſt. mali ⁊ maxime tyrāni

Mūdi ſubſtantie eligunt cumulos.	Sic igit̄ p̄z ꝙ ta-
Alte potentie vendicant titulos.	les philiſtei per
Male cōcordie cōſtringūt nodulos.	auariciā diligunt
Triſtis inuidie ſuſtinent famulos.	terrena. j. Regū

. xxiij. Philiſtijm infuderūt ſe ſuper terram. Per ſup̄biam aſcendūt amena. j. Reg. xvij. Philiſtijm ſtabant ſup̄ montem. Per malā ꝯcordiā iūcti ſunt habena. Unde ibidē dicit̄. Congregauerūt philiſtijm agmina ſua. Et p̄ inuidiam ſpargunt̄ vt harena. i. diuidunt̄ abinuicē. ij. Reg. v. Philiſtijm diffuſi ſunt in valle.

Filius.

Nota ꝙ filius eſt nomē ſubiectiōis. nomē dilectionis. nomē vtilitatis. nomē nobilitatis. nomē cōfomitatis. Nomē dico ſubiectionis: q̄ pr̄i debet ſubiugari. Nomen dilectōnis: q̄ a patre debet amari. Nomē vtilitatis: q̄ patri debet ſubrogari. ſ. in ſucceſſione. Nomen nobilitatis: q̄ liber debet iudicari. Nomen ꝯformitatis: q̄ debet p̄rem in virtutib⁹ imitari. Iſtis quinq̄ modis chariſſimi debem⁹ p̄certo eſſe filij dei ⁊ ſanctorum: quia p̄certo chariſſimi boni ⁊ perfecti viri iſtis quinq̄ rōnibus poſſunt ſpirituales filij nūcupari. ſ. quia iſta habēt

Humilitatis ſubiectōem.	Boni eñ humilit̄ maiori-
Charitatis dilectionem.	bus ſubiungant̄. vñ Sap̄.
Nobilitatis conditionem.	. ix. Et etiā in p̄s. Ego ſeru⁹
Hereditatis ſucceſſionem.	tuus et filius ancille tue.
Cōformitatis applicatōem.	Itē alternatim diligūt et

diligunt̄. ſ. tam a deo q̄ ab hominibus. vñ Gene. xxij. Tolle filiū tuū. quē diligis yſaac. Et Luc. iij. Tu es filius me⁹ dilectus. Itē iſti ſunt nobiles moralit̄ ⁊ liberi. q̄. ſ. iſti ſunt filij ⁊ nō ſerui. qui eñ facit pctm̄ ſeruus eſt pcti Ioh. viij. Et ideo q̄ ſancti ſine tali ſeruitute fuerunt liberi ⁊ nobiles ſp̄ualiter dici potuerūt. vñ Sap̄. ij. Si eſt vere filius dei liberabit eū. Itē iſti vtiliter hereditant̄: q̄a. ſ. filij ſp̄uales dei ⁊ eccleſie: habent ius in hereditate ⁊ ſucceſſione p̄ris ⁊ mr̄is. i. in bonis eccleſie. in bonis gr̄e. in bonis glorie. Unde Gal. iiij. Q̄ ſi filius ⁊ heres. Itē iſti ꝯformiter imitātur: q̄ p̄res ſp̄uales. vicȝ deū: p̄latos ⁊ ſanctos viros debēt imitari. ⁊ eis in virtutib⁹ ꝯformari. vñ Geñ. v. Genuit adā filiū ad imaginē ſuā. Et ſic p̄certo chariſſimi ſi iſtas q̄nq̄ ꝯditiones q̄s habuerit. hñ ſp̄ualis. i. dei filius dictus erit. Et ſic poterit dici de ipſo illud p̄allegatū Luc. iij. Tu es filius me⁹ dilect⁹. In q̄bus verbis oſtendit̄ ꝙ ad hoc ꝙ q̄s filius dei poſſit dici tria p̄ncipaliter req̄runt̄. Debet. n. eſſe Abilis ab eternam ſuſceptionem: quia dicitur Filius. Humilis per internam ſubiectionez: quia dicitur Meus. Amabilis p̄ ſupernam dilectionem. quia dicit̄ Dilectus.

Iſti enim ſunt	Dei ſucceſſores qd̄ p̄bat ꝯditio: quia
Dei ſucceſſores.	filius vel filij. Dei ſeruitores qd̄ p̄bat
Dei ſeruitores.	poſſeſſio. Meus. i. mihi ſubditus vel
Dei amatores.	a me poſſeſſus. Dei amatores qd̄ pro-

bat affectio. Dilectus inq̄t. Si eñ a deo eſt dilectus p̄ ꝯñs ip̄m ſupponit̄ diligere. Iux̄ illud Sene. Ama ſi vis amari. Primo ḡ dico. ꝙ iuſtus dī filius dei: q̄ ſuccedit in hereditatē: ⁊ hoc oñdit̄ cum dī. Filius. Filius. n. dī p̄ri naturaliter ſuccedere. Sic ſancti ⁊ iuſti q̄ per gr̄am filij dei ꝯſtituunt̄ in hereditate ſua. i. ſequēti gloria. vel in p̄nti eccl'ia: heredes ⁊ ſucceſſores fieri merent̄. Et ideo videm⁹ ꝙ de⁹ facit talibus ſicut vitulus marin⁹ q̄ eſt aīal natās in aq̄s ⁊ gradit̄ in terris: q̄ filios ſuos in terra generat atq̄ parit. ipſoſq̄ finaliter ad mare ducit: ⁊ ibidem ipſos natare docet: inſtruit ⁊ inducit ſicut dicit Plinius. Sic vere chariſſimi. Deus pater filios ſuos fideles in terra. id eſt. in h̄ mūdo generat p̄ gr̄am: ⁊ tandem in morte ipſos ad mare. id eſt. ad affluentiā paradiſi eos ducit: ⁊ regni paradiſi ſucceſſores tanq̄ legitimos filios eos facit. Ideo de talibus poteſt dici illud Ioh. xviij. Seruus nō manet in domo in eternum. Ideo tali filio loquit̄ xp̄s Luce. xv. Fili tu ſemp̄ mecum es: ⁊ oīa mea tua ſunt. Sic igit̄ dico. ꝙ quicūq̄ iuſtus dicit̄ dei filius: quia ſuccedit in hereditate. Scd̄o dico. ꝙ filius poteſt dici q̄ precellit in humilitate. Fili⁹ eñ nomē eſt humilitatis. Iſtud eñ vocabulū filius importat de ſe ꝙ ſit in paterna poteſtate. cum ſit vocabulū relatiuū. Et hoc etiam oſtendit̄ cum dicit̄. Meus: qd̄ eſt p̄nomen poſſeſſiuū. Iſta eñ p̄nomina meus. tuus ⁊ ſuus ſignificāt quaſi poſſeſſionem ⁊ ſubiectiōem. ad denotandū ꝙ illi qui filij ſp̄uales dei ⁊ eccleſie volunt eſſe. debent per humilitatem deo ⁊ ſuis maiorib⁹ ſubijci: ⁊ p̄ abdicatōem p̄prie voluntatis alterius iuris fieri ⁊ non ſui. Meus inquit. vnde Math. xvij. Hic eſt filius me⁹: vt ſic q̄libet dicat illud Gene. xxvij. Ego ſum filius tu⁹ eſau. Ubi nota ꝙ talis humilitas debet habere obediētie p̄mptitudinē: qd̄ notat̄ cū dicit̄. Ego: qd̄ eſt p̄me p̄ſone. Ad denotandū ꝙ ad prompte obediendū debet inter ceteros p̄mus eſſe. Item debet habere p̄ſeuerantie firmitudinē: qd̄ oſtendit̄ cum dī. Sum. Item debet habere humilitatis p̄mptitudinē qd̄ notatur cum dicit̄ Tuus. Itē debet habere fecūditatis plenitudinem: q̄ dī Eſau. qd̄ interp̄tat̄ terra. De iſto igit̄ me⁹. i. de iſta ſubiectiua poſſeſſione pōt q̄libet taliū dicere illud p̄s. Dn̄s dixit ad me fili⁹ me⁹ es tu. Iuſtus igit̄ fili⁹ dei dī. q̄ p̄cellit in hūilitate. Tertio dico: ꝙ talis fili⁹ dei dī: quia fundat̄ in charitate: qd̄ oñdit̄ cū dī. Dilectus. Quia. n. tales a deo ſunt dilecti: ideo ſupponit̄ ꝙ ipſi deū diligāt: q̄a deus nō diligentes ſe non diligit. Iux̄ illud Prouerb. viij. Ego diligētes me diligo. Et in p̄ſona talium dī. j. Ioh. iiij. Nos igit̄ diligam⁹ deū: q̄m ipſe p̄or dilexit nos. Amor. n. habet naturā reciprocā. diffundit̄ eñ de vno in aliū: q̄ ſic humor a radice trāſfundit̄ in ramos (ſicut p̄z tp̄e verno) ⁊ ecōuerſo a ramis diffundit̄ in radicē ſicut patȝ in tp̄e hiberno. Sic vere a radice. i. a deo p̄rib⁹: ⁊ p̄latis: ⁊ maiorib⁹ amor trāſfundit̄ vel trāſfundi debet p̄mo ⁊ p̄ncipaliter in ramos. i. in filios ⁊ ſubditos: ⁊ q̄ſlibet viros iuſtos: ſic dicebat dauid in p̄ſona taliū ſup̄ior. ij. Reg. j. Sicut mr̄ vnicū amat filiū ita te diligebā. Sed p̄certo ab iſtis ramis. i. inferioribus dȝ iſte humor. i. iſte amor iterū in deū et ſup̄iores vice reciproca refundi: q̄ valde eſt ꝯſonū rōni vt illos a q̄bus diligimur: totis affectib⁹ diligam⁹. Iuxta illud Ioh. . xv. Hoc eſt p̄ceptū meū vt diligatis inuicē ⁊c̄. Sic ḡ patȝ breuiter ꝙ ſi filius dei q̄s eſſe voluerit: ſicut a deo ⁊ ſup̄ioribus ſuis diligit̄: ſic ipſos diligere tenet̄. Dilect⁹ inq̄t. vñ Math. xvij. Hic eſt fili⁹ me⁹ dilect⁹ in quo mihi bñ complacui. Sed heu prochdolor chariſſimi: q̄ pauci ſunt hodie filij q̄ iſtū amorē repēdant aut repēſant. Amor quē hȝ deus ad hoīes nō rependit̄: q̄ q̄uis a deo diligamur. ip̄m tñ nō diligim⁹ nec timem⁹. Pellican⁹ eñ ſicut dicit magr̄ Iacobus in li. de mirabilib⁹ orientaliū regionū: p̄ viuificandis filijs ſuis ſeip̄m vulnerat et debilitat. vt v̄tute ſui effuſi ſanguis filios ipſos ſuſcitet ⁊ viuificet. fit tñ vt dicit

idem ꝙ q̇dam ipſoꝝ filioꝝ de patre ſic ꝓ eis debilitato nō
curāt. nec ei neceſſaria miniſtrāt. qđ aduertens ipſe pater.
quādo ad ſanitatē ꝑuenit. ipſos ingratos filios punit ⁊ a
nido ſuo eijcit ⁊ expellit. Iſtud chariſſimi quotidie vide-
mus in nobis q̇ ſumꝰ filij dei ꝑ creatōem. Quis eñ pater
noſter deus ſanguinē ſuū in cruce fuderit vt nos mortuos
viuificaret ⁊ ſuſcitaret. nos tñ tāti beneficij immemores. ſibi
in ꝑſona pauperū ſuorū debilitate depreſſo et fatigato nō
ſubuenimus nec de ipſo curamus. Quis ipſe clamet in ſcri
ptura Eſaie. xxviij. Reficite laſſum ⁊ hoc ē meū refrigeriū
Nec etiam vulneribꝰ que ꝓ nobis ſuſtinuit in aliquo cō-
dolemus. Quis ipē clamat Treñ. j. O vos oēs q̇ trāſitis
per viam attēdite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Et
ideo vere ꝓprie ipſe poteſt de nobis dicere illud Eſa. j. Fi-
lios enutriui ⁊ exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me. Et ideo fi-
naliter de nido paradiſi tales eiecit ⁊ in die iudicij ꝯſortio
ſuo ⁊ hereditate paradiſi tāq̄ȝ ingratos ꝑuabit et in infer-
nū deijciet ⁊ fugabit. dicēs illud Eſa. j. Ue genti peccatrici
ſemini nequā: ppl'o graui iniq̇tate. filijs ſceleratꝭ. Iſta etiā
ſcȝ ingrata filialitas apparet in multis eccleſiaſticis. q̇ q̄-
uis ſint eccleſie vel religionis filij ⁊ miniſtri: ⁊ q̄uis ab ipſi
us ſcia fuerint educati. nutriti. edocti ⁊ augmētati. viuifi-
cati. ⁊ ad ſtatū ꝓmoti. ipſi tñ de hoc nō videnť aduertere:
nec de matris ſue neceſſitatibꝰ curare. De vtilitate eñ cō-
muni nō curāt ſ; de ꝓpria tm̄. q̇n ꝓo vt ꝓpriam vtilitatē fa
ciāt. derogare cōi quodāmō nō formidāt. ita ꝙ de talibus
dr̄ Baruch. iiij. Nō eſt q̇ cōſoleť eam ex oībus filijs q̇s ge-
nuit. Sed q̇d dicemꝰ chariſſimi de naturali filialitate? In
ueniť ne ibi predicta ingratitudo? ſic ꝓculdubio: quia ve-
re multi ſunt ita ingrati filij ⁊ ꝑuerſi. ꝙ a parētibꝰ ſuis oīa
bona recipiāt. q̄uis patres vel parētes eoꝝ oīa bona ex
pēdāt ꝓ eis. vel ſanguinē ſue temporalis ſube in eoꝝ vtili
tate: ⁊ viuificatōne ⁊ ꝓmotiōe expēderint: ita ꝙ ſepe fit ꝙ
exinde ad debilitatē paupꝑtatis veniūt: ipſi tamē ingrati fi
lij: pauꝑes parētes ⁊ depauꝑatos ꝯtemnūt: nec eiſdē ſub-
ueniūt aut ſuccurrunt: ita ꝙ bene de talibus poteſt dici il-
lud Deuť. xxxij. Generatio eñ ꝑuerſa eſt et infideles filij.
Nō ſic chariſſimi. nō habeamꝰ ingratitudinē ſ; amicicie fir
mitudinē. Nō obliuiſcamur benefactores: ſ; diligamꝰ no-
ſtros amatores. Sic ḡ p; chariſſimi ꝙ q̇ ſpūalis filius eſſe
voluerit: neceſſe eſt (ſicut dictū eſt) ꝙ habeat nobilem ꝯdi
tionem: humilē ſubiectōem: vtilē dilectionē. Sic ḡ dictū ē
Tu es filius meꝰ dilectus. Sed adhuc dico. ꝙ iſtud vo
cabulū filij in plurali pōt in ſcp̄tura multipl'r inueniri. Iō
generaliter quotiēs iſtud vocabulū filij pluraliter inueniť
vel poniť in ſcp̄tura. pōt allegari illa auctoritas. j. Ioh. iij
Nunc filij dei ſumus. In q̇bus verbis oſtendiť ꝙ illi qui
volunt eſſe filij dei ſpirituales vt filij naturales. habeant

Uoluntatis ꝓmtitudinē. cum dr̄. Nunc. — Dico ḡ pri-
Dignitatis celſitudinē. cum dr̄. Filij dei. — mo ꝙ illi q̇
Firmitatis fortitudinem. cū dr̄ Sumus. — boni filij dei

eē volūt. necē ē ꝙ habeāt volūtatꝭ ꝓmptitudinē: qđ oñdiť
cum dr̄ Nunc. Promptitudo. n. ⁊ p̄ntia denotanť ꝑ iſtud
aduerbiū nūc: quia illi q̇ veri filij dei volūt eſſe. debent eſſe

Promptiſſimi ad obediēdum. — Boni eñ filij tenētur
Promptiſſimi ad cōpatiēdum. — maioribꝰ obedire. vñ
Promptiſſimi ad ꝯſentiēdum. — Col. iij. Filij obedite

parētibus veſtris ⁊c̄. Itē debēt ſuis minoribus ſubuenire.
Uñ in pſ̄. dr̄. Filij tui ſicut nouelle oliuarū. Item debēt ſu
is ꝯſortibꝰ ꝯſentire. q̄r ſcȝ ſicut filij eiuſdē p̄ris ſunt vt cō-
muniter inuicē ꝯſentientes: ⁊ inuicē pacifici ⁊ ꝯcordes. ſic
boni ⁊ iuſti debēt alter alteri ꝯſentire: ⁊ inter ſe pacifice cō
uerſari. Iuxta illud Math. v. Bti pacifici: qm̄ filij dei vo
cabunť. Habemꝰ. n. vnū patrē ⁊ vnā matrē. ſ. deū ⁊ eccl'iaȝ
vñ Geñ. xlij. Oēs filij vniꝰ viri ſumꝰ. Et Malach. ij. Unꝰ
p̄r eſt oīm nr̄m. Habeamꝰ igiť mentalē ꝓmptitudinē ad
obediēdum iſti patri ⁊ mr̄i. Nūc inq̇t Prouer. viij. Nunc
ḡ filij audite me: q̄r ſicut aq̇la filios ſuos excitat ad volan-
dū ⁊ ad ipſam extra nidū ſequēdū. qđ niſi ꝓmpte fecerint
ſolet eos ꝑcutere vel vnguibꝰ ꝑforare. Sic vere filij dei. ſ.
ſancti ⁊ ſancte exēplo p̄ris ſui xp̄i debēt ad bonuȝ animari
⁊ ip̄m extra nidū mūdani amoris ꝓmpte obediēdo inſeq̇.
nec ꝑ pigriciam retardari. Qđ q̄r q̄ńq̄ȝ nō faciūt: ſed alicꝗ-
bus oblectamētis detenti in mūdo diutius ſiſtunt: ideo ſe-
pe fit vt a deo corrigant̄ et varijs tribulatōibus feriātur: ⁊
ſic quaſi ꝑ violentiā ꝯtemnere et dimittere mūdi ludibria
compellanť Hebre. xij. Flagellat eñ dñs oēm filiū quem
recipit. Et ideo chariſſimi q̇ in hoc mūdo incorrecti dimit
tunť: ⁊ in nido mūdi delectabiliū ſine tribulatōe relinquū-
tur: nec deum ꝓmpte ſequunť vel ei obſecunť. filij dei di-
ci non merenť: ⁊ ideo ſicut alieni hereditate celeſtis glorie
priuabunť. Iſti eñ ſunt ſicut filij illegitimi. de q̇bus q̄r pa
ter parū curat: ⁊ eis de hereditate ꝓpria nihil donat Oſee
. ij. Filij fornicationū ſunt: q̄r fornicata eſt mater eoꝝ. Nō
ſic ḡ: ſed ſimus ſicut veri ⁊ legitimi filij: volūtati dei patris
noſtri ꝓmpte parētes ⁊ obediētes. q̄r vere ſi filij dei eē vo
lumus: nos debemꝰ habere volūtatis ꝓmptitudinē. Nūc
inq̇t. Scđo dico. ꝙ nos debemꝰ hr̄e dignitatis celſitudi
nē: q̄r debemꝰ eſſe filij dei qđ eſt ſumma dignitas. Gr̄a eñ
nos facit filios dei. pctm̄ ꝟo filios dyaboli. Et maxīe et ſpe
cialiť filij dei pñt dici viri eccl'iaſtici ⁊ religioſi: q̇ a deo ſunt
ſpēaliter adoptati ⁊ deo ſpēaliter dedicati. Uñ illud. j. Io-
han. iij. Uidete qualem charitatē fecit nob̄ deus vt filij dei
noīemur ⁊ ſimus. Sed ꝓcerto chariſſimi tempꝰ modernū
videť retrotractuȝ ad tp̄a Noe. in q̇bus ſicut dr̄ Geñ. vj.
vidētes filij dei filias hoīm ꝙ eſſent pulcre. acceperūt ſibi
vxores ex oībus quos elegerāt. Et ideo iſtis tp̄ibus factū
fuit diluuiū quo totus fuit ppl's diſſipatꝰ. Sic vere chariſ-
ſimi hodie filij dei. i. viri eccl'iaſtici et religioſi fece luxurie
maculati: vxores ⁊ ꝯcubinas de filiabꝰ hoīm ſibi accipiūt:
⁊ ſic dei eccl'iam maculātes: diluuiū eccleſiaſtice ruine in-
troducūt. Ideo Iob. j. dr̄. Qr cum filij dei cōparerēt in cō
ſpectu dñi. affuit etiā inter illos ⁊ ſathan. Sathan. n. q̇ in-
terpretať aduerſarius: ſignat pctm̄ luxurie. qđ ꝓcerto in-
ter dei filios habitat ⁊ verſať: ⁊ eis totis viribꝰ aduerſať.
Non ſic: ſ; ſimus filij dei: deū collaudātes: deū adorātes.
deo ſeruiētes ⁊c̄. Deū dico collaudātes Iob. xxxviij. Ubi
eras cū me laudarēt ſimul aſtra matutina ⁊ iubilarēt oēs
filij dei. Item deū adorantes. Iuxta illud pſ̄. Afferte dño
filij dei. afferte dño filios arietū. Item deo famulātes Ro
ma. viij. Quicunq̄ȝ ſpū dei aguntť. hij filij dei ſunt. Tales
ergo habēt dignitatꝭ celſitudinē q̄r filij dei. Tertio dico.
ꝙ tales habēt vel hr̄e debēt firmitatꝭ fortitudinē: qđ oſten-
ditur cum dr̄. Sumus. qđ eſt verbū ſubſtantiuū: q̄r. ſ. tales
debēt ſeq̇ modū ſubſtantie cum patre ſuo deo ſtabiliter ꝑ-
ſeuerādo: nō modū accidētis ipſum faciliter dimittēdo. vł
occaſione mūdanarū tribulationū dlectationū vel tenta-
tionū ab eo faciliter diſcedēdo: vt ſic dicamus illud Tho-
bie. ij. Filij ſanctoꝝ ſumus ⁊c̄. Hic de iſto ſumus cōplican
do ⁊ inuehēdo ſicut habes bene ſupra vbi Eſſe ⁊ vbi Eſto
te. Uel ſi vis dic ꝙ ſicut ligna ſethim q̄ ſunt incremabilia
⁊ imputribilia: ſic iſti nec aliqua voluptate debēt eē putri-
factibiles: nec igne concupiſcētie cremabiles: imo ſemper
ſint ſtabiles ⁊ durabiles. vt dum ſic in vita habuerūt firmi
tatem cōſtantie poſt vitam habituri ſint ꝑpetuitatē eterne
glorie Heb. iij. Initiū ſube eiꝰ vſq̄ȝ in finē firmū retineamꝰ
Et Exo. xv. Introduces eos ⁊ plantabis in mōte heredi-
tatis tue. firmiſſimo habitaculo tuo qđ opatꝰ es dñe. Sic
ergo patet ꝙ illi qui ſpūales filij dici volunt firmitatē. di-
gnitatem et promptam voluntatem habere debent et poſ
ſunt. Sed ſi vis adhuc dic ꝙ de bonis filijs poteſt expo
ni illa auctoritas pſ̄. Filij tui ſicut nouelle oliuaꝝ in circui
tu mēſe tue. Ubi nota. ꝙ boni dicuntur filij dei. Propter

Intimiorem dilectionem. Tui. — Primo ꝓpť in-
Similiorē ꝯditōeȝ. Sic nouelle oliuaꝝ. — timiorē dilectio
Humiliorē ſubiectionem. In circuitu. — nē tui ⁊c̄. Nota
Utiliorem ſucceſſionē. Menſe tue. — ꝙ filiꝰ ꝓpriꝰ ꝑfe

ctius diligit inſtigāte natura vel inſtigatione nature q̄ pu
tatiuus. Exēplū de tribꝰ ſagittātibus ꝯ patrē iudicio ſalo
monis: quoꝝ verꝰ noluit ſagittare. alij aūt ſagittauere ⁊c̄.
Nota hyſtoriā: q̄r. ſ. veri filij. i. iuſti nō libēter ꝑ pctā ſagit-
tāt xp̄m. putatiui ꝟo. i. mali audacter peccādo irritāt xp̄m
Sed h̄ eſt hodie ꝓh dolor ꝯ multos q̇s in eccl'ia comperi
mus: qui ſunt nō ꝟo filio: ſ; illi malo ⁊ putatiuo ſil'es: q̄r. ſ.
adhuc finē ꝙ hereditatē bonoꝝ eccl'iaſticoꝝ. bñficioꝝ ⁊ ꝑ-
bendarū poſſint hr̄e: nō veraciter parentes ſuos. ſ. p̄latos
aut eccl'iam q̇ eos genuerūt aut nutrierūt diligūt: imo de-
tractiōibus aut litibꝰ ſagittare. appellatōibus lacerare. ⁊c̄

brigis ⁊ ꝯtentionibꝰ vulnerare nō verent̄: q̄nimmo ſic eſt
hodie ꝙ qui ꝓfundius pr̄em p̄latum. vel mr̄em eccl'iaꝫ ſa
gittat: ⁊ attrociꝰ ⁊ grauiꝰ vulnerat. depaupat ac defamat.
hereditatē beneficioꝝ eccleſie citiꝰ ſe habiturū ſperat. ſicut
ad l'ram de ambitioſis ⁊ brigoſis religioſis poſſumꝰ videre
qui ꝓ bn̄ficijs extorquēdis ſolent brigas ⁊ lites ꝯtra ſuos
p̄latos ⁊ eccl'ias ſuſcitare. Sil'es illis pplis in india quoꝝ
mos eſt parētes ꝓprios mortuos loco ſepulture comedere
⁊ ad eos comedēdū amicos alios iuitare: ⁊ ſic credūt eos
mirabilit̄ honorare. Sic vere tales litigioſi ⁊ ambitioſi. pa
rētes. i. p̄latos ⁊ eccl'ias ſuas ꝯtētionibꝰ comedūt: ⁊ ad hoc
etiā amicos ſuos excitāt ⁊ inducūt: ita ꝙ iā impletū videt̄
illud Math. x. Inſurgēt filij in parētes ⁊ eos morte affici
ent ⁊c̄. Morte inq̄t. i. infamia vel tribulatōne. qꝛ. ſ. mors q̄
affligit ⁊ fetere facit. tribulatiōem ⁊ infamiā ꝓtendit. Iſti
ꝫ nō ſunt filij parētū dilectores ſ inuaſores. nō ſunt pij ſ
impij: nō ſunt fideles ſ potius infideles. Iō in p̄s. ⁊ origi
naliter Deut̄. xxxij. hn̄ dr̄. Ꝙ generatio ꝑuerſa eſt ⁊ infide
les filij. Sed nō ſic iſti ꝓcerto vt iaꝫ dictū eſt. Iſti dicti fue
runt filij ꝓpter fideliorē dilectioneꝫ. Filij inq̄t tui. Vn̄ dn̄o
pōt optime de iſtis dici hodie Eſa. lx. Filij tui delongeveni
ent: ⁊ Thob. ij. Ipſi ſunt q̄ fidē ſuā nunq̄ mutāt ab ipſo.

Scd̄o dico. ꝙ iſti fuerūt dicti filij ꝓpter ſimiliorē ꝯditio
nē: qꝛ ſicut filius naturaliter ꝯſueuit eſſe ſimilis parētibus
ſic iſti ꝯformari voluerūt deo: ⁊ ſctis patribꝰ ⁊ ſupioribus.
dicētes illud. j. Ioh. iij. Nūc filij dei ſumꝰ. Et hec moralis
imitatio ⁊ ꝯformatio on̄dit̄ cum dr̄. Sicut nouelle oliuaꝝ
Iſtud eīm aduerbiū ſimilitudinis ſicut ꝯformitatē ſignat.
nouella v̄o oliua q̄ eſt tenera ⁊ q̄ faciliter vbi q̄s voluerit
ſe inclinat: illū ſignat q̄ p imitatōem bonis hoībus vel i oī
bus ſe ꝯformat: quales ꝓculdubio fuerūt iſti ⁊ quales de
bēt eſſe q̄libet viri iuſti. q̄ fuerūt ſicut oliue ſpecioſe in cam
pis. Et ſicut dr̄ Zach. iiij. Ipſi fuerūt filij olei ſplēdoris. q̄
aſſiſtūt dn̄atori vniuerſe terre. Sed heu ꝓch dolor chariſſi
mi vbi ſunt hodie in eccl'ia filij q̄ ſtudeāt ſuis parētibus. i.
xp̄o ⁊ ſuis bonis p̄deceſſoribꝰ aſſimilari: ⁊ ipſoꝝ virtutes
⁊ gratias imitari. Videamꝰ ꝓ deo q̄s prelatus imitat̄ ſu
os p̄deceſſoribus vel melior eſt in regimine? quis clericus
imitat̄ ſuos bonos ſupiores: q̄s religioſus imitat̄ primos
ſui ordinis fundatores? Reuera nulli: qꝛ ꝓcerto mores fi
lioꝝ eccleſie taliter a p̄mis ſuis parētibꝰ ⁊ p̄deceſſoribꝰ di
uerſificant̄. ꝙ eccl'iaſtici moderni nunq̄ taliū patrū veſti
gia ſequi vident̄. Vn̄ recte videt̄ ꝙ nos nō ſimus veri fi
lij dei vel ſanctoꝝ: immo videmur eſſe ſpurij vel baſtardi
Cōſtat. n. ꝙ mlt'e ſunt mr̄es q̄ nō a ſuis maritis ſ ab adul
teris ꝯcipiūt. Et ideo taliū filij n ō viris ipſoꝝ ſ adulteri ſi
miles ſunt. vn̄ etiā inter bruta reperimꝰ ꝙ q̄nq̄ viſa ē mu
lier ſerpētem pepiſſe. Equa etiā in exercitu xerſis reǵ iꝫ cō
perta eſt vulpē ꝑturiſſe ſm̄ Oroſium. Scd̄m etiā natura
les. leena adulterās cū pardo leopardū generat. q̄ a gene
roſitate leonis multū deuiat ⁊ diſcordat. Sic igit̄ fit ꝙ ta
les mr̄es filios diſſil'es viris ſuis generāt eo ꝙ de adulteri
nō de viris ꝓprijs ipſos habent. Sic reuera chariſſimi mr̄
nr̄a. ſ. eccl'ia vl'is. q̄. ſ. vnico ⁊ vero ſpōſo. ſ. xp̄o extitit deſpō
ſata: ⁊ etiā religiōes ⁊ eccl'ie ꝑticulares iam vident̄ ꝓprios
viros. ſ. xp̄m ⁊ ſanctos p̄deceſſores ⁊ fundatores ſperne
re: ⁊ adulteros ſcꝫ mundū. ſanguinē. carnē ⁊ dyabolū elige
re. ⁊ ſic filios degeneres ⁊ p̄dictis maritis diſſil'es a talibus
adulteris generare. Et inde ē ꝙ iſte mr̄es q̄nq̄ pariūt vul
pes. i. hoīes malicioſos. q̄nq̄ ſerpētes ꝑ auariciā: q̄nq̄ leo
pardos ꝑ ſupbiaꝫ. Iſti. n. filij nūc ꝑ carnalē affectiōeꝫ: nūc
ꝑ fraudē ⁊ ypocriticā fictionē: nūc ꝑ ſymoniacā muneruꝫ
acceptionē i eccl'ia ꝯcipiunt̄: q̄propter diſſil'es ſuis bonis
p̄deceſſoribꝰ eē cōprobant̄. Et ſi vis exēplifica quō moder
ni religioſi ſunt diſſil'es p̄decedētibꝰ: ⁊ in habitu: ⁊ in geſtu
⁊ in ſciētia ⁊ ꝯſcia Dan̄. vij. Diſſimilis erat ceteris beſtijs
quā viderā ante eā. Et ſi querit̄ q̄re. ꝓcerto pōt rn̄deri: qꝛ
de adulterio ſunt ꝓducti. Et ideo ſicut leo vxorē adulterā
dr̄ lacerare. Sic vere xp̄s hodie videt̄ eccl'iam tribulationi
bus infeſtare. Vn̄ ꝓprie inuehit̄ ꝯ eccl'iam Oſee. ij. vbi dr̄
in ꝑſona dn̄i tales filios alloquentē. Indicate inq̄t matrē
vr̄am. indicate q̄m ipſa nō eſt vxor mea ⁊ ego nō vir ſuus.
auferat fornicationes ſuas a facie mea et adulteria ſua de
medio vberū ſuoꝝ. ne forte expoliē eā nudā: ⁊ ſtatuā eam

ſm̄ diem natiuitatis ſue ⁊ interficiā eā. ſui ⁊ filioꝝ eius nō
miſerebor: q̄m filij fornicationū ſunt; qꝛ fornicata ē mr̄ eo
rū. Sic ꝓculdubio videt̄ hodie poſſe loq̄ dn̄s eccl'ie mo
derne. Ipſa eīm iaꝫ nō videt̄ eſſe vxor ſua: nec ipē etiā ſpō
ſus ſuus: ⁊ h̄ qꝛ plures fornicationes vicioꝝ cōmiſit. ex q̄
bus malos ⁊ adulteros filios. i. inſufficiētes ⁊ illicite ꝓmo
tos in ſuis viſceribus ꝯcepit: q̄propter ipſam iā admonet
ꝙ tales fornicatiōes ſuas. i. iniuſtas ⁊ carnales ꝓmotiōes
⁊ alioꝝ criminū ꝓmotōes a facie ſua auferat. Alioq̄n ipāꝫ
minat̄ tanq̄ adulterā punire. ipſamq̄ iā nitit̄ nudā v̄tuti
bus ⁊ etiā bonis tp̄alibus dimittere: ⁊ eā gl'ia quā hactenꝰ
habuit ſpoliare. ipām etiaꝫ videt̄ ad ſtatū natiuitat' ſue. i.
ad pauptatē quā antiq̄tus habuit velle reducē: ⁊ eā ſiti in
opie vel auaricie infeſtare: ⁊ filioꝝ adulteroꝝ. i. malorum
ſubditoꝝ ⁊ clericoꝝ nō miſereri: ſed eos potiꝰ enecare. Et
gnū qd̕ erit oīm populo:q2 natus ē hodie ſaluator mundi.
Itē gaudēt de mentis reparatiōe Luce.xv. Epulari au
tem ⁊ gaudere oportebat.q2 frater tuꝰ ſcꝫ hō interior mor
tuus fuerat ⁊ reuixit. Item gaudēt de vtutum acq̄ſitio
ne Eſa.lxj. Gaudēs gaudebo in dn̄o:q2 induit me indumē
to ſalutis. Item gaudēt de finali ſaluatione Matth.v.
Gaudete in illo die qm̄ merces vr̃a multa eſt in celis. Et
Phyl.iiij. Gaudete dico in dn̄o ſemꝑ:iterū dico gaudete.
Sic igit̃ gaudet vir ꝑ grãm illuminatꝰ. Videntes inq̄t ſtel
lam gauiſi ſunt.j.Reg.vj. Viderūt archam ⁊ gauiſi ſunt.
Iſtud ē igitur primū gaudiū iuſtoꝝ qn̄ vident ꝙ ꝑ gratiā
ſunt liberati. Deniq̃ꝫ dico ꝙ iuſti gaudēt:q2 per fidē ſūt
hoſpitati. Intrātes inq̄t domū. Sicut em̄ peregrino deui
ato ⁊ in ꝑiculo hoſtiū cōſtituto.magnū gaudiū eſt qn̄ pōt
domū intrare ⁊ a periculis hoſtiū ſe ſeruare. Sic ꝓculdu
bio iuſti gaudēt:q2 vident ꝙ domū eccleſie ꝑ fidem intra
uerūt extra quā nō eſt ſalus.⁊ extra quā quicūq̃ꝫ latronibꝰ
infernalibꝰ eſt ſubiectꝰ. Sicut em̄ mēbꝝ gaudet ſe eſſe cō
iūctum corpi.ſūme vero dolet ſi ab eo diuidat̃. Sic ꝑcer
to iuſtus gaudet ſe copi xp̄i myſtico eſſe ꝯiūctū ꝑ fidem.⁊
ſumme debet triſtari ſi ab eo ſeparet̃ ꝑ culpam.q2 ſicut o
uis q̄ extra domū in ſero remanet a lupis deuorat̃.ꝑegri
nus q̄ extra ciuitatē in nocte remanet a latronibꝰ ſpoliat̃.
obſes ſi extra exiuerit ab hoſtibus iugulat̃. Sic illi q̄ extra
domū caſtrū et ciuitatē eccleſie ſunt ꝑ infidelitatē.hoſtibꝰ
latronibꝰ ⁊ lupis infernalibꝰ exponūtur.⁊ ab eis ꝑ multa
vicia deuorātur. Bonū eſt igit̃ eſſe intra domū. Vn̄ Ma
thei.xxv. Intra in gaudiū dn̄i tui. Qd̕ tamē eſt contra mi
ſeros infideles q̄ magis gaudēt de ſua infidelitate q̄ꝫ nos
facimus de nr̃a crudelitate. Similes em̄ ſunt cygno q̄ eſt
auis fluuialis.q̄ tūc dicit̃ cantare ⁊ gaudere qn̄ debet mo
ri. Siles etiā ſunt delphinis ⁊ ſyrenis ⁊ multis generibꝰ pi
ſcium q̄ tūc dicūtur in mari gaudere ⁊ ſaltare qn̄ tēpeſtas
debet inſurgere ⁊ venire. Tales ꝓculdubio ſunt infideles
⁊ vt cōiter oēs peccatores.q2 vere iſti gaudēt.ſaltant.tripu
diant ⁊ letātur in mari mūdane ꝓſperitatis.vel in mari.i.
in amaritudine peccati.cū tamē ex tali ſuo gaudio ſequat̃
tēpeſtas ⁊ mors dānationis eterne.vn̄ de iſtis dr̃ Iob.xxj
Gaudēt inq̄t ad ſonitū organi:ducūt in bonis dies ſuos.
⁊ in pūcto ad inferna deſcēdūt. Non ſic chariſſimi nō:ſed
gaudeamꝰ intrare domū eccleſie.⁊ ibi ꝑ fidem ⁊ grãm ma
nere. Iuxta illud.j.Mach.xiiij. Gauiſi ſumus in introitu.
Quia vere chariſſimi ſūmū gaudiū iuſtoꝝ eſt qn̄ vident ꝙ ꝑ
fidem ſunt hoſpitati. Intrātes inq̄t domū. Inſuꝑ dico
ꝙ iuſti tūc potiſſime gaudēt qn̄ ꝑ gloriaꝫ ſunt ſaturati ſeu
quietati.qd̕ oſtendit̃ cū dr̃. Inuenerūt. Sicut em̄ ceruus
ſūme gaudet qn̄ poſt multam ſitim iuenit fontē.canis tūc
gaudet ⁊ ſaltat qn̄ poſt multū curſum iuenit predā.labo
rās tūc gaudet ſūme ⁊ exultat qn̄ poſt laborē inuenit q̄etē.
ſic vere ſancti tūc tp̄is ſūme letātur ⁊ gaudēt.qn̄ poſt mundi
labores ⁊ dolores.poſt ſitim.famē.penuriā ⁊ miſeriā.fon
tem ꝑdam ⁊ q̄eteꝫ inuenīūt glorie paradiſi. Tūc em̄ recre
antur ⁊ ſatiātur.tūc q̄etātur ⁊ ꝯſolātur.tūc letātur ⁊ dele
ctātur. Vn̄ de gaudio iſtius inuētionis dr̃ Luc.xv. Cōgra
tulamini mihi.q2 inueni dragmā meā. Et Matth.xiij. O2
ſimile ē regnū celoꝝ theſauro abſcōdito in agro:quē q̄ in
uenit hō abſcondit:⁊ pre gaudio illius vadit ⁊c. Tale gau
diū chariſſimi nō eſt in hoc mūdo ſ; in gloria.q2 vere mū
di gaudia nō ſunt in inuētione:ſ; in cōtinua querēdi inue
ſtigatione.cum em̄ vnū habet̃:aliud ſꝑ querit̃ ⁊ ambitur.
nūq̃ꝫ em̄ ibi eſt ꝑfecta inuentio.imo q̄dam cōtinuꝰ labor ⁊
inueſtigatio. In ꝑadiſo vō ē contrariū.q2 ibi ꝑfectiſſime i
uenitur qd̕ diu in hoc mūdo q̄rebatur. Et ideo epulari et
gaudere oportebat.quia frater tuꝰ ſcꝫ paradiſus perierat

ſcꝫ q̄ꝫtum ad te ⁊ inuētus ē Luc.xv. Vnde iſti dicunt illud
Trenoꝝ.ij. Hec ne eſt vrbs ꝑfecti decoris.gaudiū vniuer
ſe terre. Seq̄tur. En hec ē dies quā expectabamus.inueni
mus ⁊ vidimus. Et illud ꝑdictū Eſa.lj. Gaudiū ⁊ leticia i
uenietur in ea.grãrūactio ⁊ vox laudis. Gaudēt igitur iu
ſti qn̄ ſunt ꝑ gloriā quietati. Inuenerūt. Rurſum dico
ꝙ ſancti gaudēt.q2 ſunt optime ſociati:qd̕ oſtendit̃ cū dici
tur. Cū ipſi habēt pueꝝ cum Maria matre eius. Gaudio
ſum em̄ eſt habere gratā ⁊ mūdam ſocietatē. Nulla vō ſo
cietas pōt eſſe gratioſior q̄ꝫ ſocietas iuuenū ⁊ puellarum.
Et ideo iſti mō ſunt in grata ſocietate.q2 ſcꝫ ibi eſt puer et
puella.i.xp̄s ⁊ Maria mr̃ eius. O q̄ꝫ grata ⁊ grõſa talis ſo
cietas.eſſe ſcꝫ cū tali puero ⁊ cuꝫ tali puella.⁊ vere ē iſtud
gaudioſum ⁊ delectabile. Simie em̄ magis gaudēt cū pue
ris ludere ⁊ cum pueris ⁊ puulis eſſe. Nota mirabile ele
phantes etiā in cantu puellaꝝ delectātur.⁊ ad eas lambē
dum ⁊ oſculādū quodā naturali inſtinctu inclināt̃. Quid
dicā de vnicorni q̄ puelle vgini ſe reddit ⁊ ſubiugat.⁊ oīm
feritate depoſita virginis gremio ſe reclinat. De q̄dam eti
am delphino legi.ꝙ quendā pueꝝ ſolitum in mare natare
ſūme diligebat.⁊ cum eo ludere ⁊ ſolaciari gaudebat.q̄re
cum quadā die puer ita in remotis maris ludēdo cum be
lua enataſſet.deficiēs viribus mortuꝰ eſt.belua vō de pue
ro dolens.ip̄m ad littus eduxit.⁊ extra mare exiens p̄ ni
mio dolore mortua ē. Mater vō que ex auditu hubuerat.
ꝙ in mari erat q̄dam delphinus q̄ cum eo ludebat.ꝑpen
dit ex rei euentu ꝙ iſte erat piſcis q̄ cum puero ludebat.le
tabat̃.vt recitant Plinīꝰ ⁊ Solinus. Ecce igit̃ ſi ē gaudio
ſum brutis ⁊ aīalibus cū pueris ⁊ puellis habitare.q̄ꝫto
magis ſancti in patria gaudent eſſe cū illo puero ⁊ puella:
qui nūq̃ꝫ aliquā peccati maculā cōtraxerūt. Iſti em̄ qui in
mūdo iſto fleuerūt cum flentibꝰ.gaudent mō cum gaudē
tibus Roꝫ.xij. Et breuiter de gaudio illius ciuitatis et illi
us ſocietatis pōt dici illud Actuū.viij. Factū eſt gaudiuꝫ
magnū in illa ciuitate. Et de iſta ſocietate pōt dici illd̕ Act
j. Erant oēs ꝑſeuerātes cū mulieribꝰ ⁊ Maria mr̃e eius.
Iſta ē igitur ſocietas ꝑfecti gaudij.vbi ſcꝫ q̄libet ē in ꝑ
petua q̄ete.in eterna ſocietate.in ꝑfecta felicitate.vbi ſciꝫ
nullus ē qui inſidiet̃.nullus ē qui cōtrariet̃.nullus ē qui
malū faciat.nullus ē qui malū ſentiat.nullus ē qui bonuꝫ
neſciat. Vbi ē claritas ſine obſcuritate.leuitas ſine tardita
te.ſubtilitas ſine ruditate.impaſſibilitas ſine mortalitate.
Et breuiter de iſto gaudio dr̃ Eſa.lj. Venient in ſyon laudā
tes ⁊ leticia ſempiterna ſuꝑ capita eoꝝ.gaudiū ⁊ exultati
onem tenebūt.⁊ fugiet dolor ⁊ gemitꝰ.quia ego ip̄e conſo
labor eos dicit dominus. Gaudent igitur ſancti in patria.

De periculoꝝ euaſione.
De beatorū adiūctione.
De diuinitatis ꝯtēplatione.
De victorie conſecutione.
De ꝑfectiſſima repletione.

Gaudēt igitur de periculi
euaſione.q2 ſcꝫ oīs diſci
plina in p̄ſenti nō videtur
eſſe gaudij ſ; meroris Hebreo.xij. Sed tūc oīs me
ror p̄teritus in gaudium cōuertet̃. Ioh.xvj. Triſticia vr̃a
vertetur in gaudiū. Gaudent etiam de leta ⁊ ſancta ſocia
tione.q2 ſcꝫ ibi eſt ſocietas gaudioſiſſima.ſcꝫ dei.ſanctoꝝ.
angeloꝝ.iij.Reg.j. Dixit oīs populꝰ viuat rex ſalomon
⁊ aſcendit vniuerſa multitudo poſt cū populus canētium
tybiīs ⁊ letātium gaudio magno. Gaudent inſuꝑ de dita
tis viſiōe ⁊ contēplatiōe. Ps. Letificabis eos i gaudio cū
vultu tuo. Et Iohānis.xx.ca. Gauiſi ſūt diſcipuli viſo do
mino. Gaudent vlterius de victorioſa triūphatione Eſaie
lxj. Darem eis coronam pro cinere.⁊ oleum gaudij ꝓ lu
ctu. Gaudent vero ſuꝑ oīa de oīs plenitudinis adeptī
one. Ioh.xvj. Petite ⁊ accipietis vt gaudiū veſtrum ple
num ſit. Sūme autē gaudent de ſui gaudij ꝑpetuatione.
quia ſicut dicit̃ Iohānis.xvj. Videbo vos ⁊ gaudebit cor
veſtrū.⁊ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Sic igit̃ patꝫ
fratres chariſſimi quadruplex gaudiū bonoꝝ.ſcꝫ gaudiuꝫ
in patria duplex.⁊ duplex in via.quia ſcilicet in patria gau
dent de amabili ſocietate.quia ſunt cum puero et Maria
matre eius. Item de notabili vtilitate.quia ſcꝫ ꝙ i mū
do queſierant iam inuenerūt. In via vero gauiſi fuerāt de
ſtatus fidei ſecuritate.quia intrauerūt domum. De lucis
gratie ſinceritate.quia ſcilicet ip̄i fuerūt videntes ſtellam.
Bene igitur dictum eſt ꝙ videntes ſtellam gauiſi ſunt ⁊c.

intrantes domū inuenerūt puerū cū Maria matre eius.

Secūdo dico.ꝙ eſt gaudium externū ⁊ damnabile. Et iſtud eſt leticia coꝛum qui in hoc mundo plus gaudent in cecitate q̃ in claritate.in peccato q̃ in merito.in culpa q̃ gratia.in bonis tēpoꝛalibus q̃ in ſpiritualibus.Iſti ſūt ſimiles latronibus qui plus gaudent de nocte q̃ de die.Et hoc quia de nocte furantur ⁊ capiūt alienum.Sūt etiā ſimiles bubonibus qui in obſcuritate luminis lune letātur. ⁊ in claritate luminis ſolis triſtantur.Sūt etiā ſimiles bufonibus q̄ de nocte ſolent diſcurrere ⁊ gaudere.de die vero ſolent toꝛpeſcere ⁊ in abſcōditis ſe celare. Sic chariſſimi procerto mūdi peccatoꝛes qui proculdubio poſſunt dici latrones.alienū appetentes per auariciam.bubones aues immūde per luxuriam.bufones aues inflate per ſupbiam.non gaudent eſſe in lumine gratie:ſed magis in nocte ⁊ obſcuritate peccati.Unde de malo gaudio talium loquitur ſcriptura Eſa.xxij.Uocauit dñs ad fletū ⁊ ad plāctum.ad caluicium ⁊ ad cingulū ſacci.⁊ ecce gaudiū ⁊ leticia occidere vitulos:iugulare arietes:comedere carnes et bibere vinū.Dñs enim in mūdo iſto vocauit nos ad penitentiam.iſti vero ſe exercent ad magnam leticiā. Unde in iſta auctoꝛitate ponitur quadruplex mala maloꝝ leticia. ſcꝫ leticia ſuperboꝝ ⁊ nobiliū.leticia auaroꝝ ⁊ crudelium leticia detractoꝝ.leticia guloſoꝝ. Leticia ſuperboꝝ et nobiliū eſt occidere vitulos.i.impugnare alios ſuperbos ⁊ contra ipos luctari ⁊ debellare.Sicut patet de fatuis nobilibus qui nō gaudēt niſi eſſe in tyrocinijs ⁊ in guerris.ſicut dicit Prouerbio.xv.Stulticia gaudiū ſtulto. Etiam leticia auaroꝝ ⁊ crudeliū.Iſti enī non gaudent niſi iugulare arietes.i.diſſipare ⁊ exheredare ſimplices ⁊ imbecilles.Unde Eſa.xxxij.Gaudiū onagroꝝ paſcua gregū

Adhuc ē leticia detractoꝝ.Iſti enī ſūme gaudēt comedere carnes.i.aliene vite detrahere.iuxͣ illō Hier.xix.Unuſquiſqꝫ carnes amici ſui comedet.Unde tales dicere poſſunt illud Eccl'iaſtes.viij.Deprehēdi nihil eſſe melius q̃ comedere.bibere ⁊ gaudere. Eſt deniqꝫ leticia guloſoꝝ. Iſti enī ſumme gaudent bibere vinū.i.in comeſſationibꝰ ⁊ ebrietatibus delectari.Unde bene audierūt conſiliū illud Eccleſiaſtes.ix.Bibe cū gaudio vinū tuū.Et ſic patꝫ quadruplex malū gaudiū.ſcꝫ gaudiū ſuperboꝝ.gaudiū auaroꝝ. gaudiū detractoꝝ.⁊ gaudiū guloſoꝝ.Iſti igitur magis gaudent de obſcuritate peccati q̃ de claritate gratie.Et tamen iſti deberent aduertere.ꝙ ex talibus malis gaudijs ſequit triſticia ſempiterna.Sicut enī dicit Prouerbio.xiiij. Riſus doloꝛe miſcebit.et extrema gaudij luctus occupat qꝛ ſcilicet gaudia maloꝝ ſunt defectiua ⁊ ſui in doloꝛem ⁊ amaritudinē cōuerſiua Eſa.xxiiij.Ceſſauit gaudiū tympanoꝝ.quieuit ſonitus letantiū.conticuit dulcedo cythare.cum cantico nō bibent vinū.amara erit potio bibentibus illam.Et ideo finaliter de tali gaudio dicit Eſa.xxiiij. Tranſlatum eſt gaudiū terre.Et Trenoꝝ.v.Defecit gaudiū coꝛdis noſtri:verſus eſt in luctū choꝛus noſter.cecidit coꝛona de capite noſtro.ve nobis qꝛ peccauimus, Et breuiter hō dicit Iob.xx.Quod gaudiū hipocrite ad inſtar puncti ⁊c.Non ſic chariſſimi:nō gaudeamꝰ in criminibus:ſed in virtutibꝰ.nō in iniquitate:ſed in bonitate.nō in malicia ſed in iuſticia.nō in peccati obſcuritate:ſed in gratie claritate. Tercio eſſet dicendū de gaudio eterno:ſed de illo dictū eſt in hoc titulo in.§.Inſuper dico.⁊ in.§.Rurſum dico.⁊ hoc ꝑpter auctoꝛitatis proſecutionē.ideo illic eſt regrediendū.Et hec de gaudio ſufficiant.

Gaza. Ciuitas phyliſtinoꝛum interpretatur robuſta ſeu foꝛtitudo eius.

Gazophylaciū. Nota.ꝙ gazophylaciū erat veſtibulū.atriū ſeu deambulatoꝛiū ſeu veſtiariū in domo regia ⁊ in templo.

Ehenna. accipitur pro pena eterna.Et interpretatur vallis triſticie: ſeu de valle ſunt ⁊c.

Gelu. Pauce ſunt auctoꝛitates:ideo omitto.Uide de frigoꝛe.glacie ⁊ ſimilibꝰ.Signat enī tribulationem tempoꝛalē vel eternam.

Gelboe. Nomen eſt montiū:vbi ſaul et filij ſui ceciderūt.Et interptat aceruꝰ per antifraſim.Unde dauid dicebat.ij.Regum.j.Montes gelboe nec ros nec pluuia veniant ſup vos ⁊c.

Gemma. Lapis precioſus ſignat merita vl' virtutes:ſed omitto cauſa breuitatis.

Gemere.gemitus. Nota.ꝙ gemitus eſt q̄daꝫ motꝰ mētis qui ex aliquo doloꝛe ſeu triſticia generat.cū alicuius ſigni exterioꝛis emiſſione ⁊ oſtēſione.Et ideo qꝛ homo poteſt dolere de bono et de malo.idcirco poſſumꝰ diſtinguere multiplicem gemitum. Eſt enim gemitus.

Afflictoꝝ et indigentiū.
Cōtritoꝝ et penitentiū.
Perfectoꝝ ⁊ meditantiū.
Damnatoꝝ ⁊ deſperantiū.

Gemūt enī afflicti de preſentis pene impoſitione.Unde iſti ſunt ſicut aſinus q̄ gemit qn̄ verberat et qn̄ pondere pregūat Exodi.ij.Ingemiſcentes filij iſrael propter opera vociferati ſunt.Unde dicit Eſaie.lix.Rugiemus quaſi vrſi:⁊ quaſi colūbe meditantes gememꝰ.Unde de tyrannis qui ſunt cauſa iſtoꝝ gemituū dicit Iob.xxiiij.De ciuitatibus fecerūt viros gemere:⁊ anime vulneratoꝝ clamabant.et tamen deus tales gemitꝰ ſolet audire ⁊ attendere et gemētes ⁊ miſeros liberare.pſ.Propter miſeriam inopum ⁊ gemitū pauperū nūc exurgam dicit dñs. Item gemūt contriti de tranſactu culpe cōmiſſione.Unde iſti ſūt ſicut turtur que pro cantu gemitū reddit:et amiſſo compare dolet.Quia vere penitentes quando vident ꝙ propter peccata ſuum comparem:id eſt chꝛiſtum perdiderūt:nunq̃ debent letari vel gaudere.ſed per contritionem gemere et ploꝛare:dicētes cū dauid.Lauabo per ſingulas noctes lectum meū:lachꝛymis meis ſtratum meū rigabo. Talis autem gemitꝰ contritionis

Carnis laſciuiā ſolet domare.
Coꝛdis leticiam ſolet frenare.
Dei demētiam ſolet oꝛare.
Diuinam gratiam ſolet captare.
Culpe nequiciam ſolet vitare.

Domat dico contritionis gemitꝰ carnis laſciuiam Ezech.xxj.Ingemiſce in contritione lūboꝝ.in amaritudinibꝰ ingemiſces coꝛam eis. Frenat etiam iſte gemitꝰ coꝛdis leticiam Eſaie.xxiiij.Ingemuerūt qui letabant coꝛde ceſſauit gaudiū tympanoꝝ. Oꝛat etiam talis gemitꝰ dei demētiā Thobie.iij.Ingemuit thobias ⁊ oꝛare cepit dñm.Et Danielis.xiij.dicitur.Quod ingemuit ſuſanna ⁊ ait.Anguſtie ſūt mihi vndiqꝫ.Captat etiam dei beniuolētiam Exodi.ij.Audiui gemitū filioꝛum iſrael.Uitat etiam talis gemitꝰ culpe nequiciam.qꝛ ſcꝫ cōuertit animā a peccato Trenoꝝ.j. Ipſa aūt gemēs cōuerſa eſt retroꝛſum.Et ideo etiam ſperandum eſt ꝙ iſte gemitus auferat ⁊ tollat oēm anguſtiā.qꝛ ſicut dr̄ Ezech.ix.Soli frōtes viroꝝ dolētiū et gemētiū fuerūt ſignati:⁊ a ꝑcuſſione angeli liberati Exod.ij.dicit.Quod dñs audiuit gemitū filioꝝ iſrael ⁊ liberauit eos.Merito igit gemūt contriti de tranſacte culpe cōmiſſione. Item gemūt perfecti de celeſtis patrie dilatione.Unde iſti ſunt ſicut cygnus que eſt auis albiſſima.que in fluminibꝰ cōuerſatur.que ſp ſolet gemere ⁊ nunq̃ ſolet cantare:niſi ſolum quādo debet moꝛi vel vitam finire.Quia procerto viri perfecti q̄ in fluminibꝰ deuotionis verſant.et q̄ candoꝛe caſtitat veſtiūtur.pro dilatione celeſtis patrie ſemper gemūt.⁊ ſolū quādo moꝛs eis inſtat.qn̄ ſperant ſe cito ad patrem tranſire. gaudent,tripudiant ⁊ exultant.Unde de gemitu taliū dicitur Trenoꝝ.j.Sacerdotes eius gementes.virgines eius ſqualide.⁊ ipa oppreſſa amaritudine.Iſte ē gemitꝰ amaroſus quē habet anima deſiderio videndi ſponſuꝫ. Unde Rom̄.viij.Ipſi intra nos gemimꝰ adoptionē filioꝝ expectantes.Et.ij.Coꝛ.v.In hoc ingemiſcimꝰ habitationem noſtrā que ex celo eſt ſupindui cupientes. Item gemūt damnati pro eterne pene oppreſſiōe.Unde Iob.xxvj.Gigantes gemūt ſub aquis q̄ habitant cū eis.Et Sap̄.v.Uidentes turbabūtur timoꝛe hoꝛribili.dicentes intra ſe penitentiā agentes ⁊ pre anguſtia ſpūs gementes. Unde iſti ſunt pꝛopꝛie ſicut vrſus q̄ de nouo captus in nemoꝛe.⁊ in cathenis ferreis ligatꝰ:incipit gemere ⁊ rugire.⁊ pre deſperatione cadere.rodere ⁊ moꝛdere.Quia procerto damnati qn̄ de nemoꝛe huiꝰ mūdi educūtur ⁊ i cathenis infernalibus aſtringūtur.tūc pre deſperatione habent neceſſario gemere:⁊ rugitum ⁊ lamentū facere ⁊ ducere.Unde iſti dicūt illud pſ.Afflictus ſum ⁊ hūiliatus ſum nimis:rugiebā

a gemitu cordis mei. Sic igiť patet quō a diuerſis diuerſi
mode gemiť. ⁊ quō diuerſi gemit⁹ ad diuerſos tendunt. O-
mitto cauſa breuitatis. Uide ſupra de deſiderio. ⁊ de dolore
et de fletu. ⁊ infra de ſuſpirio.

Generare. gignere.

Nota ꝙ illi ſpi-
ritualiter gene-
ranť. q de bonis mali: vel de malis boni efficiūtur. Genera-
re eñ ſpūaliter loquēdo nihil aliud eſt ꝙ̄ quedā ꝯuerſio.
mutatio ⁊ ſpūalis formatio vel creatio. vel etiā quedā ad
aliquē ſtatum ꝓmotio vel introductio. Pōt ergo accipi in
bono ⁊ in malo. In bono ergo accipiť quādo a deo vel
a p̄dicatore vel a prelato aliq̄ ad bonū ꝯuertūtur. Deus
eñ generat per bonā inſpirationē. predicator p̱ bonam in-
formationē. prelatus vero p̱ bonā caſtigationeꝫ. Generat
dico deus interi⁹ inſpirando. Et de hoc diciť Job. xxxviij.
Quis eſt pluuie pater. aut q̇s genuit ſtillas roris? De cu-
ius vtero egreſſa eſt glacies. ⁊ gelu de celo q̇s genuit? Pec-
catores eñ dicūtur glacies rōne fragilitatis. Dicūtur gelu
rōne indeuotionis ⁊ ſpūalis frigiditatis. q̇ tamē ros ⁊ plu-
uia ad irrigandū alios efficiūtur. qñ a deo p̱ inſpirationem
generanť ⁊ ꝯuertūtur. Sicut apparuit in btō paulo q̇ p̱
diuinā generationē de gelu ⁊ glacie: fact⁹ eſt ros ⁊ pluuia.
Itē generat p̄dicator exterius informādo. ⁊ ſic generabat
beat⁹ paulus illos q̇bus dicebat. j. Cor. iiij. Per euāgeliū
ego vos genui. Ideo p̄cipiť Prouerbi. xxiij. Audi patrem
tuū qui genuit te. Itē generat prelat⁹ per bonā correctio-
nem. ⁊ per bonorꝫ exemplorꝫ dationē ⁊ oſtenſionē. Uñ de
adam diciť Geñ. v. Qr ipē genuit filiū ad imaginē ⁊ ſimili-
tudinē ſuaꝫ. Iſta eſt generatio bona ⁊ virtuoſa. De iſta ḡ
bona generatiōe ⁊ ꝯuerſatione poſſum⁹ dicere illud. j. Pe-
tri. ij. Quaſi modo geniti infantes lac cōcupiſcite. Sed
adhuc dico. ꝙ eſt alia generatio mala ⁊ vicioſa. Et iſta eſt
generatio qua homies mali efficiūtur. Et ſic generātur q̇-
dam a dyabolo per ſuggeſtionē ſupbie. Quidā a carne p̱
infectionē luxurie. Quidā a mūdo p̱ inflāmationem aua-
ricie. Unde de iſtis malis generatiōibus, dr̄ Oſee. v. Pre-
uaricati ſunt qr filios alienos genuerūt. Et ideo breuiť de
iſta generatione bona ⁊ mala diciť illud p̄allegatum Job
xxxviij. Quis eſt pluuie pater? Uide eā ſupra. In q̇b⁹ ver-
bis aduerte. ꝙ ſicut in aere diuerſe ⁊ contrarie ſūt impꝛ̄ſſio-
nes alie bone alie male. Sic etiam in cordib⁹ humanis ge-
neranť alique paſſiones ⁊ conditiōes. Quedā bone ⁊ vir-
tuoſe. Quedā vero male ⁊ ꝑnicioſe ſiue vicioſe. Dicamus
ergo ꝙ in aliq̇bus generať fecūditas compaſſiōis. Iſta ē
generatio pluuie. Quis eſt inq̇t pluuie pater? Humiditas
deuotionis. Iſta eſt generatio roris. Aut q̇s inquit genuit
ſtillas roris? Conſideratio ſue fragilitatis. Iſta ē genera-
tio glaciei. De cui⁹ vtero inq̇t egreſſa ē glacies? Cōſidera-
tio ſue labilitatꝪ. Iſta ē gelu. Et gelu inq̇t quis genuit? Ge-
neretur ḡ in nobis compaſſio ꝓximi adiutiua ſeu fecūdati-
ua. Pluuie inq̇t. Deuotio tentationū refrigeratiua. roris i-
quit. Diſcretio noſtri cognitiua. Glacies inquit. Turbatio
nr̄i cōſtrictiua. Gelu inq̇t. Primo ḡ dico. ꝙ in nobis de-
bet generari cōpaſſio fecūdatiua. Pluuie inq̇t. Sicut eñ
pluuia generať qñ virtute caloris vapores humidi ꝯgre-
gati in corpus nubis diſſoluūtur ⁊ fluere compellūť. Sic
vere qñ calor diuine gratie diſſoluit hominē per compaſſi-
onem. tūc vapores ſui cōgregati. i. bona ſua tēporalia que
ad modū vaporis fragilia ⁊ faciliter ſūt euaporabilia. con-
uertūtur in pluuiam p̱ elemoſynarꝫ largitionē. ex qua qui-
dem alij irriganť ⁊ inūdātur p̱ beneficiū ⁊ ſubuentionē.
Unde Eccli. xxxv. in fi. Spēoſa miſcdia dei in tp̄e tribula-
tionis: q̄ſi nubes pluuie in tp̄e ſiccitatis. Sed prochdolor
multi ſunt in q̄rꝫ cordibus iſta pluuia non generať. Sicut
eñ qñ calidi ſicci ⁊ fumidi vapores ſurſum a terra exalāt.
et in nubiū ſinu inuoluūtur: nō ſolent pluuiaꝫ generare. ſꝫ
fulgura ⁊ tēpeſtates. Sic qr multi pleni ſunt calore ⁊ ardo-
re. cupiditate ⁊ ſiccitate. indeuotionis ⁊ ſpūalis ariditatis
in talibus nō ſolet pluuia pietatis generari: ſꝫ fulgur rapi-
ne ⁊ crudelitatis. tēpeſtas exactionis ⁊ aduerſitatis in eis
generať. q̇bus vicini affligūtur ⁊ diuerſimode cruciantur
Uñ in pš. Poſuit pluuias eorꝫ grandinē: ignem comburē-
tem in terra eorꝫ. Nō ſic chariſſimi nō: ſꝫ genereť in nobis
compaſſio roꝛificatiua. Scd̄o dico. ꝙ in nobis debet ge-
nerari deuotio refrigeratiua. Stillas inq̇t roris. Ros eñ
qui de celo venit ⁊ q de nocte occulte deſcendit: ⁊ q̇ ardo-
rem aeris refrigerat atqꝫ tollit. ⁊ ſiccitatē herbarꝫ teperat.
⁊ eas vegetat atqꝫ nutrit. ſignificat virtutē deuotionis q̄ de
ſurſum a deo principaliter immittiť, ⁊ a qua ardor tentati-
onū refrigerat ⁊ teperať. ⁊ per quā hō ſpūaliter vegetať ⁊
nutriť Eccli. xviij. Ardorē refrigerabit ros. De talis roris
generatiōe diciť Nūeri. xj. Cū deſcenderet ſup̱ caſtra ros:
deſcēdebat pariť ⁊ māna. Māna eñ ſignificat grāꝫ: q̇ tūc
tp̄is ſup̱ hoiem abūdāti⁹ deſcēdit. qñ ros deuotiōis ipam
p̄cedit. Sed vere multi ſūt ſicut montes gelboe: q̇ fuerunt
a deo maledicti. Ideo in eis null⁹ ros potuit generari. Iu-
xta illud. ij. Regū. j. Montes gelboe nec ros nec pluuia ca-
dat ſup̱ vos. Sic vere multi ſūt ita a deo maledicti: ꝙ nec
ros deuotionis. nec pluuia cōpaſſionis deſcēdere poteſt ſu-
per eos. Tercio dico. ꝙ in nobis generari debet diſcre-
tio nr̄i cognitiua. qr ſcꝫ ibi debet eſſe glacies. Glacies. n. dū
eſt integra lucet ⁊ eſt pulcra. modico tñ calore ſoluiť. mo-
dico ictu frangiť. ⁊ in lutū finaliter ꝯuertiť ⁊ mutať. Sic
nr̄a miſera conditio ⁊ mūdana ꝓſperitas ⁊ poſſeſſio: q̄ꝫ-
uis aliqñ ſplendeāt ⁊ luceant. tñ vt cōiter nō diu durant.
facile eñ deficiūt ⁊ annihilanť. ⁊ per mortē vel aduerſita-
tem frangūtur ⁊ diſſipanť. Iſta ḡ glacies. i. nr̄e glacial' fra-
gilitatis cōditio ſeu ꝯſideratio debet in nobis generari: et
a nobis cōtinue meditari. vt ſic de nobis dicať illud Pš.
Ignis grādo nix gla. ſpi. ꝓcel. ⁊c. Per iſtas eñ impꝛ̄ſſiōes
ſpūaliter intellectas. debēt in nobis vel in nr̄is cordibus p̱
cōſiderationē generari ignis. i. ardor infernalis penalitatꝪ.
Itē debet generari grando. i. inuaſio tēp̱alis aduerſitatis.
Nix. i. flexibilitas tp̱alis ꝓſperitatis. Glacies. i. fragilitas
nr̄e naturalis infirmitatis. Iſta ḡ. i. iſtorū ꝯſideratio. debꝫ
in nobis generare. Turbationē nr̄i cōſtrictiuā. i. cōſtrictiō-
nem diuini timoris: q̇ notatur p̱ gelu Quarto igiť dico
ꝙ in nobis debet generari gelu. Gelu eñ oīa exteriora hu-
mida cōſtringit. contrahit ⁊ deſiccat: ⁊ ſignat frigus diuini
timoris. q̇ quādo bñ in nobis generať. oīs humor luxu-
rie cōſtringiť. ⁊ oēs affectiones fluxibiles coartanť. Uñ de
tali gelu conſtrict⁹ fuit Jacob: cū dicebat Geñ. xxxj. Eſtu
vrgebar ⁊ gelu. fugiebatqꝫ ſomn⁹ ab oculis meis. Quia ve
chariſſimi: illi a ſomno mūdane delectatiōis reſtringūtur.
qui eſtu diuini amoris inflāmāť. ⁊ gelu diuini timoris tur-
banť. Unde Job. xxxvij Flante deo ꝯcreſcit gelu: ⁊ rurſū
latiſſime fundūtur aque. Sic igiť ptꝫ quō quadruplex im-
preſſio ſpūalis in nr̄is cordibus generať. Sed qr de iſta ge-
neratiōe morū vel virtutū. parū aut nihil poſſum notabi-
liter cōcordare. idcirco ſup̱ſedeo quo ad p̄ſens. Materia
eñ iſta q̄ntū ad auctoritates valde ſterilis ē. q̄ītū ad exem-
pla mirabiliter fertilis poſſꝫ eſſe. Et iō vide ſupra de titulo
fructificare. ⁊ infra titulo de ſterilitate. ⁊ ſufficit.

Generatio.

Nota. ꝙ generatio eſt oē illud
qđ generať: vel oē illud qđ ſuc-
ceſſione tp̄is variať. Uñ generatio idem eſt qđ ꝓles. ꝓge-
nies. ꝓſapia ſeu parētela. Et ſic accipiť Thob. xiiij. vbi dr̄
Qr ipē vidit q̇rtā generationē ⁊ filios filiorꝫ. Item acci-
pitur generatio ꝓ ipō modo generādi ⁊ ꝓducendi. Et ſic
accipiť Eſa. liij. vbi dr̄ de xp̄i generatione. Generationem
eius q̇s narrauit? Itē accipiť pro q̄libet p̱ticulari ꝓge-
nie ⁊ natione. Uñ Math. xij. Generatio mala ⁊ adultera
ſignū querit. Et in pš. dr̄. Ut cogno. ge. alte. Itē accipiť
pro tēporis ſucceſſiōe: ⁊ ſic accipiť in pš. vbi dr̄. Donec an-
nūciem bra. tu. generatio. oī q̄ ven. eſt. Per generationē
igiť vt cōiter intelligiť cōitas vni⁹ natiōis. Societas vni⁹
cōditiōis. Cōſanguinitas eiuſdē ꝓpagatiōis. Cōformitas
eiuſdē religionis. Et ſic notare poſſum⁹ ꝙ ē duplex gene-
ratio. Una bona. ⁊ alia mala. Una virtuoſa. alia vicioſa.
Una laudabil'. alia dānabilis. De gn̄atiōe igiť bona no-
tare poſſum⁹. ꝙ iſta debet hr̄e tres ꝯditiōes. Debet enim

Debite generari.
Modeſte cōuerſari.
Deuote famulari.

Debet dico debite generari. Gene-
ratio eñ bona dr̄ q̄ de legitimo ma-
trimonio generať. Et ſic p̱ bonā ge-
nerationē poſſunt ſpūaliter intelligi q̇ ſunt in ſancta mr̄e
eccl̄ia iuſte ⁊ licite introducti: illi vicꝫ quos nō introduxit
ambitio. quos nō ꝓcreauit carnis affectio: quos nō ꝓmo-
uit vel exaltauit aliq̄ ſymoniaca mūerꝫ datio vel acceptio

Om̄es eñi q̄ taliter generant̄:generatio adultera ⁊ ſpuria
ſpūaliter appellant̄.eo ſcꝫ ꝙ ex legitimo xp̄i ⁊ eccľie mri-
monio nō naſcūtur.Vñ iſti ſūt ſicut generatio muloꝝ que
habet fieri de parentibus diuerſaꝝ ſpecieꝝ.Qñ eñi aſinꝰ cō
uenit cū vxore equi:tūc generat̄ ibi mulus.qđ eſt aīal ita
frigidū ꝙ nō pōt fructificare vľ generare.Sic ꝓcerto cha
riſſimi:ſymoniaci ex quodā adulterino ꝯcubitu generant̄
Qñ eñi aſinus.i.malus prelatꝰ cōiungit̄ cuꝫ vxore equi.i.
cū aliqua eccľia vel p̄latura.q̄ equi.i.boni p̄lati debuerat
eſſe vxor.tūc proculdubio generāt̄ ibidē muli.i.viri ſymo-
niaci cōtra deū ⁊ rōnem introducti ⁊ ꝓmoti.q̄ reuera ſūt
ita frigidi ꝑ intētionē.ꝙ nō poſſunt fructū ꝓducere ꝑ bo-
nā operationē.Vide ꝓ deo dē ſymoniace ꝓmotis ⁊ gene-
ratis q̄liter in eccľia fructificant:certe peſſime:q² vt cōiter
nec tp̄aliter nec ſpūaliter ꝓſperant̄.Et ideo ſicut dr̄ Ma
thei.xij.Iſti ſūt generatio mala ⁊ adultera q̄ ſignū querit:
ſed ſignū nō dabitur ei niſi ſignū Ione ꝓphete.q̄ ſcꝫ in ma
ri ꝓiectus ē ⁊ deuoratus a cete:q² procerto tales finaliter
in mari.i.in inferni amaritudine ꝓijcient̄:⁊ a cete.i.a dya
bolo deuorabūtur.Nō ſic chariſſimi:q² ſi volumꝰ eſſe bo-
na generatio:nos debemꝰ debite generari.i.iuſte in eccľia
ꝓmoueri.q² ſicut dr̄ in pš.Dñs in generatiōe iuſta eſt.Ex
emplo Noe:de quo dr̄ Geñ.vj.Noe vir iuſtꝰ atq; ꝑfectꝰ
in generationibꝰ ſuis fuit.Et ideo in archa fuit introductꝰ
q² ſcꝫ ſoli iuſti in archa eccľie debēt admitti.Vñ Geñ.vij.
Ingredere in archā q² te vidi iuſtū corā me. Scđo dico
ꝙ ſi volumꝰ eſſe bona generatio nos debemꝰ modeſte cō-
uerſari.pš.Hec eſt generatio q̄rentiū dñm:q² procerto illi
qui nō cōuerſant̄ pacifice ⁊ modeſte:generatio bona dici
nō debēt.Iſti eñi ſunt ſicut generatio canū.Q̄uis eñi om
nes canes ſūt eiuſdē ſpeciei:eiuſdē generis:eiuſdē genera-
tionis.iſti tñ inter ſe modeſte vel pacifice nō ꝯuerſant̄.imo
alter ab altero ſepiſſime mordet̄ ⁊ impugnat̄.Sic ꝟe mul
ti ſūt q̄ ꝗuis ſint eiuſdē generis vel ſanguis:eiuſdē regio-
nis:vel religionis.ipī tamē nolūt pacifice viuere:ſ; per de-
tractionē ⁊ iniurie illationē alter alteꝝ mordere ⁊ impug-
nare.Vñ iſta eſt illa generatio de qua dr̄ Prouer.xxx.Ge
neratio q̄ patri ſuo maledicit.Generatio q̄ pro dentibꝰ gla
dios habet.Nō ſic igit̄.q² nos debemꝰ modeſte ꝯuerſari.

Tercio dico.ꝙ ſi volumꝰ eſſe bona generatio:nos de-
bemꝰ deuote famulari.De qua dī in pš.Generatio rectoꝝ
bñdicet̄.Nō eſt eñi bona generatio q̄ ſuis genitoribꝰ hūi-
liter nō obedit.Et idō multi ſūt q̄ mala generatio dici poſ
ſunt.illi vicꝫ q̄ genitoribꝰ ſuis.ſ.deo.vel p̄lato.vel parenti
bus carnalibꝰ nolūt fideliter obedire:ſ; potius eis infideli
ter cōtraire.Iſti ſūt generatio viperina q̄ ꝓprijs dentibus
ꝓprios parētes interficit ⁊ corrodit.q² vere multi ſūt hodie
mali filij ⁊ mala generatio q̄ proprios parētes.ſ.p̄latum
vel eccleſiā in q̄ ſunt.dentibus ⁊ morſibꝰ.i.diffamationibꝰ
litibus ⁊ tribulationibꝰ afficiūt ⁊ moleſtant.Iſti ſūt gene
ratio ꝑuerſa ⁊ infideles filij.Vñ eis dicit̄ Deutroñ.xxxij.
Generatio praua atq; ꝑuerſa heccine reddis dño popule
ſtulte ⁊ inſipiēs.Nō ſic chariſſimi:ſ; ſimus bona generatō
vt poſſimꝰ deuote famulari.q² reuera ſicut dictū eſt illi ſūt
bona generatio qui deuote famulātur.Qui modeſte con-
uerſant̄.Qui debite generant̄.Quia ſicut dr̄ in pš.Hec ē
generatio q̄rētium dñm:q̄rētiuꝫ faciē dei iacob. De ge
neratōe mala.š.in ſingul.§.clauſula ſbinſerta ē.Sufficit.

Gens. Nota ꝙ gēs ē nomē collectiuū ſicut ppľus
.Signat eñi ꝑſonaꝝ pluralitatē inuicē ꝯgre
gatā.Vñ gens idē eſt qđ natio.generatio.Populꝰ ⁊ pluri
um ꝑſonaꝝ collectio.Et accipit̄ vt cōiter vel ꝓ bona vel
ꝓ mala vnione ⁊ ꝯgregatiōe.Gens igit̄ in bono ſignat bo
nam ꝯcordiā ⁊ vnitatē.Et ſic intelligit̄ illud Eſa.ij.Nō le
uabit gēs contra gētem gladiū.Et illud Ioelis.iij.Cōgre-
gabo oēs gētes ⁊c̄.In malo ſignat malā amiciciā ⁊ ſocie-
tatē.Et ſic accipit̄.j.Mach.v.Cōgregate ſunt gentes ad-
uerſus iſrael.Gētes eñi fuerūt oēs ille natōes dicte q̄ erāt
ꝑ vniuerſuꝫ mūdū preter filios iſrael.⁊ ideo dicebātur gē-
tes q̄ſi ſine rege viuētes.Et ſic gētes poterīt ſignificare om
nes mūdi pctōres ⁊ iniquos.q̄ legi dei nō ſubijciūtur.q̄ a
filijs iſrael.i.a viris ſanctis ſepant̄ ⁊ diſtinguūtur.q̄ etiam
idolis.i.diuerſis vicijs ſupponūtur ⁊ ſubiugūtur.q² ſicut
dicit̄ in pš.Simulachra gentiū argētum ⁊ aurum. Dica
mus igit̄ aliq̄d de gētibus in bono ſignificato Dicamus ſ;
ꝙ nos debemꝰ eſſe gētes.i.nos ſimul per cōcordiam con-
iugentes.vel gētes.i.nos ꝑ prudētiam bñ regētes.vel gen
tes.i.pctā nr̄a ꝑ pniām lugētes atq; plāgentes.Et ſi tales
fuerimꝰ.nobis poterit dici illud.j.Pet.ij.Vos eſtis genꝰ
electum.regale ſacerdotiū.gens ſacta populꝰ acq̄ſitionis.
In q̄bꝰ ꝟbis oſtēdit̄ ꝙ illi ſūt bone ⁊ ꝟtuoſe gētes q̄ ſunt
Inter ſe concorditer federati.Genus inquit.A malis ſin-
gulariter ſegregati.Electum inq̄t.Dño ſpēaliter dedicati.
Regale inq̄t ſacer.A deo ꝟtualiter ꝟedicati.Populꝰ inq̄t
acq̄ſitionis. Dico igit̄ primo.ꝙ iſti ſūt bone gētes q̄ in-
ter ſe federant̄ cōcorditer.Et hoc oſtēdit̄ cum dr̄.Genus.
Sicut eñi in genere intellectuali ⁊ logico vniūtur ⁊ aggre
gant̄ diuerſe ſpēs ⁊ diuerſa indiuidua.⁊ in genere ſangui
nis ſeu corꝑali aggregant̄ ⁊ ꝯiūctur diuerſi gradus ꝯſan
guinitatꝭ.ſicut inſuꝑ in gēte vľ in populo aggregāt̄ plures
ꝑſone diuerſe ⁊ ꝯtrarie q̄litatis.Sic ꝓcerto ꝗꝗ ſimus di
uerſi ⁊ ꝯtrarij q̄litate ⁊ cōditione.ꝯſanguitate ⁊ natione.
patria.loco ⁊ regiōe.Debemus tñ in vno genere.i.in vna
cōmuni cōcordia ꝯuenire.Genus inq̄t.Act.xvij.Ex vno
oīe genus hoīm ꝓpagatū eſt.Et ideo de abrahā q̄ interꝑ̄
tatur pr̄ multaꝝ gētium dr̄ Act.xiij.Filij generis abrahā
⁊c̄.Sed ꝓhdolor chariſſimi:ꝗ̄ multe ſūt hodie gētes.cō-
gregatiōes ⁊ natiōes q̄ nō habēt ꝯcordie vnitatē:ſ; potius
totius ꝯtrouerſie diuerſitatē.Vñ iſti nō ꝯſtituūt genꝰ cō-
munitatꝭ:ſ; magis conſtituūt ſpēs diuiſionis ⁊ ꝑtialitatis.
Unde.j.Mach.v.dr̄.Vt audierūt gētes edificatū.ſ.alta-
re ⁊c̄.cogitabāt tollere genꝰ iacob.Iſti ſūt proprie detra-
ctores inuidi ⁊ iracūdi.q̄ genus cōitatis.ꝯcordie ⁊ amici-
cie nequeūt ſuſtinere:ſ; ipm̄ nitunt̄ tollere ⁊ diſſipare.Iſti
ſūt ſicut q̄dam gens q̄ eſt in q̄dam inſula indie.vbi pr̄ filiū
⁊ filius patrē ſolet qñq; occidere qñ vidēt ſe inuicē infirma
ri.⁊ ſic occiſos eos ſolēt māducare.Dicūt eñi ꝙ meliꝰ eſt
occidere amicos ſuos cū mori debeāt ſm̄ reſpōſum deoꝝ
ſuoꝝ:ꝗ̄ ipos diu dimittere infirmari.Melius ē etiam vt
dicūt eos comedere:ꝗ̄ ꝙ vermes ipos comederēt vel vo-
rarēt.Iſta narrant̄ in libro de mirabilibꝰ orietis.Procer
to chariſſimi.tales gētes vident̄ eſſe vſurarij ⁊ detracto-
res.Ipſi eñi amicis ꝓprijs nō parcūt:ſ; oēs deuorāt ⁊ cor-
rodūt.Videtur eñi ſentire ꝙ meliꝰ eſt amicos.ſocios ⁊ vi
cinos comedere vľ corrodere:ꝗ̄ ipos alijs deuorari ꝑmit
tere.Ideo de iſtis dr̄ Hiere.xix.Vnuſquiſq; carnes ami-
ci ſui comedet.Iſti ſūt igit̄ illa gens:de qua dr̄ Luce.xxj.
Exurget gēs contra gētē:⁊ regnū aduerſus regnū.Nō ſic
ſed ſ.mꝰ federati cōcorditer.Vos eſtis inq̄t genꝰ. Scđo
dico.ꝙ illi ſūt a malis ſegregati.q² nos debemꝰ eſſe genus
electū.Illud eñi qđ per excellētiam bonitatis ē ab alijs ſe
parabile.ē illud etiā qđ inter multos eligit̄ ⁊ ab alijs ſepa
ratur ⁊ ſeiūgitur.Sic ꝟe chariſſimi cū nos xp̄iani ⁊ maxi-
me eccľiaſtici ſimus a deo inter oēs nationes electi.Iuxta
illud Ioh.xv.Elegi vos vt eatis ⁊ fructū afferatis.Dico
ꝙ ꝑ excellētiam virtutū debemꝰ eſſe ab oībus diſtincti ⁊ ſe
parati.Et ꝟe chariſſimi:iſtam nr̄am electōem ⁊ vocatiōeꝫ
ſūme debemꝰ attēdere ⁊ eius occaſiōe nos ab alijs ſeꝑare
Iſtud ꝓprie ꝑtinet ad nos ⁊ alios eccľiaſticos q̄ ad dei ſer
uitiū ſumꝰ electi.Nos eñi ſumus ppľs ſapiēs ⁊ intelligēs
gens magna Deut̄.iiij.Ideo dr̄ ibidem.q̄ eſt alia gens ſic
inclita.q̄ habeat cerimonias iuſtaq; iudicia:Iſta tamē ſē
cōtra multos qui procerto nō ſunt electa gens:ſed gens i
fecta.Non gens inclita:ſed gens perdita.Nō gens ꝟtuo-
ſa:ſed gens viciosa.Talibus dr̄ Eſa.j.Ve genti peccatrici
populo graui iniq̄tate.ſemini neq̄.filijs ſceleratis.Iſti ſē
ſicut q̄dam gētes que ſunt in aliq̄bus deſertis ethyopie.q̄
a pecudibus nō vident̄ eſſe ſeparate vel diſtincte.Quidā
eñi ſunt q̄ vadunt nudi ſine aliquo veſtimento.imo mirā-
tur quādo vident aliquem veſtitū.dicentes hoc eſſe male
factum:cum deus creauerit adam nudū.Alij vadūt pro-
na facie ſuꝑ manus.Alij matrimonij leges nō ſeruāt.imo
mľieres oēs cuiuſlibꝫ:⁊ ſingule oīm.Sic ꝟe chariſſimi:int̄
mūdi peccatores ſunt q̄dam q̄ nudi ſunt ſine ꝟtutum ve-
ſtimento:⁊ maxime iſti ſunt inſolētes ⁊ viri inuerecūdi et
viri inhoneſti.qui q² nō portant pallium honeſtatis mon-
ſtrāt oīa ſua pudibūda.Beatus eñi q̄ cuſtodit veſtimē-
ta ſua ne nudus ambulet dicit̄ Apocal.xvj.Mirātur etiā

ſti dum alij ſunt veſtiti.q᷑ vere mali mirant̄ quõ alij poſ-
ſunt eſſe boni.⁊ qđ in ſe vident impoſſibile.in alijs credũt
mirabile. Iſtos ſpoliauit deꝰ:ſicut dr̄ Abacuck.ij. Tu ſpo
liaſti gentes omnitas. Nuda igit̄ eſt iſta gens ꝑ v̄tutuꝫ ca
rẽtiam. Alij ſunt curui ad terrã ꝑ auariciã.ps̄. Oculos ſu-
os ſtatuerũt declinare in terrã.Et in ps̄. Gẽtes ſub pedibꝰ
eius. Sũt ſine m̄rimonio ꝑ luxuriã. Vñ iſta ẽ gens abomi
nata. De q̃ loqtur Eſa.xlix. Nõ ſic:ſʒ ſimus gẽtes electe in
cliter ⁊ v̄tuoſe.q᷑ ſicut dicit̄ Prouer.xiiij. Iuſticia eleuat gẽ
tem:miſeros facit peccatũ ꝑplos. Simus igit̄ a malis ſe-
gregati v̄tualiter. Electus inq̄t. Tercio dico.ꝙ ſi volu-
mus eſſe bone gẽtes ⁊ v̄tuoſe:nos debemꝰ eſſe dõ dedicati
ſpẽaliter.q᷑ nos debemꝰ eſſe regale ſacerdotiũ:⁊ gens ſan
cta. Sacerdotiũ em̄ eſt officiũ diuinis vſibꝰ aptũ ⁊ deputa
tũ.Et ideo qñ vocat nos ſacerdotiũ:debemus deo ſpecia-
liter dedicari.qđ potiſſime ꝑtinet ad eccl'iaſticos.q̃ q᷑ ſunt
aſſumpti ad ſacerdotiũ regale. Iuxta illud Apoca.v. Fe-
ciſti nos deo nr̄o regnũ ⁊ ſacerdotes. Ideo debemꝰ eẽ gẽs
ſancta ⁊ imaculata.q᷑ vere illi q̃ ad eccl'iaſticos gradꝰ ſeu
officia aſſumũtur.ſanctitatẽ hr̄e ⁊ ſeruare tenent̄. Iuxta il
lud Eſa.xxvj. Aperite portas ⁊ ingrediat̄ gens iuſta ⁊ cu-
ſtodiẽs veritatẽ. Tales em̄ gentes debent portas ecclie in
trare.tales ꝑſone debẽt infra eccleſiã habitare. Alie v̄o gẽ-
tes q̃ ſunt alterꝰ cõditionis nõ debẽt eccleſiã introire. Vñ
nota.ꝙ deus ꝓhibuit ingreſſuꝫ eccleſie ſue tribꝰ generibꝰ
gentiũ.ſicut dr̄ Deut.xxiij. Manzeres.i.filij meretricum.
Amonites.i.populꝰ illius patrie:⁊ moabites ⁊c̄. Iſte tres
gẽtes chariſſimi ſignificãt tria genera hoim q̃s deus ab ec
cleſia ſua abdicat ⁊ repellit. Manzeres.i.filij meretricum
ſignificãt ſymoniacos. Symonia em̄ meretrix dicit̄.q᷑ nõ
diligit niſi donantẽ.Et amonites q̃ interpretant̄ filij gene
ris:ſignificãt parẽtes ⁊ nepotulos. Moabite q̃ interp̄tãt̄
de p̄re geniti:ſignificãt proteruos ⁊ ambicioſos.q᷑ de iſtis
dicit̄ Ioh.viij. Vos ex patre dyabolo eſtis. Iſtas.n.tres
gentes.ſ.illos q̃ per affectionẽ carnis vel generis exaltant̄
illos q̃ per ambitionem ſuꝑbie in eccleſia introducũt̄.nõ
vult deus eccleſiã ſuã intrare nec ibi locũ aliquẽ obtinere.
Iuxta illud Iudic.iij. He ſunt gẽtes quas dereliq̄t domi-
nus. Sed ꝓ dolor iſti q̃ a deo repudiant̄.noſtris tp̄ibꝰ
ſicut videmus ampliꝰ eligũtur. Vix em̄ aliq̃ ſunt q̃ hodie
ꝓmouent̄ niſi ꝑ carnalem affectionẽ.aut ꝑ ambitionẽ.aut
per ſymoniã aſſumãt̄. Vñ videt̄ verificatũ illud Luc.xxj
Hieruſalẽ calcabit̄ a gentibꝰ.q᷑ vere hieruſalẽ.i.eccleſia ẽ
hodie vt cõiter talibus gẽtibus occupata.⁊ ꝑ eos diuerſis
oppreſſionibꝰ cõculcata. Ideo plangit ſcriptura Trenoꝝ
j. Vidit gẽtes ingreſſas ſanctuariũ tuũ:de q̃bus p̄ceperas
ne intrarẽt eccleſiã tuaꝫ. Nõ ſic igit̄ chariſſimi:ſʒ ſimꝰ gẽs
ſancta vt ad regale ſacerdotiũ aſſumamur.⁊ vt ſimus dõ
dedicati ſpẽaliter. Regale inq̄t ſacerdotiũ gens ſancta.Et
ſic potes hic applicare quõ diuerſe gẽtes nõ deo:ſʒ diuerſ
demonibꝰ ſeu numinibꝰ dedicant̄.ſicut in india vbi q̃dam
adorant canẽ.⁊ q̃dam bouem.⁊ antiq̄tus q̃daꝫ baal.q̃dã
aſtaroth. Applica ſi vis.hoc eſt igit̄ terciũ. Quarto dico
ꝙ nos debemꝰ eſſe bone gentes:q᷑ ſumus ꝑ deũ vendicati
v̄tualiter.qđ oſtendit̄ cum dr̄. Populꝰ acq̄ſitionis. Sicut
em̄ populꝰ per aliquẽ acq̄ſitus.i.de manibus hoſtiũ libera
tus:liberatori ſuo tenet̄ fidem.i.amorem ſeruare ⁊ facere.
et erga ip̄m melius ſe hr̄e. Sic vere.q᷑ deus nos de demo-
nũ poteſtate liberauit ⁊ acq̄ſiuit.ideo tenemur neceſſario
erga eũ fideles eſſe ⁊ boñi. Nos em̄ ſumus ille mons:de q̃
dicitur in ps̄. Montẽ quem acq̄ſiuit dextera eius. Nũc er-
go pꝫ ꝙ rõne vendicatõis:q᷑ ſumꝰ ꝑpl's acq̄ſitionis. Ra-
tione dedicatiõis:q᷑ ſumus regale ſacerdotiũ.i.gens ſan-
cta. Rõne acceptatõis:q᷑ ſumꝰ gens collecta. Rõne colli-
gationis:q᷑ ſumus genus.i.cõmunitas ⁊c̄.nos debemꝰ eẽ
gẽtes bone ⁊ v̄tuoſe.Et ſic pꝫ ꝙ nomen gẽtis accipitur in
bono. Sed ſi vis adhuc potes notare ꝙ ſub noie gẽtis:
poſſunt intelligi vniuerſi mali gentes ⁊ peccatores. Vn
de nota.ꝙ per gẽtes intelligũtur illi q̃ habent Crudelitatẽ
et neq̄ciam. Diuerſitatẽ ⁊ diſcordiã. Aduerſitatẽ ⁊ miſeri
am. Pctõres em̄ habent ſeuiciaꝫ ⁊ crudelitatẽ. Unde il
li ſunt illa gens de qua Amos.vj. Suſcitabo ſup vos gen
tem que conteret vos. Itẽ habent maliciam ⁊ fallacitatẽ.
Unde Eſa.x. Ad gentẽ fallacem mittam eũ. Item habent
nequiciam ⁊ iniq̄tatem. Unde Ezech.vij. Adducam peſſi
mos de gentibus. Item habent diſcordiam ⁊ diuerſita-
tem. Vñ Luce.xxj. Exurget gens cõtra gentẽ. Iteꝫ ſimi-
liter habebũt miſeria ⁊ aduerſitatẽ. Unde in ps̄.dr̄. Ma-
nus tua gentes diſperdidit.Et Luc.xxj. In terris preſſu-
ra gẽtium ⁊c̄.Et Soph.iij. Diſꝑdidiſti gẽtes ⁊ diſſipate ſ̄t
Et ſic patet quõ nomen gentis accipit̄ in malo.Et poſſet
multum dilatari qui vellet. Sed ſufficit qđ dictum eſt ſu-
pra in inuectionibus.

Genua.

Nota.ꝙ genua ſunt membra flexibilia.
Iſta em̄ membra ſunt illa in corpore:q̃
facilius deflectũtur.⁊ q̃bus mediantibꝰ corpus ad terraꝫ
proſternit̄ ⁊ inclinatur. Primo ergo dico.ꝙ moraliter
accipiendo ꝑ genua poteſt intelligi mentis humilitas ſeu
benignitas. Iſta em̄ ſunt duo genera anime deuote:que.ſ.
faciliter inclinant̄ ⁊ ad oĩe qđ iuſtum fuerit incuruant̄.ſi
cut de petro dicit̄ Act.ix. Petrꝰ ponẽs genua orauit. Ele
phas em̄ qñ dormit:ſuper anteriora genua ſe inclinat. Ca
melus qñ oneratur:ſe ſolet ſuꝑ anteriora genua incuruare
Inter genua etiam ⁊ oculos dicit̄ eſſe cõueniẽtia.q᷑ puer
qñ eſt in vtero complicatꝰ.ſolet duo genua ſuꝑ duos ocu
los tenere.Et inde eſt vt dicũt aliqui ꝙ homo flexis geni-
bus facilius flere ſolet. Sic ꝓcerto chariſſimi:genua men-
tis noſtre.i.affectionem ⁊ volũtatem debemꝰ flectere ꝑ hu
militateꝫ.⁊ ip̄a coram deo curuare ꝑ benignitatem.⁊ ſic la
chrymas debemꝰ emittere ꝑ compũctionem:⁊ deum hũi-
liter req̄rere ꝑ orationẽ. Exemplo Danielis q̃ (ſicut dicit̄
Dañ.vj.) Tribus vicibꝰ in die flectebat genua ſua. Et ſ̄
p̄cipit̄ Phylip.ij. In noie ieſu oĩe genu flectatur.cele-
ſtiũ.terreſtriũ ⁊ infernoꝝ. Per iſta igit̄ genua itelligit̄ mẽ-
tis hũilitas Scđo dico.ꝙ ꝑ genua itelligit̄ carnis ifirmi
tas.Et ſic intelligit̄ in ps̄. Genua mea infirmata ſunt a ie-
iunio. Iſta em̄ genua flectunt̄ ad mundi delectabilia ⁊ ad
oia vicia ⁊ peccata. Ideo figuraliter dr̄ Iudic.vij. Q᷑ illi
qui flexis genibꝰ biberũt aquam fluminis:fuerũt a gedeo
nis exercitu reprobati. Ad denotandũ ꝙ illi q̃ genua.i.de-
ſideria cordis ſui flectnut:faciliter ⁊ inclinãt ad aquaꝫ flu-
minis.i.ad delectabilia huiꝰ mundi.digni ſunt a dei exerci
tu relegari ⁊ a deo ꝑpetue reprobari. Unde Ezech.xxj.et
vij.vbi dicit̄. Tabeſcit oĩe cor:⁊ diſſoluẽtur vniuerſe ma
nus:⁊ infirmabit̄ oĩs ſpũs.⁊ per cũcta genua fluẽt aque
Et ſic ꝑ genua intelligit̄ carnis infirmitas. Tercio dico
ꝙ ꝑ genua intelligit̄ mũdi ꝓſperitas. Sicut em̄ nutrix ſuꝑ
genua tenet puerũ vt ei blandiat̄: Iuxta illud Eſaie.lxvj.
Super genua blandient̄ vobis. Sic ꝓcerto mũdus ſuper
duo genua ſue mũdane ꝓſperitatis.que ſunt diuitie ⁊ deli
cie.pueris ſuis.i.mũdi peccatoribꝰ blandit̄.⁊ eos diuerſi-
mode conſolat̄. Pliades em̄ ſunt q̃dam ſtelle q̃ ſunt ſite i
ter genua thauri:vt dicit Iſido.que ſunt ſtelle pluuiales.
q᷑ ꝓcerto mũdi pctõres qui pluuiã mũdane proſperitatis
deſiderant ⁊ affectant:ſituati ſunt inter duo genua thauri
id eſt inter delicias ⁊ diuicias huiꝰ mũdi.figurati in Sam
ſone.q̃ ſuper genua dalide meretricis obdormiẽs tonſus
eſt capillis ſuis.⁊ fortitudinẽ ſuam amiſit.⁊ ſic a dalida ex
pulſus fuit:⁊ ſuis traditus inimicis.a quibꝰ fuit poſtmo-
dum excecatꝰ. Dalida em̄ meretrix ſignat mũdum q̃ mo-
re meretricis nõ diligit niſi illos a q̃bus lucrũ reportat.qñ
igitur hõ dormit ſuꝑ genua eius.i.qñ delectat̄ in mundi
ꝓſperitate.ipſe ꝓcerto capillis grarum ⁊ v̄tutũ ꝑmo ſpo-
liatur.⁊ ſic fortitudo ſue conſtãtie eneruat̄ inimicis v̄o ſu
is.i.demonibus ꝑ diuerſa peccata tradit̄ ⁊ obligatur.a q̃-
bus etiam ꝑ obſtinationẽ excecat̄.⁊ ꝑ quos finaliter infer
ni carceribus alligat̄.Et ideo Iob ſe ſuꝑ genua talia fuiſ-
ſe plangebat dicens Iob.iij. Quare nõ in vulua mortuus
ſum: egreſſus ex vtero nõ ſtatim perij: Cur exceptus ge-
nibus: cur lactatus vberibꝰ: ⁊c̄.q.d. Dãnoſum et damna
bile mihi eſt ſuꝑ genua mũdane ꝓſperitatis q̃eſcere.⁊ ab
vberibus carnalis dulcedinis lac guſtare. Sic igit̄ patet
ꝙ per genua intelligit̄ mũdi proſperitas. Quarto dico
ꝙ per genua p̄t intelligi celi felicitas. Sicut em̄ homo dor
mit ſuꝑ genua amici ſui:ſic beati in patria dormiũt amo-
re dei ſui.Et ideo celeſtis gloria ꝑ genua intelligitur.ſuꝑ
que ſpes beatoꝝ omniũ quietat̄.vñ p̄t dici illis illđ Eſaie
lxvj. Inundantẽ gloriã ſugetis.ad vbera portabimini.

ſuper genua blandient̃ vobis. Sic igit̃ patet quō ꝑ genua
intelligit̃. Celi felicitas. Mūdi proſperitas. Carnis infir-
mitas. Mentis humilitas ⁊c̃.

Genus. Nota ꝙ genus accipit̃ pro vniuerſitate.
ꝓ ↄſanguinitate. ⁊ ꝓ qualibet generali
cōmunitate. Accipit̃ dico ꝓ vniuerſitate. Et ſic genus eſt
terminus vl̃is: ſub quo ſūt ſpecies ⁊ in quo diuidua ↄtinē
tur. De quo Dañ. iij. Sonitū ſambuce ⁊ vniuerſi generis
muſicoꝝ. Et Eccl̃i. xxiij. Duo genera hoim abūdant i pec-
catis. Itē accipit̃ pro ↄſanguinitate. Et ſic genus idez eſt
qđ parētela. Vñ Sap̃. vij. Sū q̄dem hō mortalis ſilis hoi
bus alijs ex genere terreno illius q̄ prior fact⁹ eſt. Itez ac
cipit̃ ꝓ omi cōitate vel generalitate. Et ſic gen⁹ ſignat illa
que ſūt eiuſdē ſocietatis. ↄformitatꝭ. eq̄litatis. Sicut Ma-
thei. xiij. vbi dr̃. Q꜄ ſile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe in ma-
ri. ⁊ ex omi genere piſciū cōgregāti. Quia igit̃ genus q̄cun
ꝗ modo accipiat̃ ſignat quandā collectionē ⁊ cōgregatio
nem. Ideo ſpēaliter ꝑ illos q̄ dicūtur eiuſdē generis poſ-
ſumus intelligere illos q̄ ſunt eiuſdē ↄſanguinitatis. cōita
tis ⁊ ſocietatis ⁊ vniuerſitatis. q̄ ſcꝫ originaliter ab vno pa
tre ⁊ ab vna mr̃e. ab vno fūdatore vel ab vno creatore p̄n
cipium aſſumpſerūt. Poſſumus etiam notare. ꝙ illi q̄
taliter ſunt eiuſdem generis: debent habere

Parem nobilitatem. Parem dico nobilitatē. Et idō fa
Morum cōformitatē. cti ſunt q̄ de ſuis generib⁹ gloriā
Cordium vnitatem. tur. Conſtat eñ ꝙ oēs ſum⁹ de eo
dem genere naturali. ſ. de genere ade. ſicut dictuꝫ eſt ſupra
Sap̃. vij. Sum q̄dem hō ⁊c̃. Itē de eodē genere ſpūali. ſcꝫ
eiuſdē fidei vel eiuſdē eccl̃ie vel religionis. Sicut eñ dicit̃
Act. xvij. Ex vno omē genus hoim ꝓpagatū eſt. Eandem
igit̃ nobilitatē habemus q̄ꝫtum ē de natura. ⁊ ideo nullus
ſe debet alteri anteferre. niſi ipm moꝝ ⁊ ſcientie nobilitas
añponat. Vñ Hiero. in quadā ep̃la dicit. Q꜄ nobilitas cor
poris ſolet ignobilitatē parere mētis. Et ideo Chriſ. expo
nēs illud. Nos habem⁹ patrē abraham Ioh. viij. dicit ſic
Meli⁹ eſt de cōtemptibili claꝝ q̄ꝫ de claro genere cōtēpti-
bilem naſci. Ita meli⁹ eſt ꝙ parem nobilitatē habeamus.
Qđ tamē eſt ↄtra multos q̄ q̄ꝫuis ſint eiuſdē gener̄ vl̄ cō-
ditionis: ſe tamē reputant alijs nobiliores: ſe vident alijs
feliciores vel ditiores: imo ꝙ peius eſt ſepe fit ꝙ illi ruſtici
q̄ fauente fortuna milites vel diuites efficiūtur. alios de ge
nere ſuo aduocare ⁊ recognoſcere dedignātur. Iſti ſunt ſi
cut papyliones. qui q̄ꝫuis a natura originaliter ſint eruce.
que tandem aſſumptis alis tales auicule ſunt effecte. ſicut
dicit Iſidorus. Ipi tamen vidētur eſſe alterius ſpeciei vl̄
generis q̄ꝫ eruce. nolūt enim cū pedibus terraꝫ repere. im
mo volant ꝑ aera ſicut aues. Sic vere tales licet de erucis
papyliones. id eſt de ruſticis nobiles ſint effecti: ipi procer
to extūc a ſuo proprio genere ſe diſternūt. ⁊ cum auibus. i.
cum nobilibus volare ⁊ diſcurrere cōtendūt. proprios eti
am parentes contēnūt. ⁊ acſi eſſent alterius ſpeciei vel ge
neris ſe nouos factos hoies eſſe credūt. Iſtis igit̃ non na
tis nobilib⁹: ſed factis. nihil eſt crudelius vt dicit Seneca
libro de ſentētijs oratoꝝ. Iuxta illud. ꝟ. Crudeli⁹ nihil eſt
humili cuꝫ ſurgit in altum. Non ſic chariſſimi: q꜄ vere illi
qui ſunt eiuſdē generis: habent vt cōmuniter pareꝫ nobi-
litatem. Itē habent vt cōmuniter morum cōformitateꝫ.
Illi eñ qui ſunt eiuſdē generis ⁊ maxime qñ ſunt ꝓpinqui
ſicut fratres ⁊c̃. vt cōiter habent inter ſe aliquas ſilitudies
corꝑales: vt cōmuniter etiā quilibet nititur imitari ⁊ aſſi-
milari illis a quoꝝ genere ortū ſumpſit. Et ideo nos oms
qui ſpūaliter eiuſdē generis ſum⁹ vt dictum eſt. debemus
in bono nr̃is predeceſſorib⁹ conformari. ⁊ alter alterū bo-
nis morib⁹ imitari. Vnde Sap̃. xix. Omis creatura a p̄nci
pio ad ſuū genus refigurabat̃. Itē dico. ꝙ illi q̄ ſūt eiuſ
dem generis debent hr̃e cordium vnitatem. Aialia enim
eiuſdē ſpẽi ſolēt inter ſe pacifice viuere. vnū aliđ diligere ⁊
defendere. ⁊ quodā cōſanguinitatis nexu inſimul habita-
re. Omē eñ animal diligit ſimile ſibi. Sicut dicit̃ Ecci. xiij
Vnde etiam autor dicit. ꝙ animalia eiuſdeꝫ ſpeciei nunq̄ꝫ
ſe ſolent comedere preter piſces. Ad denotandū ꝙ nos q̄
ſumus de eodem genere vel naturali vel morali. debem⁹
nos inuicem diligere. ⁊ per pacē ⁊ concordiam alter alteꝝ
frequentare. nulli nocere: ſꝫ omes iuuare. Et ſic erimus ſi-
cut thobias. De quo dr̃ Thobie. j. Q꜄ omia que habere
poterat quotidie cōcaptiuis fratrib⁹ qui erant de genere
ſuo impartiebat. Sit igitur i nobis Amoris vnitas. Mo-
rum cōformitas. Cōpar nobilitas. Et hec de genere ſuffici-
unt. Vnde ſupra de Cognatione. De ↄſanguinitate. Et in
tabula vide in multis titulis. vbi fit mentio de illis qui ſūt
eiuſdem generis vel ſanguinis ⁊c̃.

Germen. germinare. Nota ꝙ ger
minare idez
eſt qđ fructificare: emittere: ⁊ aliq̄d exterius effundere. Et
eſt proprie germen principiū fructuū. i. illud quod ad crea
tionem fructus natura primo emittit. Et ideo moraliter lo
quendo germen ꝓ cogitatione. ꝓ affectiōe vel ꝓ cuiuſlibꝫ
operis inchoatione ſumit̃. Sicut eñ in herbis ⁊ arborib⁹
germen primo ab arbore exit. ⁊ tandem in flores ⁊ folia ꝓ
rumpit: et in fine in fructus multiplices ſe diffundit. Sic
vere in moralibus: homo primo emittit germen cogitatio
nis. tandem flores deſiderij ⁊ affectionis: ⁊ poſtea folia lo
cutionis vel exterioris cōuerſatiōis. Finaliter vero fruct⁹
bone operationis Prouer. xj. Iuſtus q̄ſi virens foliū ger
minabit. Et breuiter de germinatiōe ſpirituali poſſum⁹ ex
ponere illđ Ezech. xvij. Sumā ego de medulla cedri ⁊ plā
tabo ſuꝑ mōtē excelſū. ⁊ erūpet ibi germē ⁊ faciet fructū.
In q̄b⁹ ꝟbis oſtēdit̃ ꝙ ſicut ad h̄ ꝙ arbor germinet req̄rū
tur tria. ſcꝫ Humor ſufficiens. quia debet habere medullā
Radix ſtabiliens. quia debet eſſe plantata. Locus expedi-
ens. quia debet eſſe ſuper montē. Sic ſpūaliter. ad hoc
ꝙ homo ꝓferat germen gratie ⁊ virtutū: ipe debet per cha
ritatem dulciter vegetari. Iſta eſt eñ medulla glutinoſa.
Per fidem firmiter radicari. Iſta eſt eñ que mentē ſtabili
tat: quia plantat. Per ſpem celitus collocari. Iſta eñ ſu-
per montē excelſum paradiſi leuat mētem. Charitas enim
mentē vegetat. fides mentē firmat ⁊ plantat. ſpes vero i de
bito loco ipm ſituat atq꜄ locat. Primo igitur dico. ꝙ ſi
volumus ſpūaliter germinare: neceſſe eſt vt dulciter vege
temur. Sumā inquit de medulla. Medulla eñ que natu-
raliter eſt tenax ⁊ glutinoſa: ⁊ arborem nutrit ⁊ vegetat. q̄
in medio arboris latitat. ⁊ ſine qua arbor nō germinat nec
fructificat: ſignat charitateꝫ q̄ tenax ⁊ glutinoſa eſt. q꜄ per
ipam diuerſa corda tenaciter iūgūtur ⁊ glutinant̃. quia ſi-
cut dicit apoſtol⁹ Col̄. iij. Charitatē debem⁹ ſuꝑ omia ha-
bere quod eſt vinculū perfectionis. Iſta eñ in medio ar-
boris quaſi in corde hominis habet principaliter ſedeꝫ ſu
am. ibidem eñ exiſtens totam animā ſpūaliter per deuoti
onem ⁊ gratiā nutrit. ⁊ per ꝟtutes et bona opera germina
re et fructificare multipliciter ipam facit. Iſta eſt eñ ſicut
quidam ros ſpūalis. quo ſi mens irrigata fuerit: affluēter
vtiq꜄ germinabit. vt ipa dicat illud Oſee. xiiij. Ero q̄ſi ros
et iſrael germinabit quaſi lylium. Sicut eñ arbores q̄ mul-
tum habent de medulla: ſolent faciliter germinare. Sicut
patet in vinea q̄ multum abundat in medulla. Sic ꝓcul-
dubio illi q̄ abūdāt i medulla charitatꝭ. i medulla pietatꝭ. in
medulla benignitatis. in medulla deuotionis. in medulla
cōpaſſionis. ſolent per bona opera germinare. ⁊ fruct⁹ vir
tutū facilit̃ ꝓcreare vt de eis dicatur illđ Oſee. xiiij. Viuēt
tritico: ⁊ germinabūt q̄ſi vinea. Et iđ de iſta medulle irri-
gatione poteſt dici illud Iob. xxj. Viſcera eius plena ſunt
adipe: ⁊ medullis oſſa illius irrigant̃. Sed heu de multis
videtur verificatum illud quod dicitur Ezechielis. xvij.
Aquila grandis venit ad lybanū. tulit medullam cedri ⁊c̃.
Quia vere chariſſimi aquila alte volans. id eſt ſuperb⁹ di
abolus. venit hodie ad lybanū qui interpretat̃ candidus.
id eſt ad corda illoꝝ qui candore proſperitatis veſtiūtur.
et maxime ad cedros. id eſt ad illos qui per ſuperbiam vt
cedrus lybani eleuantur. ad iſtos eñ venit dyabolus. ⁊ de
ipſoꝝ cordibus medullam charitatis ſubtrahit. ⁊ ſic ꝟtu-
tem germinandi ſpūaliter eis tollit. Et ideo de multis vi-
detur hodie dici illud Abacuck. iij. Ficus nō florebit: ⁊ nō
erit germen in vineis. Mentietur opus olyue: et arua nō
afferent cibum. Non ſic chariſſimi: ſed ſi volumus germi-
nare neceſſe eſt vt per charitatem dulciter irrigemur. Su-
mam inquit medullam. Secūdo dico. ꝙ ſi volum⁹ ſpiri
Bona eñ mūdi ſunt recte ſicut ſeruitutes q̄ ſḿ iura nō pñt ꝓprie poſſideri. qꝛ.ſ. iſta bona q̄ ſuos amatores faciunt ſeruos: nō ſunt ꝓprie nec ex toto. qꝛ nō ſunt habēda niſi ꝓ pte: qꝛ.ſ. ſi poſſident̄ corpaliter: nō tñ poſſunt poſſideri cordialiter: vt ſic habētes ſint q̄ſi nō habētes. ſicut dr̄ .ij. Cor.vj. Quaſi nihil habētes ꝛ oīa poſſidentes. vt de quolibet dicat̄ illud Prouer.xiij. Eſt quaſi diues cu; nihil habeat ꝛ q̄ſi paup cū in multis diuitijs ſit. Vir eñ ſctūs ſi nihil h; de tp̄alib⁹. diues tñ eſt in virtutib⁹. Sufficit etiam ſibi qđ habet: ꝛ ſola ſufficiētia diuitē facit. Itē dato ꝙ iſte in multis diuitijs ſit. ipſe tamē eſt quaſi paup: qꝛ.ſ. ibi non ponit cogitatū vel affectū: ſ; ſic diuitias poſſidet ac ſi penitus nihil haberet ꝛc̄. Et qꝛ nomē habēdi eſt cōmuniſſimū. ideo poteſt multiplicit̄ dilatari: ꝛ maxime poſſet applicari ad auariciā que nihil aliud eſt q̄ꝫ amor habēdi. Ite; ad diuerſa peccata: quia ſḿ ꝙ homo poteſt habere plures corporis infirmitates: ſic poteſt habere ex diuerſis cauſis multas in aīa prauitates. Unde nota ꝙ mali Habēt

Luxururie feditatem.
Supbie vanitatem.
Malicie prauitatem.
Inuidie malignitatem.
Proteruie fatuitatem.
Ignorantie cecitatem.
Pigricie tarditatem.

De habitione luxurie dr̄ Ecci. .xlvij. Inclinaſti femora tua mulieribus poteſtate; habuiſti in corpe tuo. dediſti maculam in gloria tua. Et Ezech.xvj. dicit̄ Habēs fiduciam in decore tuo maculata es. De ſupbia dr̄ Baruch.vj. Coronas q̄dem habēt aureas in capitib⁹ ſuis ꝛc̄. De malicia dr̄ Eſa.xlvij. Fiducia; habuiſti in malicia tua ꝛc̄. De odio ꝟo ꝛ inuidia dicit̄ .ij. Reg.xix. Diligis odiētes te. De fatuitate ꝟo ꝛ ꝓteruia dr̄ Amos.v. Or odio habuerūt in porta corripientē. De cecitate ꝛ ignorantia dr̄ Hiere.v. Oculos habētes nō vident. Et Eſa.xliij. Educ foras pplm̄ cecum ꝛ oculos habētē. De inutilitate ꝟo ꝛ pigricia dicit̄ in pſ̄. Os oculos habēt ꝛ nō videbūt: man⁹ habent ꝛ nō palpabūt. Aures habēt ꝛ nō audiēt: pedes habēt ꝛ nō ambulabūt. q.d. Iniq̄ habēt oīa inutilia. Nota q̄a de habitione criminaliū pctōꝝ infernaliū tormentoꝝ: eternalium gaudioꝝ. ſupra ꝛ infra vbi dolor vbi dānatio. vbi infernus vbi celū. vbi paradiſus ꝛc̄. habūde dictū eſt: iō hic omitto gratia breuitatis.

Habitare. Nota ꝙ habitare nihil aliud eſt q̄ in aliquo loco diuturnā facere manſionē. Morari enī habitare. manere ꝓ eodem ſupponunt Et ideo ſpūaliter loquēdo ꝑ habitationē poſſum intelligere locū. actum. opus. occupationē. in quo homo q̄ꝫtum ad affectiōem diutius inmoraṫ. Sicut enī videmus ꝙ inter animalia. Quedā habitāt in aere ſic ſunt volucres ⁊ aues Quedā in aqua: ſicut ſunt rane ⁊ piſces. Quedā in terra: ſicut ſūt oues ⁊ boues. Quedā ſb terra: ſic ſunt talpe ⁊ ſerpentes. Sic ꝓcerto chariſſimi boni diuerſas ⁊ diuerſimode ſibi ſpūales vendicāt māſiones. Quidā enī habitāt ſurſum in aere. i. in celo ꝑ ꝯtemplationē. Quidam in aqua ſacre ſcripture ꝑ ſtudiū ⁊ lectionē. Quidā in terra. i. in mundo ꝑ bonā actionē ⁊ occupationē. Quidā ſub terra. id eſt. in inferno ꝑ timoꝛē ⁊ ꝯſiderationē. Sicut enī in domo paradiſi māſiones multe ſunt in q̇bus ſancti in patria habitant ⁊ verſanṫ. Sic in domo dei q̄ eſt eccl̄ia: multe ſunt ſpirituales māſiōes in q̇bus boni ſpūaliṫ cōmoranṫ. Vn̄. iiij. Reg. xiij. Habitauerṫ filij iſrl' in tabernacul' ſuis. Notare igiṫ poſſumꝰ gn̄aliṫ ꝙ multiplex ē hitatio. Eſt enī hitatio

- Supnalis.
- Spiritalis.
- Temporalis.
- Corporalis.
- Infernalis.

Prima eſt habitatio beatoꝝ. Scd̄a ē habitatio ꝑfectoꝝ. Tertia eſt habitatio mūdanoꝝ. Quarta ē habitatio viatoꝝ. Quinta eſt habitatio dānatoꝝ. In celo enī habitant beati: qꝛ ſicut dꝛ in ps̄. Beati q̄ habitāt in domo tua dn̄e i ſecula ſeculoꝝ laudabūt te. In eccleſia habitāt ꝑfecti: qꝛ ſicut diciṫ in ps̄. Habitabūt recti cum vultu tuo. delectationes in dextera tua. In mundo habitāt infecti Gen̄. iiij. Egreſſus Cayn a facie dn̄i: habitauit ꝓfugus in terra. In coꝛpe habitāt delicati. Vn̄ Iob iiij. Habitāt domos luteas: ⁊ terrenū hn̄t fundamētū. In inferno ṽo habitāt dānati. Vn̄ in ps̄. Niſi qꝛ dn̄s adiuuit me paulominꝰ habitaſſet in inferno anima mea. De iſtis igitur. v. habitationibus poſſemus notare ꝙ Habitatio

- Supnalis eſt appetenda.
- Spiritalis eſt frequentanda.
- Tp̄al' ſeu mūdialis ē declināda.
- Corpoꝛalis eſt ꝯtemnenda.
- Infernalis eſt euitāda.

Eſt igiṫ habitatio ſupnalis que debet affectari. Sicut enī homo naturaliter affectat habitare in locis altis ꝓpṫ ſecuritatem. In locis claris pꝛopter iocūditatem. In locis gratis pꝛopter amenitatem. In locis plenis ꝓpter fertilitatem. In locis pacificis pꝛopter tranquillitatem. In locis fructificis ꝓpter ſatietatem. Sic pꝛocerto dico ꝙ affectibile ⁊ deſiderabile eſt in paradiſo habitare: quia ē locus

- Altiſſimus ⁊ ſecuriſſimus.
- Iocūdiſſimus ⁊ letiſſimus.
- Gratiſſimus ⁊ ameniſſimus.
- Pacificus ⁊ trāq̇lliſſimus.
- Fructificus ⁊ repletiſſimus.

Dico ergo ꝙ iſta habitatio eſt ſecuriſſima: ita enī eſt alta ꝙ nullus poteſt ei hoſtiles inſidias machinare. Sic. n. capꝛea rupes altiſſimas habitat vbi venatoꝝ difficilis eſt acceſſus: ſic ſancti modo ſunt in altiſſimo loco paradiſi. vbi nullus hoſtis pōt attingere vel nocere. Deus enī altiſſimū̄ poſuit tabernaculū ſuū Deutero. xxxiij. Habitaculū eius ſurſum: qꝛ ſicut diciṫ. j. Reg. xxiiij. habitauit dauid in locis tutiſſimis. Iſtum igiṫ locū debemꝰ affectare vt ibi ſecure poſſimꝰ habitare. q̄ nos in hoc mūdo ſentimꝰ omīibus inpugnationibus ⁊ ꝑiculis ſubiacere. Iuxta illud Leuiṫ. xxvj. Comedetis panē vr̄m i ſaturitate: ⁊ abſq̧ pauoꝛe habitabiṫ in terra vr̄a. dabo pacē in termis vr̄is. doꝛmieṫ ⁊ nō erit q̄ exterreat Auferā malas beſtias: ⁊ gladius nō trāſibit termios vr̄os Ibi eſt igiṫ habitatio ſecuriſſima: qꝛ ſicut dꝛ in ps̄. Nō cōmouebiṫ ineternū q̄ habitat in irl'm. Itē dico ꝙ iſta habitatio eſt iocūdiſſima. Sicut enī delectabilius eſt habitare in locis nemoꝛoſis ⁊ montuoſis ꝓpter aues q̄ modulāṫ ibidē. Sic qꝛ in mōte ⁊ nemoꝛe paradiſi eſt cōgregatio angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ: q̄ ꝑ laudē ⁊ gratiarūactionē modulari nō ceſſant. Dico ꝙ affectibile ⁊ delectabile eſt ibi eſſe. Beati q̄ habitāt in domo tua dn̄e in ſecula ſeculoꝝ laudabunt te Ps̄. lxxxiij. Valde enī placet habitare in grata ⁊ leta ſocietate. Vnde etiā apes in habitatōnibus ⁊ aluearibꝰ ſuis retinenṫ qn̄ ſonitus campane aut tubarū ab eis audimṫ. Ad denotandū ꝙ mens noſtra debet ad habitationē paradiſi allici. quādo ꝯſideramus ſonitū ⁊ leticiā que eſt ibi. ſicut diciṫ in ps̄. Sicut letantiū omniū habitatio eſt in te ps̄. lxxxvj. Et loquiṫ de celeſti irl'm: in qua deus habitare facit ſterilē i domo: matrē filioꝝ letantē ps̄. cxij. Quia ipſe in ſctō habitat laus iſrael ps̄. xxj. Iſta eſt igiṫ habitatio iocūdiſſima. Vnde in ps̄. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdum habitare fratres in vnū ps̄. cxxxij. Dico in vnū. i. in deū. De q̄ Deutero. vj. Dominus deus tuus vnus eſt. Item iſta habitatio eſt ameniſſima. Sicut enī diuites q̄ in hyeme morati fuerant in ciuitatibus ⁊ in villis: quādo venit eſtas ſolent exire ad loca delectabilia ⁊ amena. Sic vere ſancti et iuſti qui in hyeme pꝛeſentis vite habitauerāt in ciuitate huius mundi. quādo veniet eſtas. i. feruoꝛ moꝛtis. de iſta habitatione exeunt ad amenitatē paradiſi: ⁊ vt ibi habitēt ſe conuertunt. Nos etiam q̄ꝫtum ad effectum debemus mūduꝫ derelinquere: ⁊ ad amenitatē gloꝛie paradiſi per deſideriū nos transferre Leuiṫ. xxiij. Sumetis vobis fructus arboris pulcerrime. ſpatulaſq̧ palmarū. Sequiṫ. Habitabitis in vmbꝛaculis ſeptem diebus. Item iſta habitatio ē trāquilliſſima. ibi enī eſt pax perpetua. charitas eterna. ꝯcoꝛdia ſempiterna. Ideo de quolibet ibi habitante pōt diciꝫ illud ps̄. Factus eſt in pace locus eius ⁊ in ſyon habitatio eius ps̄. lxxv. Item iſta habitatio eſt fertiliſſima. Iſta ē enī ſicut habitatio inſule foꝛtunate. vbi eſt ſumma fructuum fertilitas: ita ꝙ nunq̄ꝫ deeſt ſatietas comedere cupiēti. quia ſicut dꝛ Pꝛouer. xxj. Theſaurus incōꝑabilis ⁊ oleuꝫ in habitaculo iuſti. Iſta eſt igitur chariſſimi habitatio celeſtis ⁊ ſupioꝛ in qua ſancti q̄ ſunt in patria habitāt ⁊ morāṫ. Iuxta illud Eſa. lxv. Hereditabūt eam electi mei ⁊ ſerui mei habitabunt ibi. Qui ṽo ſunt illi electi ⁊ illi ſeruiṫ audi ps̄. dicentē. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mōte ſctō tuo? Ps̄. xiiij. Et rn̄det. Qui ingrediṫ ſine macula ⁊ opatur iuſticiā. Qui loq̇tur veritatem in oꝛe ſuo ⁊c̄. In q̇bus verbis oſtendunṫ tria genera hoim que ad habitationē eius admittunṫ. ſ. illi q̄ habēt Mundā ꝯuerſationē. Sine macula inquit. Rectam operationē. Operaṫ iuſticiā inq̇t. Certā p̄dicationē. Qui inq̇t loquiṫ veritatem in oꝛe ſuo ⁊ nō egit dolum in lingua ſua. Et Eſa. xxxiij. diciṫ. ꝙ ille q̄ ambulat in iuſticijs ⁊ loquitur veritatē: qui pꝛoijcit auariciam ⁊ excutit manus ſuas ab omī munere. q̄ obturat aurem ſuam ne audiat ſanguinē ⁊ claudit oculos ſuos ne videat malū. iſte in excelſis habitabit munimēta ſaxoꝝ ſublimitas eius. panis ē ei datus. regem in decoꝛe ſuo videbit. Iſta eſt igiṫ habitatio eternalis q̄ eſt affectāda. Scd̄o dico. ꝙ ē habitatō ſpūalis q̄ ē frequētāda: ⁊ iſta eſt hitatio gratie. habitatio eccleſie. habitaculū religionis habitaculū deuotōis. Sic̄ enī videmꝰ ꝙ rex hꝫ generaliter aliqḋ magnū palaciū vb familiares ſui i diuerſis habitaculis ⁊ diuerticulis habitāt ⁊ moranṫ. Celū etiā generaliter eſt habitatio ſtellarū. ipſe ṽo ſtelle in diuerſis habitationibꝰ ⁊ oꝛbibus locis ⁊ ſpacijs ꝑticularibꝰ cōmoranṫ. Sic vere ſancta mater eccl̄ia eſt quoddā habitaculū ſeu palacium ſummi regis. in quo ſunt diuerſe manſiones ⁊ diſtinctiones. Diuerſi ſtatus ⁊ actus. Diuerſe bone occupationes ⁊ opationes. In q̇bus. ſ. boni viri diuerſimode etiam occupanṫ. Vnde ſicut video. ꝙ inter animalia

- Aliq̄ habitāt in maris fluctibꝰ.
- Aliqua in aquis dulcibus.
- Aliqua in deſertis partibus.
- Aliqua in altis montibus.
- Aliqua in magnis ſocietatibꝰ.

Quia. ſ. in mari habitāt vituli marini. In aq̄s fluentibꝰ habitāt caſtoꝛes ⁊ fibꝛi. In montibus habitant aq̄le volātes. In deſerto ṽo habitāt onagri currentes. In ſocietatibꝰ verſanṫ pecudes paſcentes. Sic ꝓculdubio dico loquēdo ſpūaliṫ ꝙ viroꝝ ꝑfectoꝝ. Quidā habitāt in mari. i. in amaritudine cōtritionis. Quidam in aqua dulci. id eſt. in dulcedine deuotionis. Quidā in locis deſertis. i. in ſolitudine penitētie ⁊ afflictionis. Quidā in altis locis. i. incelſitudine cōtemplationis. Quidam ṽo in magnis gregibꝰ. i. in communitate amoꝛis concoꝛdie ⁊ dilectionis. Dico igiṫ breuiter ꝙ q̇dam habitant in mari. i. in amaritudine contritionis. Quia ſicut diciṫ Michee. j. Infirmitata eſt in bonū q̄ habitat in marach. id eſt. in amaritudine. Sicut enī vitulus marinus eſt animal in terra gradiēs ⁊ in mari natans. ſic peccatoꝛ poſtq̄ꝫ per terram diuerſimode circuierit per ſue volūtatis adimpletiōem: ipſe debet per mare penitentie natare per amarā contritionē: ⁊ per amaritudinis inferni

conſiderationem. Iuxta illud pſ. Si ſumpſero pēnas me-
as diluculo ⁊ habitauero in extremis maris. etenim illuc
manus tua deducet me ⁊ tene. ⁊c. pſ. cxxxviij. Boni em̄ ac-
cipiūt pennas diſcrete ꝯſiderationis: quia ſcʒ ipſi conſide-
rant mala que fecerūt. penas quas meruerūt: bona q̄ per-
diderūt. Et ſic ꝓcerto iſti habitant in extremis maris. i. in
profunditate amare cōtritionis. Et ita ibidem tenent̄ ⁊ de
ducunt̄ dextera diuine ꝓtectionis. Iſtud potiſſime debet
eſſe in religioſis: quia iſti ſemꝑ debent eſſe in amaritudine
⁊ dolore. vnde Geneſis. xlix. Zabulon in litore maris habi
tabit. Iſti igit̄ habitāt in amaritudine cōtritionis. Itē
quidā habitāt in fluminibus. id eſt. in dulcedine gratie ⁊
deuotionis: q̄a ſicut caſtor ſemꝑ vult habitare iuxta flumi
na ne cauda ſua q̄ eſt de natura piſcis putreſcat. Sic ſan-
cti viri ſemꝑ volūt in fluminib⁹. id eſt. in ꝓfluuio gratie. de
uotionis et compūctionis habitare: vt eſſe ſuum ſpiritale
poſſint debite cōſeruare Naum. iij. Nunq̄d melior es ale
xandria populoꝝ que habitat in fluminib⁹. Sicut em̄ pi-
ſcis extra habitatiōem aque nō poteſt viuere: ſic nec homo
extra fluuiū gratie vel deuotionis poteſt in bono perſeue-
rare. Unde. iij. Regū. ij. dicit̄. Habita inq̄t in hieruſalē: et
nō egredieris inde huc atq; illuc. quacūq; em̄ die egreſſus
fueris ⁊ tranſieris torrentem cedron ſcito te interficiendū.
Iſta em̄ verba fuerūt dicta a ſalomone Semey q̄ interꝑ-
tat̄ audiēs me. Quia vere chariſſimi hierl'm. i. ſancte matris
eccleſie ſtatus. torrens cedron. id eſt. fluuius deuotionis ⁊
gratie ſunt recte quedam ſpūales habitatōnes a q̄bus nō
licet egredi huc atq; illuc per peccatū. ſi autem taliter inde
egredimur: ſtatim mors peccati infligit̄ et mōrs inferni eē
promeret̄. Habitandū eſt igitur in deuotionis dulcedine.
Pone etiam exemplum de ſalmone qui libentius habitat
in aqua dulci q̄ʒ in ſalſa. Item quidā habitant in deſer-
tis. id eſt. in ſolitudine afflictionis: ſicut fuerūt heremite ſi
miles onagris qui ſemꝑ volūt in deſertis vagari ⁊ ſolitarij
habitare. Vn̄ Iob. xxx. In deſertis habitabāt torrentiū. in
cauernis terre vel ſuper glareā. Item q̄dam habitāt in
altitudine cōtemplatiōis. ſimiles aq̄le q̄ ſemꝑ ſm̄ Grego.
in arduis ſolet ponere nidū ſuū: ⁊ in altis rupib⁹ ſolet ha-
bitare: ⁊ raro niſi pro preda capienda ad terram ſolet de-
ſcendere ⁊ venire: q2 ſcʒ viri contēplatiui ſemꝑ ſolent alta
loca paradiſi frequētare: ⁊ a terrenis ⁊ infimis ſe abſenta-
re. ſed in monte celi per cōſideratiōem ⁊ affectionē iugiter
habitare: vt ſic q̄libet poſſit dicere illud Ecci. xxiiij. Ego in
altiſſimis habito: et thronus meus in columna nubis.

Item q̄dam habitant in ſocietate. id eſt. in cōmunitate
concordie. amoris ⁊ dilectiōis. Sicut em̄ animalia pacifi-
ca ⁊ modeſta ſolent in ſocietate viuere: ⁊ inſimul pacifice
habitare; ſicut ptʒ de bobus: ouibus: ceruis: elephātib⁹ ⁊c̄.
Sic vere pacifici ⁊ modeſti ſimul per ꝯcordiam habitāt: ⁊
ſocietatem ⁊ vnitatem frequentāt. Unde Pſ. Ecce q̄ʒ bo-
nū ⁊ q̄ʒ iocundū habitare fratres in vnum. Iſta igitur ſunt
quinq; genera bonaꝝ ꝑſonarū q̄ in ſancta eccl'ia habitare
noſcunt̄. Et iō breuit̄ q̄libet ſctā ꝑſona pōt dici illud Ecci.
xxiiij. In habitatiōe ſancta corā ipſo miſtraui. Et ſic i ſyon
firmata ſuʒ ⁊ in ciuitate ſanctificata ſil'iter req̄eui: ⁊ in irl'm
poteſtas mea. In q̄bus v̄bis aduerte. q̄ illi q̄ in hieruſalē
. i. in eccleſia habitāt debēt habere q̄tuor ꝯditiones. ſcilicʒ

Obediētie ſedulitatem.
Permanentie ſtabilitatē.
Caſtimonie ſinceritatem.
Amicicie cōcorditatem.

In eis em̄ debet eſſe humili
tas in obediēdo: q2 ſcʒ iſti de
bent eſſe miniſtri. coram ipō
inq̄t miniſtraui. Item ſtabi
litas in perſeuerādo: q2 debent eſſe firmi. In ſyon inq̄t fir-
mata ſum. Item ſinceritas in mūde viuēdo: q2 ſcʒ ipſi ſūt
in ciuitate ſanctificata. Item cōcorditas in pacem ſeruan
do: q2 ipſi debent ſimul requieſcere: ſimiliter inq̄t requieui
Dico igit̄. q̄ illi q̄ in eccleſia habitāt debent eſſe humi-
les ad obediendū: q2. ſ. ipſi debent eſſe miniſtri. Miniſtra-
ui inq̄t. Miniſtrare em̄ nomē eſt humilitatis: nomē etiam
ſedulitatis: q2. ſ. habitatores eccleſie debent eſſe ſeduli i mi
niſtrando: ⁊ humiles in obediendo. Unde in pſ. dicit̄. Fi-
lij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabūt: ⁊ ſemen eoꝝ in ſeculum dirige-
tur. Dicit̄ em̄ in euāgelio. Qui mihi miniſtrat me ſequat̄:
⁊ vbi ſum ego: illic ⁊ miniſter meus erit. Om̄es em̄ q̄tquot
ſumus in eccleſia: ſumus miniſtri dei: quia ſicut dicit̄ He
bre. j. Om̄es ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi.
Inſuꝑ dico q̄ nos debemus eſſe ſtabiles ad ꝑſeueran-
dum: quod oſtēdit̄ in verbo firmata. Firmati em̄ debem⁹
eſſe in fide: ⁊ in bonitate. Quia ſicut ſtelle in habitaculis
ſuis firmiter ꝑſeuerant: ita q̄ nunq̄ʒ a lumine ſuo deficiūt
nec a locis ſuis cadunt. Sic nec nos debem⁹ cadere a lo-
co noſtre ꝓfeſſionis: nec a lumine fidei: gratie ⁊ deuotiōis
Iuxta illud Ecci. v. Eſto firm⁹ in via domini. Quia ſicut
dicit̄ in pſ. Non cōmouebit̄ ineternū q̄ habitat in hieruſa
lem. Deniq; debemus eſſe ſinceri ad caſte viuendū: q̄d
oſtēdit̄: q2 ipſi habitant in ciuitate ſanctificata. Nō em̄ de
cet immūdam perſonā eſſe ⁊ habitare in loco ſancto: q2. ſ.
inter locatū. ⁊ locū debet eſſe ꝓportio: q̄d ſatis poteſt figu
rari Exod. iij. Et Ioſue. v. vbi dicit̄. Tolle calciamēta de
pedibus tuis. Locus em̄ in quo ſtas terra ſancta eſt. Cal-
ciamenta em̄ que de pelle ⁊ carne mortua fiunt poſſunt ſi-
gnificare carnalitatem ſeu carnis peccata: que ꝓcerto illi
debent a ſe tollere: q̄ in terra ſancta eccleſie digne voluerit
habitare: vt ſic cuilibʒ tali dicat̄ illud pſ. Tu aūt in ſancto
habitas laus iſrael. Debemus igit̄ eſſe ſinceri ad caſte vi-
uendum. Adhuc dico q̄ nos debem⁹ eſſe cōcordes ad
pacem tenendū: quod oſtendit̄ cū dicit̄. Similiter req̄eui
Illi em̄ q̄ ſimiliter habitāt ⁊ morant̄: in pace ⁊ concordia
vt cōmuniter quieſcūt ⁊ verſant̄. Patet de ſtellis que ſili-
ter in celo ſunt ſite: quarū altera locū alterius nō inuadit.
nec ipſam in ſuis motibus retardat ſeu impedit. Queque
em̄ ſtelle cōtente ſunt locis ⁊ orbib⁹ ſuis: ⁊ ideo inter ſe pa
ce ⁊ ordine perpetuo quietant̄ ſicut dicūt aſtrologi: ⁊ etiā
ſicut dicit ſcriptura Ecci. xvj. vbi loquit̄ de corporib⁹ cele-
ſtibus dicēs. Q2 vnuſquiſq; proximū ſuum nō coartabit.
Apes etiam q̄ ſimul habitāt: pacifice inter ſe q̄eſcunt ⁊ vi-
uunt. Generaliter em̄ om̄ia q̄ ſimul habitāt ⁊ in ſocietate.
viuūt vt cōmuniter in pacis ⁊ cōcordie tranq̄llitate. ad de
notandū q̄ nos alij q̄ in religiōe. in eccleſia. in collegijs ſi-
mul viuim⁹ ⁊ manem⁹: in pace ⁊ cōcordia habitare et re-
q̄eſcere debem⁹. Alter em̄ nō debet alterū ledere nec pacē
ipſius perturbare. Similiter inq̄t requieui: vt dicat q̄libet
de pace religionis illius illud pſ. Hec requies mea in ſecu
lum ſeculi hic habitabo quoniā elegi eam. Et ideo de tali
cōmuni. cōcordi ⁊ pacifica habitatiōe que debet eſſe inter
nos in eccleſia. q̄ʒq̄ʒ ſim⁹ natiōe ⁊ cōditione diuerſi. poteſt
dici illud Eſaie. xj. Habitabit lupus cū agno ⁊ pardus cū
hedo accubabit. Uitulus ⁊ leo ⁊ ouis ſimul morabuntur.
Uitulus ⁊ vrſus paſcent̄ ſimul. q. d. nulli debēt eſſe tādi-
uerſe cōditionis ⁊ natiōis: q̄n debeāt eſſe ſimilis charitat̄
pacis ⁊ dilectiōis. q̄m ſunt eiuſdem ſocietatis ⁊ habitatōis
Sic igit̄ patēt quatuor genera ꝑſonarū q̄ debent in eccle-
ſia habitare. Sed heu prochdolor q̄ʒ multi ſunt hodie in
iſta hieruſalem. i. in eccleſia habitatores alterius cōditio-
nis: q2 procerto hodie habitāt in eccl'ia habitatores. Non

Pacifici ſed venefici.
Sctificati ſ; maculati.
Stabiles ſed debiles.
Sedulii ſed emuli.
Humiles miniſtratores

ſed ſuperbi imperatores. Et iō
ꝓchdolor ſcriptura plāgit Eſa
ie. j. Quomodo inq̄t facta ē me
retrix ciuitas fidelis: plena iu-
dicij. iuſticia habitauit i ea. nūc
aūt homicide. Et. j. Machab. j. dicit̄. Fugerūt habitato-
res hieruſalem ⁊ facta eſt habitatio exteroꝝ: ⁊ facta eſt ex
tera a ſemine ſuo: ⁊ nati eius reliquerūt eā. Quia ꝓcerto
chariſſimi ciuitas eccleſie: que dudū dicebat̄ hierl'm ꝓpter
pacis vnitatem. Fidelis ꝓpter fidei firmitatem. Plena iu
dicij ⁊ iuſticia ꝓpter equitatē. Modo inq̄t prochdolor: fa
cta eſt meretrix ꝓpter venalitatē ſymonie. Ibi habitāt ho
micide ꝓpter malignitateʒ inuidie. Habitatio eſt exteroꝝ
id eſt. peccatoꝝ ꝓpter ſubuerſiōem iuſticie. Extera eſt a ſe
mine ſuo. Semē em̄ de quo fuit ſemiata eccleſia. fuit gens
iuſta. a qua. ſ. nūc facta eſt multipliciter aliena Math. xiij
Dn̄e nōne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo. vnde igit̄ ha
bet zyzania? Inimicus homo hoc fecit. i. dyabolus. Dya-
bolus em̄ ſeminauit ibi zyzaniā. i. malos habitatores: figu
ratos in illo cadino. q̄ ſeminauit in agro dentes ſerpentis
de q̄bus nati ſunt milites armati q̄ ſe mutuo occiderūt: ſi-
cut ponit Ouidius li. iij. fabula. j. Sic vere dybolus hodie
ſeminauit in agro eccleſie dētes ſerpētinos. i. homies pec-
catores ⁊ venenoſos: q̄ etiā transformant̄ in milites: q2. ſ.

ad literā multi ſunt q̄ actus ⁊ habitꝰ agunt ⁊ deferūt ſecu-
lares. etiam ſeinuicem occidūt: qꝛ. ſ. diſcorditer ⁊ irreligio-
ſe viuūt. De talibus igiť malis habitatoribus diciť Apoc.
.xviij. Cecidit cecidit babylon ciuitas illa magna: ⁊ facta ē
habitatio demonioꝝ. ⁊ oīs ſpūs immūdi: ⁊ oīs volu-
cris immūde ⁊ odibilis. Demones q̄ nunq̄ꝫ poſſunt ꝯuer-
ti ſignificāt obſtinatos. ſpūs immūdi ſignificāt ypocritas
fictos ⁊ luxuria maculatos: ⁊ licet ſpūales appareant car-
nis immundicia defedatos: volucres etiā odibiles. que ſcꝫ
de nocte clamant: detractores ⁊ verbis friuolis effrenatos
ſignant. talibus diciť Luc. xj. Qꝛ vnus immūdus ſpiritus
aſſumit alios ſeptem nequiores ſe. ⁊ ingreſſi habitant ibi.
Non ſic igitur chariſſimi non: ſed ſint ibi habitatores.

Boni ⁊ non mali.
Sancti ⁊ non ficti.
Perfecti ⁊ nō infecti.
Pacifici ⁊ n̄ malefici.

Quia ꝓcerto ſicut dictū eſt iſta eſt habitatio ſpiritalis que eſt frequentanda. Et hec eſt ſcḋm ꝑncipale. De malis aūt habitatoribꝰ eccīe potes dicere ſicut infra. §. ſequēti vbi agiť de habitatoribꝰ mūdi.

Tertio dico ꝙ eſt habitatio mūdialis: que eſt deteſtāda.
Et de iſta poſſunt dici multa q̄ non poſſunt portari modo.
Si eīm oīa exempla que faciūt ad ꝓpoſitū vellemus po-
nere. dies forte nō ſufficeret ad ſcribēdū. Breuiter tn̄ poſ-
ſumus dicere ꝙ iſta eſt illa habitatio de qua ſcribiť Eſaie
.xiij. vbi loquiť de ciuitate babylonis. Nō habitabiť inq̇t.
Et reddit rōnem. Quia inq̇t nō ponet ibi tentoria arabs.
nec paſtores requieſcent ibi: ſ; requieſcent ibi beſtie. ⁊ replebū-
tur domꝰ eoꝝ draconibꝰ: ⁊ habitabūt ibi ſtrutiones: ⁊ piloſi
ſaltabūt ibi: ⁊ reſpondebūt ibi vlule in edibꝰ eiꝰ: ⁊ ſyrene
in delubrijs voluptatis. In quibus verbis oſtendiť ꝙ iſte
mūdus nō debet mētaliter habitari: qꝛ eſt locus ambitio-
ſus. Ibi eīm nō habitat arabs q̄ interpretať humilis: qꝛ eſt
locus penurioſus. Ibi nō ſunt paſtores. i. aliqui qui alios
poſſunt paſcere: qꝛ eſt locus laborioſus. Ibi eīm nō requie-
ſcunt. ſ. habitatores: qꝛ eſt locus periculoſus. Ibi etiā ſunt
multa genera beſtiarū. q̄ ſcꝫ periculū inducūt. Vñ etiā no-
ta ꝙ ibi habitant vniuerſa genera peccatoꝝ. Sunt eīm ibi
carnaliter viuentes beſtie. crudeliter vrentes dracones. q̄
ſcꝫ ignem ſpirant. Letaliter torpentes ſtrutiones. ſ. q̄ ſunt
aues ponderoſiſſime ſignificātes ocioſos. Inaniť gauden-
tes. Piloſi inq̇t ſaltabūt ibi. Verbaliter mordētes. Vlule
inq̇t: q̄ ſunt aues de nocte vlulantes. i. in abſentia detrahē-
tes. Fallaciter fraudētes ſyrene q̄. ſ. ſuis cantibus faciunt
nautas dormire. De iſtis igiť habitatoribꝰ ⁊ peccatoribꝰ.
De iſtis ciuibus ⁊ gentibꝰ. De iſtis animalibꝰ ⁊ criminali-
bus: a q̄bꝰ mūdus iſte diuerſimode habitať: poſſemꝰ mul-
ta dicere: ſed longū eſt omnia dilatare. Solum igiť ſuffici-
at ꝙ mūdus eſt habitatio maloꝝ plus q̄ bonoꝝ: vt de hoc
dicať illud Ezech. xxv. Dabo rabath in habitaculū came-
loꝝ. Et iſta habitatio nō eſt ſequēda ſed potius fugienda.
Iuxta illud Hiere. xlix. Non habitabit ibi vir: nec incolet
eam filius hominis. Vir eīm. i. pſone vituoſe ⁊ pfecte. Fili-
us. i. pſone humiles ⁊ deuote. Hominis. i. pſone rōnales ⁊
diſcrete nō habitāt hodie in mūdo: ſed ꝓcerto ibi habitāt
moab ⁊ agareni. Gebal ⁊ amon ⁊ amalech. alienigene cuꝫ
habitantibꝰ tyrū. Expone ſi vis et vide interpretationes.
qꝛ nimis eſſet longū ꝓſequi. Et potes notare quomō inter
animalia q̄dam habitāt in igne: ſicut ſalamādra. Iſti ſunt
auari q̄ in igne auaricie ſemꝑ manent Eſa. xxxiij. Quis ex
vobis poterit habitare cū igne deuorāte. Item q̄dam ha-
bitant in aquis ſicut crocodilli. Iſti ſunt guloſi ⁊ luxurioſi
De q̄bus Iob. xxvj. Ecce gygātes gemūt ſub aq̇s ⁊ q̄ ha-
bitant cum eis. Item q̄dam habitant in mari ſicut draco-
nes. Iſti ſunt inuidi ⁊ detractores: ⁊ etiam iracūdi. q̄ ſemꝑ
viuūt in amaritudine ⁊ dolore. Iſti eīm more draconis ſpi-
rant verba flamea ⁊ vrentia. Vnde eis diciť illud Ezech.
.xxxij. Leoni gentiū aſſimilatꝰ es: ⁊ draconi qui eſt in mari
Ideo talibꝰ dr̄ Soph. ij. Ve q̄ habitatis funiculū maris.
gens ꝑditoꝝ: cuꝫ iſtis habitauerat Ezechiel. Ezech. ij. Cui
dr̄ impij ⁊ ſubuerſores ſunt tecū: ⁊ cum ſcorpionibꝰ habi-
tas ⁊c. Multa nimis poſſemꝰ dicere: ſed ſolū ſufficiat qḋ
talibus habitatoribus dr̄ Hiere. xlix. Pauor: ⁊ fouea: ⁊ la-
queus. ſuꝑ te o habitator moab. Quia breuiter mūdi habi-
tatores ſunt hodie in pauore vrgenti timoris ⁊ triſticie: in
fouea ꝓfunda luxurie. in laqueo ſtringenti auaricie. Itē
potes ſi vis applicare de habitatoribꝰ chananeoꝝ. philiſti-
noꝝ ⁊ alioꝝ pluriū nominū quos in ꝯcordantijs poteris
inuenire. ſ; obmiſi ꝓpter tedium ꝓlixitatis. Iſtud tamē nō
omitto ꝙ hmōi habitatores finaliter diſſipabunť: ⁊ penis
infernalibꝰ punienť: quia ſicut diciť Amos. j. Diſperdam
habitatores de azoto. Et ibidem diſꝑdam habitatores de
campo ydoli. Iſta eſt igiť habitatio mūdialis deteſtanda.

Quarto dico ꝙ eſt habitatio corꝑalis. In iſta eīm habi-
tant mortales ꝑ tꝑe huiꝰ vie. Iſta eīm eſt ſimilis habitacu-
lis tartaroꝝ: q̄ ꝯtinue ſunt in motu. Cū eīm viuāt de aīali-
bus: ⁊ neceſſe habeāt de paſcua ad paſcuā ſe trāſferre: nuſ-
q̄ꝫ volūt edificare ciuitates vel domos: immo ſolū faciunt
ſibi habitationes portatiles vbi manēt. Sic nos cū nō ha-
beamus hic manentē ciuitatē ſ; futurā inq̇rimꝰ Heb. xiij.
Non decuit ꝙ habitatio corꝑis nr̄i eſſet multū fortis: ſed
potius mobilis ⁊ portatilis: q̄ iuxta votuꝫ cito qn̄ mutari
erit neceſſe de vita ad mortē: vt ad eternā ⁊ ſolidā habita-
tionem celeſtem veniamꝰ. cito poſſit deſtrui ⁊ diſſolui. De
quo. ij. Cor. v. Scimꝰ q̄m ſi terreſtris domus noſtra huiꝰ
habitatiōis diſſoluiť. edificatiōem ex deo habemus domū
nō manu factam: ſ; eternā in celis. Nam ⁊ in hoc ingemi-
ſcimus habitatiōem nr̄am q̄ de celo eſt ſuꝑindui cupiētes
Iſta eſt igiť habitatio corꝑalis toleranda.

Quinto dico ꝙ eſt habitatio infernalis q̄ eſt formidāda. Iſta eſt eīm ha-
tatō tenebroſa. doloroſa. tedioſa. clamoſa ⁊ odioſa. De iſta
habitatione diciť Apoc. xviij. Cecidit cecidit babylon: ⁊ fa-
cta eſt habitatio demonioꝝ: ⁊ oīs volucris immūde ⁊ o-
dibilis. Demonia eīm ſunt inuidi ⁊ obſtinati. Volucres ſu-
perbi ⁊ eleuati. Immūdi ſunt luxurioſi ⁊ maculati. Odi-
biles ſunt detractores ⁊ in ſmonibꝰ effrenati. Infernꝰ eīm
eſt habitatio taliū iniquoꝝ: qꝛ ſic dr̄ Iob. xxvj. Ecce gigan-
tes gemūt ſb aq̇s: ⁊ q̄ hitant cū eis. Sub aq̇s. n. eterne mi-
ſerie gemūt deſꝑati gigātes. i. demones: ⁊ q̄ habitāt cū eis
. ſ. dānati pctōres. Iſta ē igiť hitatio infernalis q̄ eſt formi-
dāda. Et ſic pꝫ ꝙ q̇ntuplex ē habitatio hūana. Quedam

Formidanda.
Toleranda.
Deteſtanda.
Frequētanda.
Affectanda.

Vltimo poſſumꝰ aliq̇d dicere de habitatione diuina. Et de hac poſſumꝰ dicere ꝙ deus vult habitare ſpūaliter in corde humano. Iuxta illud Eph. iij. Habitare xp̄m ꝑ fidē in cordibꝰ vr̄is. Verūtn̄
ſicut apes volūt habitare in loco mūdo. in loco q̇eto. in lo-
co odoroſo. in loco nō ventoſo. in loco nō fumoſo. quia. ſ.
apes odiūt fumū. ventū. fetorē. clamorē. Sic vere ſpūaliť
deus vult habitare in corde mūdo. ꝑ ſanctitatē pſ̄. Tu au-
tē in ſancto habitas laus iſrael. Item in loco q̇eto per loci
trāquillitatē: qꝛ ſicut dr̄ in pſ̄. Factus ē in pace locus eius
⁊ habitatio eius in ſyon. In loco odorifero ꝑ virtutū aro-
maticitatem. vnde Cañ. viij. Que habitas in hortis. ami-
ci auſcultant te. Vñ facto fumo aromatū in domo dn̄i. iij.
Regū. viij. Dixit ſalomon ꝙ dn̄s dixit qḋ habitaret in ne-
bula. In loco vbi nō ſit ventus ſuꝑbie ⁊ vanitatis. vbi nō
eſt fumus infamie ⁊ iniq̇tatis: vbi nō eſt fetor luxurie ⁊ fe-
ditatis: vbi nō eſt clamor diſcordie ⁊ rixoſitatis. vñ ipſe di-
xit Eccī. xxiiij. Ego ſapīa habito in ꝯſilio: ⁊ eruditat̄ inter-
ſum cogitationibꝰ. Item ibidē. Ego in altiſſimis habito: ⁊
thronus meus in columna nubis. Vbi nota ꝙ deus ſpūa-
liter habitat In locis eleuatis ꝑ mentis ſublimitatē. Ego
inquit in altiſſimis habito. In locis quietatis ꝑ pacis trā-
quillitatem. Thronus inq̇t meus. q̄. ſ. debet eſſe locus q̇e-
tus. In locis roboratis ꝑ mentis ſtabilitatem. In colum-
na inq̇t. q̄. ſ. debet eſſe firma. In locis irrigatis ꝑ dulcē be-
nignitatem. nubis inq̇t que. ſ. ſtillat pluuiā: ſ; longum eſſet
ꝓſequi: ⁊ ideo ſufficit qḋ dictum eſt. Et vide. ſ̄. de domo.
⁊. j̄. de manere. de loco. de ſtare. de ſedere. de morari.

Habundare. Habūdantia.

Nota ꝙ habundātia. repletio. ſufficientia. fertilitas. fecū-
ditas idem videnť ſignifificare. Et quia habundantia vi-
deť ſignificare diuitiarum plenitudinem: ⁊ ſuperius ſatis
de diuitijs tam ſpiritualibus q̄ temporalibus eſt tractatū
ideo parū intēdo dicere quo ad pn̄s. Hoc iciť ſolū notabi-
mus ꝙ quadruplex habundātia inueniť. ſ. Habundantia

Proſperitatis.
Iniquitatis.

Prima eſt habundatia periculoſa.
Scḋa eſt habundantia pernitioſa.

Calamitatis. Tertia eſt habundantia faſtidioſa.
Felicitatis. Quarta eſt habundantia ſolacioſa.
Diuinites habundant in diuitijs. Dico igitur ꝓmo ꝙ
Perverſi habundant in neqcijs. eſt habūdantia diui
Juſti habundāt in iuſticijs. tiarū ⁊ in iſtis plus
Paupes habundāt in triſticijs. habūdant qnq; ma
Damnati habundant in ſupplicijs. li ꝙ̄ boni. Vn̄ Job
Beati habundant in ſolacijs. xij. Habūdāt taber
nacula ꝑdonum q̄ audacter ꝓuocant deū. Sicut eñi vide
mus ꝙ arbores ſilueſtres q̄ nihil valent plus habūdāt in
fructibꝰ ꝙ̄ domeſtice ⁊ bone. Anialia etiā mala ⁊ fere ſicut
ſunt canes. lupi ⁊ leones. plus habūdāt in filijs ꝙ̄ anima-
lia bona. vtilia ⁊ domeſtica: ſicut ſunt boues ⁊ oues: q: ſcȝ
bos nō hēbit niſi vnū fetū in āno. Canis aūt vl' lupꝰ hēbūt
forte. xij. Sic vere illi q̄ ſunt mali. inutiles ⁊ ꝑuerſi plus ha
bundant hodie in fructibꝰ bonoꝝ. tpaliū Habūdant. n. in
Scientijs ſecularibus. Habent igiṫ iſti habundātiā
Amicitijs popularibꝰ. ſcientiarū Ro. xiiij. Vnuſq̄ſq;
Delicijs corꝑalibus. in ſuo ſenſu habundat. Et ta-
Diuitijs tēporalibus. mē dr̄ Ecci. xix. Melior eſt ho
mo q̄ minuiṫ ſapiā ⁊ deficiēs ſenſu in timore dei. ꝙ̄ q̄ habū
dat ſenſu ⁊ tranſgreditur legem altiſſimi. Item habent ha
bundantiā amiciciarū pſ̄. Vxor tua ſicut vitis habūdās in
lateribus domꝰ tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarū ⁊c̄. Itē
iſti habēt habūdantiā deliciarū pſ̄. Cibaria miſit eis in ha-
bundātia: ⁊ pluit ſuꝑ eos ſicut puluerē carnes ⁊c̄. Sequiṫ
Adhuc eſce coꝝ erāt ī ore coꝝ ⁊ ira dei deſcēdit ſuꝑ eos ⁊c̄.
Itē iſti hn̄t habūdātiā diuitiaꝝ pſ̄. Ecce ipſi pctōres ⁊ ha-
būdātes ī ſecl'o obtinuerūt diuitias Et nō ꝙ iſta habūdātia
Aufert mentis humilitatem. Aufert mentis humilita-
Confert culpe iniq̄tatem. tem: q: ſicut galline ī eſta-
Affert vanā iocunditatē. te habūdantes nō dignan
Infert falſaȝ ſecuritatem. tur venire quando vocan
tur: ſic nec peccator. Vnde Hiere. xxij. Locutus ſum ad
te in habundantia tua dixiſti non audiam. Item iſta con-
fert magnam iniq̄tatē. vnde Ezech. xvj. Hec fuit iniq̄tas
ſodome ſororis tue. habūdātia panis ⁊ ſuꝑbia vite. Sicut
eñi habūdantia humoꝝ ſolet cauſare infirmitates: ſic ha-
bundātia diuitiarū ſolet inducere iniq̄tates. Item iſta af-
fert vanā iocūditatē pſ̄. Induti ſunt arietes ouiū ⁊ valles
habūdabūt frumēto. clamabūt. etenim ymnū dicēt. Item
iſta infert falſam ſecuritatē. vn̄ habūdantes videnṫ dicere
illud pſ̄. Ego dixi in habundātia mea nō mouebor ineter-
nū. Videṫ eñi diuitibꝰ ꝙ ſtatus coꝝ nō pōt mutari ⁊ ꝙ eo
rū fortuna nō pōt ꝑire: nec vita coꝝ deficere. Et tñ iſti debe
rent attēdere ꝙ poſt vaccas pinguiſſimas ſucceſſerūt vac
ce macerrime q̄ precedētes deuorauerūt. ſicut dr̄ Gen̄. xlj.
qđ ſignificauit (ſicut ibidē exponiṫ) ꝙ poſt magnā habun
dantiā tpalem. ſequiṫ qn̄q; magnū infortuniū ⁊ pauꝑtas
⁊ in vita hac ⁊ in futura. Sequunṫ inq̄t anni ſeptem tante
ſterilitatis. vt obliuioni tradaṫ cūcta retro habūdātia. Et
tñ iſti ſemꝑ deberēt hr̄e oculum ad futuros caſus ⁊ ad in-
fortunia: q̄ pn̄t contingere ſaltem in vita futura. De q̄bus
diciṫ Ecci. xviij. Memento inq̄t pauꝑtatis in die habun-
dantie: ⁊ neceſſitatis in die diuitiarū. A mane vſq; ad ve-
ſperā imutabiṫ tēpus ⁊ hec oīa citata in oculis dei. Nā
ſi tales bene talia ꝯſiderarēt. de ſua habūdātia paupes ad
iuuarēt. iuxta illud. ij. Coꝝ. viij. Veſtra habūdātia coꝝ in-
opiā ſuppleat ⁊c̄. Iſta eſt igiṫ habūdātia diuitiarū. Se
cūdo dico ꝙ eſt habūdātia neq̄ciarū ⁊ iſta eſt ſicut habun
dantia maloꝝ humoꝝ q̄ citius mortem inducit eternam.
De iſta loquiṫ Matth. xxiiij. Quoniā habūdabit iniqui-
tas: refrigeſcet charitas multoꝝ. Sicut. n. terra inculta ſo
let abūdare tribulis atq; ſpinis: ſic peccator q̄ ꝑ pn̄iam nō
coliṫ. pctis ⁊ vicijs habūdare. ꝓbaṫ. Iſti eñi habundant
In cogitationibꝰ ꝓſumptuoſis. Iſti eñi meditanṫ ꝓ
In ꝓlocutionibꝰ defectuoſis. ſumptuoſe Prouer.
In operationibus luxurioſis. . xxj. Cogitationes ro
In machinationibꝰ malicioſis. buſti ſemꝑ in habun
dantia. Itē ipſi garrulanṫ tumultuoſe ſeu ꝓloquunṫ de-
fectuoſe. Matth. xij. Ex habūdātia cordis os loquiṫ Pſ̄.
Os tuum abūdauit malicia et ligua tua ꝯcinnabat dolos.
Itē iſti maculanṫ luxurioſe. Vn̄ illud Ezech. xvj. Hec fu-
it iniq̄tas ſodome habūdātia panis ⁊ ſuꝑbia vite ⁊c̄. Iteȝ
iſti machinanṫ malicioſe. vn̄ illud pſ̄. Os tuū habundauit
malicia ⁊c̄. ⁊ Jac. j. Deponētes oēm immūdiciā ⁊ abūdā
tiam malicie ⁊c̄. Aduerte tñ ꝙ ſepe fit ꝙ vbi multa vicia
habūdauerūt: multe virtutes poſtea ſuꝑabūdāt. Nā ſicut
videmꝰ ꝙ valles in q̄bus aq̄ ⁊ feces habūdāt: ſolent poſt
receſſum feciū ⁊ aquarū in fructibꝰ amplīꝰ habūdare. Sic
vere ſepe fit ꝙ q̄nto in homie habūdauit amplīꝰ copia fe-
cium ⁊ aquarū. i. viciorū ⁊ pctōꝝ. tāto poſt receſſum hmōi
⁊ poſt pactā pn̄iam ſolet in ipſo habūdare amplior copia
fructuū bonoꝝ operū ⁊ virtutū. q: ſicut diciṫ Roꝝ. v. Vbi
habūdauit delictū: ibi ſuꝑhabūdauit ⁊ grā. Sicut eñi cau
ſa talis fertilitatis eſt lutū et humor q̄ remanet poſt receſ-
ſum aquarū: ita ꝙ locꝰ ille fertilior efficiṫ ꝓpter hmōi aq̄s
q̄ fuerūt ibidē: ꝙ nunq̄ fuiſſet ſi aque hmōi inibi non fuiſ-
ſent. Sic vere ſepe fit ꝙ illi q̄ in luto pcti habūdauerūt. ꝓ-
pter hoc fiūt finaliter meliores. Remanet eñi q̄dam limꝰ
. i. q̄dam memoria ꝓteritoꝝ vicioꝝ. ꝓpter quā mens ſpūa-
liter diſponiṫ: ⁊ ad ꝓducendū bonos fructus habilior effi
citur: ⁊ ſic ſolet eſſe in opibꝰ habūdātior ꝙ̄ fuiſſet: ſi lutum
pctōꝝ nō ꝓceſſiſſet. Iſta apparuerūt in paulo: ⁊ in magda
lena: q̄ rōne ꝓcedentiū pctōꝝ facti fuerūt vltimo meliores
Deus eñi ſcḋm Iſido. Non reſpicit q̄les antea vixerimus:
ſed quales in fine erimꝰ. Iſta eſt igiṫ habūdātia neq̄ciarū
Tertio dico ꝙ eſt q̄dam habūdātia iuſticiarū. Et illa eſt
qua ſancti viri habūdāt in virtutibꝰ in hoc mūdo. Propṫ
qđ ipſi habūdabūt bonis celeſtibꝰ in futuro. Habūdātia
eñi floꝝ eſt cauſa habūdātie fructuū futuroꝝ: nec pōt ha-
beri fructuū copia. niſi preceſſerit florū habūdātia. Sic ꝓ-
certo niſi floꝝ. i. virtutū ⁊ gratiarū copia habūdemꝰ. habū
dare finaliter fructibꝰ celeſtibꝰ nō valemus. Et ideo diciṫ
Math. v. Niſi abūdauerit iuſticia vr̄a plus ꝙ̄ ſcribarū et
phariſeoꝝ nō intrabitis in regnū celoꝝ. De iſta habūdan-
tia loquiṫ Gen̄. xxvij. Det tibi deꝰ de rore celi ⁊ de pingue-
dine tre habūdātiā. Vbi nō ꝙ nos debemꝰ habūdare In
Dulci pietate. Rore inquit. Ros eñi habet naturam
Mentis puritate. Celi inquit. humidiorē. Celū habȝ na
Moꝝ benignitate. Piguedie. turā ſimpliciorē ⁊ purio-
Mētis hūiditate. Terre inq̄t. rē. Pinguedo habet na-
turā ſuauiorem. Terra vō habet naturā infimiorē. Si vis
vide. ſ. de bn̄dictione: vbi poniṫ illa auc̄tas. In rore celi ⁊
pinguedine terre erit bn̄dictio tua. In iſtis eñi habundat
Juſticia oīa ponderās. De habūdanti iuſticia dici
Tꝑantia oīa moderās. tur Prouer. xv. In habun
Sciētia cūcta ꝯſiderans. danti iuſticia virtus maxi-
Amicicia cūcta ꝯfederans. ma eſt. De habūdāti tꝑan-
Clementia ſemꝑ exuberās. tia diciṫ Philip. iiij. Scio
Patiētia grauia tolerans. habundare ⁊ ſcio penuriā
pati ⁊c̄. De habūdāti ſcientia diciṫ Ecci. xxj. Sciētia ſapiē
tis tanq; inundatio habundabit. De habundāti charitate
ſeu amicicia dicitur Philip. j. Charitas vr̄a magis ac ma-
gis habūdet. De habūdāti clemētia. dr̄. ij. Coꝝ. ix. Habun
detis in oīe opus bonū: ſicut ſcriptuȝ eſt. Diſperſit dedit
pauperibꝰ. De abūdati vō patiētia diciṫ. ij. Coꝝ. j. Sicut
habūdant paſſiones xp̄i in nobis: ita ⁊ ꝑ xp̄m abūdabit cō
ſolatio. Et. ij. Coꝝ. viij. Altiſſima pauꝑtas coꝝ abundabit
in diuitias ſimplicitatis coꝝ. Et breuiter oīs grā ⁊ virtu
tū ſufficiētia habūdat in ipſis. ij. Coꝝ. ix. Potēs eſt eñi deꝰ
oēm grām abundare facere in vobis. Iſta eſt igiṫ abūdā-
tia iuſticiarū. Quarto dico ꝙ eſt habundātia miſeriarū.
Et iſta eſt illa q̄ modo habundat in pauꝑibꝰ: q̄ recte ſunt
ſicut mare in cuiꝰ littoribꝰ ſolet harena amplīꝰ habūdare.
Quia vere nūc mare. i. circa paupes amaros ⁊ depreſſos
ſolet harena pōderoſa ⁊ aſꝑa. i. mūdi tribulatio ⁊ miſeria
habundātius inueniri. ij. Coꝝ. j. Habundāt xp̄i paſſiones
in vobis. Et Ecci. xj. Eſt hō marcidus ⁊ habūdās paupta
te: ⁊ oculus dn̄i reſpexit illum. Quinto dico ꝙ eſt habū
dantia ſupplicioꝝ ſiue penarū. Et iſta eſt in inferno: quia
ſicut hic habūdauerūt in culpa ita ibi habūdant in pena.
Sicut hic habundauerūt in peccatis: ita illic habūdant in
tormētis. Quia ſicut dr̄ in pſ̄. Deus retribuet habundāter
facietibus ſuꝑbiam. Sexto dico ꝙ eſt habundātia ſola
cioꝝ. Et iſta eſt illa quā habēt ſancti in patria. Ibi eñi ha-
bundat cordis iocunditas. ij. Coꝝ. j. Per xp̄m habūdabit
conſolatio. Item rerum facūditas pſ̄. Valles abūdabunt

frumento. Status ſecuritas Prouerb.j. Habundãtia per fruerís timoꝛe maloꝝ ſublato. Itē guſt⁹ ſuauitas ps. Ade moꝛiã habũdãtie ſuauitatis tue eructabũt: ⁊ iuſticia tua exultabũt. Itē pacis trãquillitas ps. Dũeč in diebus eius iuſticia ⁊ habũdãtia pacis. Ibi eñ fit pax in virtute tua et habũdantia in turribus tuis. Sed de iſta vide ſupꝛa in verbo habere in ſecũdo mẽbꝛo illius auctoꝛitatis. Habēti dabit̃ ⁊ habundabit. Et hoc ſufficit quo ad pſens. Uide.j. de Sterilitate ⁊ ſupꝛa de Fructib⁹: ⁊ in tabula: qꝛ in mult[is] lo cis fit mētio qualiter arboꝛes poſſunt diuerſimode in fructibus habundare ⁊c.

Barena. Nota q̄ cũ barena habeat aſperitatē. Ariditatē. Sterilitatē. Multiplicitatem. Inſtabilitatē ſm̃ varias eius pditiões poteſt habere diuerſas ſignificatões. Dico igit̃ q̄ inuenit̃ barena aſperitatis. que pnie deſignat ſtimulũ. Barena eñ ſua aſperitate ſoꝛdes vaſis abſtergit: ⁊ carpinat. ſua ariditate fluxũ maris ſiſtit ⁊ terminat: ſua ꝓprietate precioſa tegit ⁊ germiat. qꝛ.ſ. aurũ ⁊ lapides pcioſi tegunt̃ ⁊ gignunt̃ i barenis maris ⁊ fluminũ. Sic vere dico q̄ aſperitas pnie ſoꝛdes vicioꝝ abſtergit: qꝛ.ſ. ſicut barena ſua aſperitate licet tactũ offendat. vaſa tñ mũdat ⁊ purgat. Sic pnie vel tribulatiõis aſperitas: etſi coꝛpus offendat: aiam tñ purificat atq̄ polit. Quia.ſ. ſicut vaſa barena fricata ſolent ſplendere. Sic ſancti viri pnia tacti ſolent ſcĩetijs ⁊ moꝛib⁹ relucere. Oſee .j. Erit numerus filioꝝ iſrael quaſi barena maris. Itē iſta barena pnie fluxũ carnalitatis reſtringit. Sicut eñ dicunt phi. Siccitas barene ē cauſa q̄ mare nõ tranſit terminos ſuos. Sic ſiccitas abſtinētie que pniam comitat̃: oēm fluxum ſupfluitatis ſtringit Hiere.v. Poſui barenã terminũ mari. pceptũ ſempiternũ qđ non pteribit. Itē iſta barena pnie. lapides pcioſos ⁊ metalla diuerſarũ virtutũ generat atq̄ tegit. vñ Deutero.xxxiij. Inmolabũt victimas iuſticie. inundationē maris quaſi lac ſugent. theſauros abſcõditos barenaꝝ. Hec eſt igit̃ barena aſperitatis que penitētie deſignat ſtimulũ. Secũdo dico q̄ inuenit̃ barena frigiditatis ſiue ariditatis: que moꝛtalitatis deſignat cumulum. Barena eñ que eſt frigida. ſicca inſipida. ponderoſa ⁊ fluxus maris reſtrictiua. ſignat moꝛtē. que finis ⁊ terminus maris.i. fluctuoſe vite exiſtit: que humoꝛe voluptatis caret: ⁊ q̃ grauis: aſpa ⁊ inſipida ad guſtandũ ⁊ ad ſuſtinēdũ eſt. Un̄ illud Hiere.v. Poſui barenã terminũ mari ⁊c. Barena etiã ſignat põdus eterne tribulatiõis ⁊ moꝛtis.ſ. penã eternã. q̄ ſcʒ aſpa eſt ⁊ grauis: ⁊ q̄ fluxus ⁊ fluct⁹ maloꝝ terminat Iob.vj. Quaſi barena maris hec grauioꝛ.ſ. põdus pene eterne. Et ſicut in barena libie inueniunt̃ dracones. Sic mali finaliter habebunt habitaculũ in inferno. vbi toꝛquent̃ p demones Apoc.xij. Stetit draco ſup barenã maris. Uel ſi vis poſſes dicere: q̄ barena ſignat põdus timoꝛis vel ipm̃ timoꝛē moꝛtis: ⁊ inferni. q̄ flux⁹ carnalitatis reſtringit. Sed de hoc dic ſicut.ſ. dictũ eſt de pnia. De tali vo barena. quã.ſ. meli⁹ eſt ſuſtinere q̄ penã eternã. poteſt dici illud Prouer.xxvij. Graue eſt ſaxũ ⁊ oneroſa barena: ſʒ ira ſtulti vtroq̄ grauioꝛ. Hec eſt igit̃ barena ariditatis q̄ moꝛtalitatẽ deſignat cumulũ. Tertio inuenit̃ barena q̄ iniq̄tatis deſignat titulũ. Barena eñ cui⁹ eſt tanta ſterilitas q̄ nihil põt ibi creſcere. ſignat ſtatuʒ peccati in q̄ nullũ bonũ creſcit: qꝛ frigiditas indeuotõis ⁊ ſiccitas incopaſſionis. ponderoſitas pigritie. incõiunctibilitas diſcoꝛdie ⁊ inuidie. impediũt oẽ bonũ. Ideo de peccatoꝛe põt dici illud Ecci.xxij. Barenã ⁊ ſalē ⁊ maſſam ferri. facilius eſt poꝛtare q̄ hoiem imprudentē: fatuũ ⁊ impiũ. Quarto dico q̄ eſt barena multiplicitatis: que boni vel mali deſignat cumulũ: qꝛ.ſ. q̄nq̄ barena deſignat multitudinē bonoꝝ vel maloꝝ.ij. Regũ.xvij. Congreget̃ vniuerſus populus q̄ eſt ſicut barena maris. Un̄ de multitudine btoꝝ dicit̃ illud predictũ Oſee.j. Fili iſrael quaſi barena maris. De multitudine vo dãnatoꝝ dr̃ de nabuchodonoſoꝛ.i. de dyabolo Abac.j. Congregauit quaſi barenã maris captiuitatē. Mali eñ ſunt inumerabiles ⁊ imẽſurabiles vt barena Ecci.j. Barenã ⁊ pluuie guttas q̄s dinumerabit? Et Hiere.xxxiij. Nec metiri barene mari põt. Quinto dico q̄ eſt barena fluxibilitatis q̄ diuitiaꝝ deſignat riuulũ. Sicut eñ barene ſteriles ⁊ leues facile diſpgunt̃. Sic diuitie que etiã ſunt ſteriles ⁊ ſine fructu modico tribulationũ vento pdunt̃ ⁊ diſpgunt̃: ⁊ difficile cõgregant̃. nihil eñ habet ſtabilitatis. Et io domus pſcientie ruinoſa q̄ que fundata ſup barenã diuitiarũ phibet̃ Math.vij. Et ideo indignatiue loquit̃ dñs p̄tra ecclam barenis diuitiarũ habentē Hiere.ix. Dabo inq̄t irlm in aceruos barenarũ ⁊ in cubilia draconũ. Nauis eñ barene herens impedit̃ ne veniat ad poꝛtũ: ⁊ balena ne redeat ad pontũ. Et breuiter ſic barena modici eſt precij vel valoꝛis: ſic diuitie tpales reſpectu eternoꝝ Sap.vij. Omne aurũ in cõpatione illius barena eſt exigua ⁊c. Sufficiat de barena.

Barundo. Nota q̄ barũdo in bono ſumit̃ et in malo. In bono eñ ſignat virum humilem ⁊ obedientē. In malo vo ſignat virũ inſtabilem nec ſtare valentē. Signat dico in bono ſignato virũ humilem qui pꝛomptus obedit: qui ſicut arundo ſolet eſſe

Ad flatũ mobilis.
Ad tactũ fragilis.
Intus eſt vacuus.
Foꝛis pſpicuus.
Igniri facilis.
Menſuris abilis.

Conſtat eñ q̄ barũdo facile mouetur. Sic iuſtus ad flatũ ⁊ voluntates boni plati. vel ad inſpirationē ſpiritusſcti faciliter agitat̃. vñ de btõ Iohãne dicit̃ Math.xj. Quid existis in deſertũ: videre barũdinem vento agitatã? Itẽ barũdines facile caſſant̃. Sic iuſti in ſua reputatiõe valde debiles ſunt: veruntamẽ tãto ſunt foꝛtioꝛes quãto ſe reputãt fragilioꝛes. Sicut etiam ptʒ de barundine que cedenti vento non eradicatur nec frangitur vbi ma[gna] arboꝛ venti impetu frangeret. Et breuiter tales barũdines. ſcʒ iuſti ſunt intus vacui per voluntariã paupertatem. exterius ſplendidi ⁊ pſpicui per exemplarẽ honeſtatem. Facile igniunt̃ per ſanctiſpũs charitatem. Et p eos alij menſurant̃ per iuſticiã ⁊ equitatē. Et ideo de iuſto dicit̃ Apoc.xxi. Qz angelus ille de barundine aurea menſus eſt ciuitatem. Unde de iuſtis in barundineto paradiſi habitãtibus dicit̃ Sapieñ.iij. Fulgebũt iuſti: ⁊ tanq̃ ſcintille in barũdineto diſcurrēt: iudicabũt natões ⁊ dñabunt̃ pplis ⁊c. In malo vo ſignificato dic q̄ barũdo ſignat impium qui facile cedit. Barũdo eñ. id eſt. vir mũdanus eſt

Intus vacuus carendo gratia.
Flecti aſſiduus carens conſtãtia.
Foꝛis pſpicuus pre mũdi gloꝛia.
Moueri ſolitus iugi triſticia.
Ignibus dedit⁹ in valle ſtigia.

Quia.ſ. mũdan⁹ nullam habet virtutum plenitudinē. Nullaʒ habet cõſtantie aut ſiducie certitudinem.

Nullam habet diuinã pulcritudinē. Habet timoꝛis ⁊ triſticie mobilitatē ⁊ inq̄etudinem. Habet ad ignitioẽʒ infernalem valde mãgnã aptitudinē. De tali igit̃ barundine ⁊ eius inutilitate ⁊ incõſtantia dicit̃ Ezech.xxix. Fuiſti baculus barũdineus domui iſrl̃. quẽ cũ appꝛehenderũt manu pfractus es: ⁊ laceraſti humerũ eoꝝ (fatuũ eñ eſt confidere in p fiduciã) In talib⁹ eñ nihil eſt valens ad ſuſtētandũ: ſʒ bene valent ad bonos pcutiendũ ⁊ aceto potandum Marci.xv. Percutiebãt caput eius barundine ⁊c.

Baſta. Nota q̄ baſta ⁊ lancea ꝓ eodē ſupponũt. Cum eñ baſta poſſit ſignificare in bono ⁊ in malo. poſſum dicere q̄ cũ baſta ſit bellicũ inſtrumentũ ad ipugnãdũ hoſtē inoꝛdinatũ. qđ.ſ. dʒ eſſe Lõgũ. Rectũ. Planũ. Solidũ. Flexibile. Et acutũ. Baſta i bono ſignat

Uerbi diuini eloquentiã.
Oꝛationis efficaciam.
Crucis virtutẽ ⁊ memoꝛiã.
Seueritatem ⁊ iuſticiã.

Iſte eñ ſunt quattuoꝛ baſte q̄bus iuſti debent eſſe armati ad preliandum cõtra hoſtes aĩe. Figura.ij. Paralip.ix. vbi dr̃. q̄ Salomon fecit.cc. baſtas aureas. Et.ij. Paral.xxvj. dr̃ q̄ Oſias ꝓparauit exercitui clypeos. baſtas ⁊ galeas. ſic.ſ. xp̃s q̄ ē verus Salomon ⁊ oſias vult q̄ exercitus iuſtoꝝ baſtis hmõi ſit armat⁹. Uerbũ eñ dei eſt baſta predicatoꝝ qua debellant hereticos. demones ⁊ peccata.ſ. Paral.xj. Leuauit baſtam ſuã cõtra.ccc. vulneratos vna vice. Iſti tñ q̄nq̄ ſimilant̃ ſauli q̄ baſtam ſuã infigit in terram ⁊ obdoꝛmiuit. Et ideo dauid ſibi eam ſubtraxit. ⁊ etiam aque ciphum. Sic multi ſunt doctoꝛes q̄ baſtam verbi dei per coꝛruptam intentionē in terrenis immiſcent ⁊ obdoꝛmiunt in peccatis: ⁊ ideo merent̃ q̄ ſibi a dauid.i. a chꝛiſto ſubripiat̃.j. Paral.xj. Rapuit.ſ. banaia baſtam quã tenebat.ſ. vir egyptius: et interfecit eum. Item oꝛatio eſt baſta religioſoꝝ. Iſta.n.q̄ longa: perſeuerãs ⁊ recta

ſimplex ꝗ fuerit. dyabolū delonge ꝑcutiet.ij. Machab.v. Contigit in celo videri equites diſcurrētes auratas ſtolas habentes ⁊ haſtas. Item memoria crucis eſt haſta oīm deuotoꝝ. Iſta eſt haſta quā petiit dauid ſaulem fugiens ſibi dari.j.Reg.xxj. Da mihi haſtā vel gladiū. Item iuſticia eſt haſta prelatoꝝ. qua ſcʒ vtunt̄ pūgendo malos et tuendo bonos.j.Reg.xxvj. Ecce haſta regis tranſeat vnꝰ ⁊ tollat. Sed cum tamē ibi cōquerēdo dicit̄. Et nūc vbi eſt haſta regis.i.iuſticia prelatoꝝ.qſi diceret. Periit. Tali etiam haſta.ſ. executione iuſticie vtit̄ ipſe deus. Ipſe em̄ vti videtur quadruplici haſta. videlicʒ Haſta

Clementie hoſtem ſubijciendo.
Potentie iuſtis ſubueniendo.
Iuſticie beatos alliciendo.
Miſericordie iuſticiā tpando.

Haſta em̄ clementie hoſtem verberauit. ⁊ iſta fuit crux xpi qua ipſe cōtra demonē dimicauit ⁊ eum ibi moriēs ſupauit.j. Reg.j. Saul incūbebat ſup haſtā ſuam. Haſta potentie bonos liberauit. deus em̄ ſemp eſt paratꝰ ꝯtra inimicos noſtros vibrare haſtam iſtā ad nos iuuandū ⁊ liberandū.ij.Machab.xj. cuʒ pariter ꝓmpto animo ꝓcederet hieroſolymis. apparuit precedens eos eques in veſte cādida: aureis armis haſtam vibrans. Haſta iuſticie beatos ꝓmiabit. teſte em̄ Iuſtino. antiquus anteꝗ̄ inuenirent̄ ydola. haſte ⁊ lancee adorabantur loco deoꝝ. Cuiꝰ ſimile tangit Solinꝰ.c. de vent. in quo notat̄ ꝗ haſta iuſticie ⁊ maxime diuine ē precipue honorāda ⁊ etiam adorāda. nihil em̄ vtilius reipublice ꝗ̄ iuſticia. q: iſta mediāte mali puniunt̄ ⁊ boni ꝓmiant̄. Unde de beatis poteſt dici illud Abacuc.iij. Sol ⁊ luna ſteterūt in habitaculo ſuo in luce ſagittarū tuaꝝ ibunt. in ſplendore fulgurātis haſte tue. Aduerte aūt ꝗ ſicut haſta eſt flexibilis. ſic flexibilitas miſcđie ſemp debet haſtaʒ iuſticie comitari. Haſta em̄ melius ꝑcutit qn̄ vibrādo flectit̄ ⁊ mouet̄. Sic iuſticia prelati melius opat̄ ſi flexione miſcđie tempet̄. qđ etiā in correctionibꝰ appet vbi ſepe plus opat̄ benignitas ꝗ̄ ſeueritas ⁊c. Et iō ipe deꝰ ſp ſolet clementiā cū ſeueritate miſcere ps. Miſcđiam ⁊ iudiciū cātabo tibi dn̄e. Sic igr̄ ptʒ ꝗ qdruplex haſta bona repit̄ in ſcptura. Sʒ adhuc dico ꝗ i malo ſignificato inuenit̄ miltiplex haſta mala. vicʒ

Haſta detractionis.
Haſta tentationis.
Haſta dānationis.

De haſta detractiōis pōt dici illud .ij.Reg.ij. ꝗ abner pcuſſit aʒael in inguine auerſa haſta ⁊ occidit euʒ. Quia.ſ. mali cū haſta detractōrie lingue quaſi ex aduerſo ⁊ ab obliquo ſolent ſummope murmurare. De haſta tētationis qua.ſ. vtit̄ dyabolus contra nos pōt dici illud qđ de goliad dicit̄.j.Reg.xvij. ꝗ haſta eiꝰ erat quaſi liciatorium textoris. De haſta vō dānationis. di Nan.iij. Uox flagelli ⁊ vox impetꝰ rote ⁊ equi frementis. micātis gladij ⁊ fulgurātis haſte: ⁊ multitudinis interfecte. Fatui th vident̄ eſſe peccatores ſicut ille behemoth. đ quo dicit̄ Iob .xli. Quaſi ſtipulā eſtimabit malleū: ⁊ deridebit vibranteʒ haſtā. Quia.ſ. mali nō vident̄ haſtā eterne dānationis timere: ſʒ eaʒ potius deridere. vn̄ de ꝓſumptuoſis pōt dici illud Iob.xxxix. Cōtemnit pauorē nec cedit gladio. ſup ipſ ſonabit pharetra: vibrabit haſta. Ptʒ igit̄ quō haſta in bono ſumit̄ ⁊ in malo. Uide de lancea ⁊ de gladio.

Haurire. Cum haurire nihil aliud ſit ꝗ̄ aquam vel aliū liquorē de loco ꝓfundo extrahere. poteſt dici ꝗ ſm ꝗ multa ſunt que haurire poſſunt hauſtus diuerſimode ſignat in ſcptura. Unde nota ꝗ ego inuenio triplicem hauſtum bonum. videlicet Hauſtum

Sanguinis.
Luminis.
Fluminis.

Sanguinē hauriūt crucē meditātes. illi .ſ. q̄ deuote recogitāt mortē ⁊ ſanguinem paſſionis. exemplo auiū nobiliū quaruʒ vita eſt in ſanguine. Muſtela etiā occiſo cuniculo vel gallina delectat̄ hauriendo in ſanguine. Sic ſancti ⁊ deuoti viri ſumme delectant̄ hauriēdo ⁊ cogitando ſanguinem ieſu xpi Leuit.iiij. Hauriet de ſanguine vituli.i.xpi paſſi. ⁊ inferat illud in tabernaculū teſtimonij.i. interiora cordis ſui.p memoriā ⁊ cōpaſſionē. Itē lumē ſeu ignē hauriūt xpm diligentes. de quo Nu.xvj. vbi dr̄ aaron p moyſen. Tolle thuribulū: ⁊ hauſto igne de altari mitte incēſum deſup pergens cito ad ppl'm vt roges p eis. Aquā ſeu flumē hauriūt iuſte duerſantes. vicʒ ſcti viri: q̄ hauriūt a dn̄o aquā vite. De q̄ Ioh.iiij. Dn̄e da mihi hāc aquā. vt n̄ ſitiā iteꝝ neꝗ veniā huc haurire. Iuſti.n. hauriūt triplicē aquā vite.ſ.

Aquā ſcripture ⁊ eruditionis.
Aquā gratie ⁊ inſpirationis.
Aquā glie ſeu leticie ⁊ ꝯſolatōis.
Aqua ſcripture eſt vite puteꝰ.
Aqua gratie ē gratus alueꝰ.
Aqua glorie eſt tutus clypeus.

Primo igitur dico ꝗ aquā ſcripture hauriunt docti. Sicut em̄ dicit Iob.iiij. Mulier de ſamaria venit ad hauriendū aquā: ⁊ inuenit dn̄m ſupra puteū q̄ ipſaʒ in pluribus informauit. Sic deuota anima q̄ de ſamaria (que cuſtos intepetat̄) eſſe dicitur pro eo ꝗ ſeipſam a peccato cuſtodire conat̄: quādo venit ad haurendū aquā doctrine a puteo ꝓfundiſſimo ſcripturarū: ſtatim inuenit dn̄m inſpirātem ⁊ doctrinam ⁊ ſcientiam reuelantem. Iſta enim aqua haritur Ad

Simplices adaquandum.
Caſtrum anime muniendū.
Internā leticiā generādum.
Sitim auaricie temperandū.

Per tales em̄ hauſtū ſimplices adaquant̄: ⁊ per doctores in fide ⁊ moribꝰ informant̄. Unde doctor videt̄ dicere dn̄o illud Gen.xxiiij. qđ dicit virgo pulcerrima .ſ. rebecca ſeruo abrahe. Camelis tuis aquā hauriā donec cuncti bibāt: ⁊ effundens aquā in canalibꝰ recurrit ad puteum vt hauriret aquā: ⁊ hauſtaʒ omnibus camelis dedit. Iſta em̄ virgo ſignat purū ⁊ diligentem doctorem: q:ſ. doctores theologi e valde mūdi eſſe tenent̄. Iſte igr̄ de puteo ſcripture nō ceſſat haurire ⁊ rehaurire aquā doctrine ſtudendo ⁊ meditādo: ⁊ eam effundere docendo ⁊ predicando: donec camelos abrahā.id eſt. ſimplices chriſti adaquauerit ſagaciter erudiendo. Itē p talē hauſtū caſtrū anie munit̄. Conſtat em̄ ꝗ illi q̄ timēt obſidionē caſtri ſui. hauriunt aquā ad muniendū caſtrū. Sic nos q̄ ſemp ſumꝰ in periculo ꝗ caſtrū mētis p demones ⁊ hereticos impugnetur. debemꝰ aquā doctrine haurire: vt in tali periculo poſſimꝰ inimicis fidei cōtraire Nau.iij. Deuorabit ignis vectes tuos. aquā ꝓpter obſidionem hauri tibi. extrue munitiones tuas: intra in lutū ⁊ calca. Scriptura em̄ lutū dicitur: de qua per figulū.id eſt. p doctorem calcādo ⁊ ſtudendo vaſa pulcra formant̄. Item per talem hauſtū reges ⁊ principes iocundant̄ ⁊ recreant̄. vnde Ioh.ij. dicit̄. Or de aqua conuerſa in vinū architriclinꝰ bibit. Haurite inqt nunc ⁊ ferte architriclino. Et Prouerb.xviij. Qui inuenit mulierem beatā.id eſt. ſcripturam ſacram: inuenit bonū ⁊ hauriet iocunditatē a dn̄o. Item p talem hauſtū ſitis auaricie ⁊ cuiuſlibet mali deſiderij temperat̄. Unde Exo. .ij. Uir egyptiꝰ liberauit nos de manu paſtoꝝ: inſup ⁊ hauſit aquaʒ nobis: ⁊ potū dedit ouibꝰ. Aduerte tamē ꝗ multi ſunt q̄ bene hauriūt ſciam: ſʒ ꝓpter malū vſum couertit̄ eis in ſanguinē Exo.iiij. Quicqd hauſeris de fluuio vertet̄ in ſanguinem. Alij ſunt q̄ bene vadūt ad puteū vel ad ſtudiū ſcientie: ſed q: non curāt haurire vel addiſcere ſolent vacui reuenire Hiere.xiiij. Uenerūt ad hauriedū aquaʒ et nō inuenerūt: reportauerūt vaſa ſua vacua. Alij autē ſunt q̄ libenter haurirēt ⁊ addiſcerent ſed illi q̄ ſeruant puteū. ſcʒ doctores nō dignant̄ aperire veritatē nec ſimplices inſtruere vel docere. Unde holoferni dictuʒ eſt Iudith.vij. Iube cuſtodiri fontes vt nō hauriāt aquam: ⁊ ſic ſine gladio interficies eos. Patet igit̄ ꝗ aquā ſcripture hauriunt docti. Scđo dico ꝗ aquā gr̄e hauriūt iuſti. Dilata ſi vis Prouer.xij. q̄ bouꝰ eſt hauriet a dn̄o grām. Tertio dico ꝗ aquā glorie hauriūt beati Prouer.viij. Qui me inuenerit inueniet vitam ⁊ hauriet ſalutē a dn̄o. Et Eſaie.xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoris ⁊c. Sic igit̄ patet ꝗ a pleriſq; haurit̄ ⁊ acquirit̄. Potus aqueus. Hauſtus igneus. Liquor ſanguineus.

b **Ebreus.** Nota ꝗ hebreus interpretat̄ vincens vel trāſiēs. vel tranſitus iuſti. Per hebreos igit̄ poſſunt denotari ſancti viri. qui.ſ. in hoc mūdo ſunt ſicut in tranſitu ⁊ in motu: quia.ſ. nō habent hic manētem ciuitatē ſed futuram inquirūt ad Heb.xiij. Et ideo iuſſu dei vel ſuperioris carnē mundū ⁊ hoſtem vincūt: ⁊ cōtinue ꝓficiendo in melius ptrāſeunt atqʒ vadunt: ⁊ ideo apl's:ſ. qui in mūdo nihil ꝓprium poſſidebat de ſe ⁊ ſuis ſimilibꝰ dicebat.ij. Cor.xj. Hebrei ſunt ⁊ ego. Quia reuera ad religioſum ⁊ apoſtolicū virum ptinet ꝗ ſit verus hebreus.id eſt. per mundū nō adherendo trāſiens. ſed a mundanis potius fugitiuus.ſ.

Reg.xiiij. En hebrei egrediunt̄ de cauernis in q̄bus abſcō
diti fuerant.q.d. Iſti deberent de cauernis mūdani amo⸗
ris egredi ⁊ exire: ⁊ ibidem non ſiſtere nec manere. Et ad⸗
uerte ꝙ ad bonū hebreū ꝑtinet ꝙ Caueat prauā ſocietatē.
ꝙ arceat hoſtis crudelitatem. ꝙ videat celi ſublimitatem.
Uerus eñ hebreus praua ꝯſortia debet dimittere. hoc eñ
nō decet ꝙ mali ſint in ſocietate bonoꝝ. laici clericoꝝ.ſecu
lares religioſoꝝ.vñ Gen̄.xliij.dicit̄. Qꝛ illicitū eſt egyptijs
comedere cum hebreis. Item cūcta crudelia debet con⸗
fundere. Unde Iudith.xiiij. dicit̄. Qꝛ vna mulier hebrea
fecit cōfuſionē in domo Nabuchodonoſoꝛ regis: ⁊ hoc qꝛ
occidit holofernem. Item celi ſolacia debet aſpicere.ſ.ꝑ
cōtemplatiōem. Unde de Ioſeph q̄ fuit expoſitoꝛ ſomnio
rū ⁊ cognitoꝛ occultoꝝ.vt dicit̄ Gen̄.xlj. Qꝛ puer hebreus
erat i carcere qui ſcꝫ ſomnia expoſuit pharaoni. Ideo cō⸗
templatiui poſſunt dicere illud ꝑdictuꝫ.ij.Coꝛ.xj. Hebrei
ſunt ⁊ ego. Iſrahelite ſunt ⁊ ego. Iſrahelite eñ interp̄tan
tur vidētes deum. Sed ſi vis in malo ſignificato potes
dicē ꝙ hebrei ſignificāt pctōres: q̄.ſ.nihil habēt ſtabilis ne
qꝫ firmi.imo ſꝑ ſūt in trāſitu ⁊ i motu: ⁊ in volubilitate de⸗
ſiderioꝝ ⁊ fortuitoꝝ: qꝛ ſicut dī Eſa.lvij. Coꝛ impij q̄ſi ma
re feruēs: qꝺ quieſcere nō valet. Iſti eñ mali hebrei Sunt
Diſcordes ⁊ litigioſi. Qꝛ ſint diſcordes ⁊ ſine cha⸗
Imbecilles ⁊ defectuoſi. ritate.ptꝫ Exo.ij.vbi dicit̄.ꝙ
Rebelles ⁊ ꝓſumptuoſi. moyſes inuenit duos hebre⸗
os rixantes ad inuicē. Itē ꝙ ſint imbecilles ⁊ ſine ꝯſtātie
ſtrenuitate.patet.j.Regū.xiij.vbi dicit̄.ꝙ philiſtijm.i.de⸗
mones cauebant ne hebrei facerēt gladios aut lanceas vt
nō poſſent defendere ſe. Item ꝙ ſint rebelles ⁊ ſine humi⸗
litate ⁊ tranquillitate patet Act.vj.vbi hebrei cōtemnebāt
grecos tanꝙ̄ indignos. Ideo factum eſt murmur grecoꝝ
aduerſus hebreos.eo ꝙ cōtemnerent̄ in miniſterio quoti⸗
dianꝰ vidue eorum ⁊c̄.

Hedus. Cum hedus ſit animal letum ſimplex ⁊
laſciuū.exterius macrū ⁊ hirſutū. interi
us ꝟo pingue ⁊ eſui ſapidū atqꝫ ſanū: mūdūqꝫ ⁊ ſacrificijs
aptum. poſſum dicere ꝙ per hedos intelligunt̄ ſm diuer⸗
ſa ſignata diuerſa perſonarum genera.ſcilicet
Chriſtus ſaluatoꝛ. Primo dico ꝙ per hedū intelligit̄
Iuſtus viatoꝛ. xp̄s ſaluatoꝛ. Chriſtus eñ eſt he⸗
Uanus peccatoꝛ. dus mūdiſſimus deo in ara crucis
immolatꝰ ⁊ occiſus vt eius ſanguine mundaret̄ ⁊ expiare
tur humanū genus. Figura Exo.xij. vbi iuxta ritum agni
p̄cipit̄ hedus occidi: ⁊ eius ſanguine poſtes liniri: vt ſic
poſſit dei populus a deuaſtante angelo cuſtodiri: quia ſcili
cet cum xp̄s fuit occiſus.ppl̄s fuit virtute ſui ſanguinis de
poteſtate mali angeli liberatus. Quicūqꝫ etiam ſanguine
huius hedi ꝑ deuotiōem linit̄.a pharaonis.i.a dyaboli do
minio liberat̄ Iudic.xiij. Tulit manue hedum de capris ⁊
libamēta: ⁊ poſuit ſupra petrā offerens dn̄o q̄ facit mira⸗
bilia. manue pater ſampſonis ſignat ppl̄m iudaicū: qui.ſ.
ſuꝑ petrā.i.ſuꝑ duriciam paſſionis.hedū iſtum.i.xp̄m im⸗
molauit: ⁊ ſanguinem eius libauit Gen̄.xxxvij. Tinxerūt
tunicā Ioſeph in ſanguine hedi quē occiderāt. Ptꝫ igitur
ꝙ ꝑ hedū intelligit̄ xp̄s ſaluatoꝛ. Secūdo dico ꝙ ꝑ he⸗
dū intelligit̄ iuſtus viatoꝛ: quia.ſ.iuſti ſunt ſicut hedi gre⸗
gis dominici: qui.ſ.ſunt leti ꝑ ſpūalē cōſolationē. Simpli⸗
ces ꝑ rectā intentionē. Exterius macri ꝑ carnis maceratio
nem. Hiſpidi ꝑ humilē cōuerſationē. Intus pingues per
grām ⁊ deuotionē. Et ideo diuis ſacrificijs ⁊ ſeruitijs ſunt
apti ꝑ ſanctitatem ⁊ ꝑfectionē. Deoqꝫ ſpecialiter immolā
tur ꝑ martyriū vel religionis dedicationē. Iſti ſunt igit̄ duo
hedi optimi in quoꝝ guſtu yſaac ita delectatus fuit.ꝙ Ia⸗
cob benedixit.ſicut dicit̄ Gene.xxvij. Iſti ſunt illi.xij.hedi
qui ꝓ peccatis totius iſrael fuerūt immolati: ſicut dicit̄.ij.
Eſdre.vij. Iſti ſunt etiā illi hedi q̄ a deo meruerūt paſci et
gubernari ⁊ bonis ꝑlatis ⁊ paſtoꝛibꝰ cōmitti Can̄.j. Paſce
hedos tuos poſt tabernacula paſtoꝝ. Quia ꝓcerto in ta⸗
libus hedis.i.in viris ſanctis ⁊ iuſtis: q̄.ſ.qñqꝫ duo ꝓpter
duplicem charitatē.qñqꝫ duodecim ꝓpter.xij. articulos di
cunt̄ ipſe verus yſaac deus miſerabiliter delectat̄: ita ꝙ eo
rū precibꝰ benedictionē celeſtē impendit: ⁊ peccata expiat
⁊ remittit. Per hedūꝫ igit̄ intelligit̄ iuſtꝰ viatoꝛ. Tertio
dico ꝙ ꝑ hedū intelligit̄ vanꝰ peccatoꝛ: qui.ſ.exterius ē vi
lis ⁊ inhoneſte ꝯuerſationis: intus ꝟo pinguis ⁊ carnalis
cōditionis. odoꝛis ꝟo grauis.i. infamis vite ⁊ opinionis.
Et ideo tales hedi finaliter demonibꝰ immolari ſunt digni
⁊ in inferno decoqui ⁊ cremari. Figura Math.xxv.vbi di
cit̄ ꝙ agni a dextris.hedi ꝟo a ſiniſtris ꝑ iudicem ſtatuent̄
Tunc illis q̄ a ſiniſtris erūt dicet̄. Ite maledicti in ignem
eternum. Quia procerto tales hedi non ſunt digni in lacte
matris ſue.id eſt.in affluentia pietatis diuini decoqui. Iu
xta illud. Non coques hedum in lacte matris ſue Exodi
xxiiij. Et Deutero.xiiij.immo procerto digni ſunt cum de⸗
monibus in inferno cremari: ⁊ ibi cum eis perpetuo com⸗
morari Eſaie.xj. Pardus cum hedo accubabit. Patet igi
tur quomodo hedus ſignat xp̄m ſaluatoꝛē: iuſtū viatoꝛem
vanum peccatoꝛem.

Helyas. Cum helyas fuerit vir maxime virtuoſ.
eximiuſqꝫ ꝓpheta. qui interp̄tat̄ aſcē
dens dominꝰ: poſſum dicere ꝙ ꝑ helyam pōt intelligi xp̄s
qui celos aſcendit vt dn̄s. Prophetarū fuit eximiꝰ ⁊ ſuper
oīnes alios virtuoſus.xp̄s eñ compat̄ helye ꝓpter carnis
humanitatē: qꝛ ſicut dicit̄ Iac.v. Helyas homo erat ſimi
lis nobis. Propter miraculoꝝ multiplicitatē: qꝛ ſicut dici
tur Ecci.xlviij. Amplificatꝰ eſt helyas in mirabilibꝰ. Pro
pter penarū acerbitatem: qꝛ ſicut dicit̄ Marci.ix. Helyas
venit ⁊ fecerūt in eum quecūqꝫ voluerūt. Propter reſur⸗
rectionis mirabilitatem: quia ſicut dicit̄ Ecci.xlviij. Sur⸗
rexit helyas quaſi ignis ꝯflans. Propter aſcenſionis potē
tiam ⁊ ſublimitatē: qꝛ ſicut dī.iiij.Reg.ij. Helyas in curru
igneo raptus eſt in celū. Et ꝓpter aduentꝰ ad iudiciū fina⸗
lem auctem: qꝛ ſicut dī Malach.iiij. Helyas circa tempꝰ
iudicij venturꝰ eſt. Sed qꝛ ꝑ helyā magis cōmunit̄ pōt
intelligi vir ꝑfectus ⁊ ſanctus: poſſumꝰ dicere ꝙ Helyas
Fuit vir ſqualoꝛis ⁊ penitētie. Iſte eñ helyas ſic ptꝫ
Fuit vir feruoꝛis ⁊ amicicie. ex ſcriptura ꝓpriā car⸗
Fuit vir rigoꝛis ⁊ iuſticie. nem macerauit. Item
Fuit vir ſplēdoꝛis ⁊ ſcientie. pro lege zelauit. Ma⸗
Fuit vir dulcoꝛis ⁊ clementie. los increpauit. Occul
Fuit vir laboꝛis ⁊ diligentie. ta vel futura cogno⸗
Fuit vir valoꝛis ⁊ potentie. uit. Uiduas nutriuit.
Fuit vir honoꝛis ⁊ excellentie. Promptus obediuit.
Mira ꝑpetrauit. Celum vendicauit. Sic vere dico ꝙ ſan
cti viri ꝑ pn̄iam corpꝰ debilitāt. Helyas eñ legit̄ ſub iuni⸗
pero dormiuiſſe: ⁊ comediſſe ſubcinericiū panē: ⁊ bibiſſe d
torrente: ⁊ zona pellicea ſuccinctus fuiſſe. ⁊ in deſerto ſte⸗
tiſſe: ſicut patet.ij.Reg.xix. Sic ſancti ſolent ꝑ pn̄iam ⁊ ab
ſtinentiā carnē macerare atqꝫ aſꝑare: ſicut fecit btūs Io⸗
hānes q̄ fuit eximius heremita. vnde de tali Helya dī.iiij.
Reg.j. Uir piloſus occurit nobis. zona pellicea ſuccinctꝰ
renibꝰ. Sequit̄. helyas teſbites eſt. Item ſancti ꝑ zeluꝫ
fidei malos ſuppeditāt. Helyas eñ zelo legis falſos ꝓphe
tas occidit.ſicut dī.iij. Reg.xviij. Sic vere ſancti maxime
zelo fidei hereticos debēt deprimere.iij.Reg.xix. Quid hic
agis helya? Qui rn̄dit. Zelo zelatus ſum ꝓ dn̄o deo exer⸗
cituū: qꝛ dereliquerūt pactū dn̄i filij iſrl̄. Itē ſumma cō⸗
ſtantia tyrānos agitāt: ſicut de helya legit̄.iiij.Regū.j. Qꝛ
ochoziam moriturū ꝑdixit ⁊ duos q̄nq̄genarios cōbuſſit.
Sic ſancti ꝓ iuſticia hoīem nō timuerūt: ſ; etiā ipſos prin
cipes ⁊ maioꝛes arguerūt ⁊ punierūt. vñ de helya dī Ecci
.xlviij. Amplificatꝰ eſt Helyas in mirabilibꝰ: ſequit̄. Qui
deieciſti reges in ꝑniciē ⁊ ꝯfregiſti facile potentiā ipſoꝛum
Itē ſumma ſcīa futura cogitāt. iſte eñ fuit ſummꝰ pro⸗
pheta. Sic ſancti de rebꝰ futuris meditādo ⁊ ſperādo pro
phetare vident̄ Mal.iiij. Mittā vobis helyam ꝓphām.
Itē iſti ſumma clemētia pauꝑes viſitāt. De helya.n.le⸗
git̄ ꝙ farinā ⁊ oleuꝫ in domo pauꝑis vidue multiplicauit.
Sic ſancti multiplicāt cibaria ꝓ egenis.iij.Reg.xvij. Iuxͣ
verbū helye comedit ⁊ illa et domꝰ eiꝰ. Et ex illa die ydria
farine nō defecit ⁊ lechitꝰ olei nō ē diminutꝰ. Itē ſcti obe
dientia ſeipſos agitāt. De helya eñ legit̄ ꝙ ad vocē ⁊ ſuſcꝭ
tationē angeli ſurrexit ⁊ comedit ⁊ bibit: ⁊ ambulauit.xl.
diebꝰ ⁊ noctibꝰ vſqꝫ ad montē dei. Quia ſancti ad manda
tū ꝑlati nō timuerūt laboꝛes ſubire: ſ; voluerūt in oībus
obedire.iij.Reg.xviij. Dic dn̄o tuo adeſt helyas. Et ideo
iſte dictꝰ eſt helyas theſbites: q̄ interp̄tat̄ feſtinꝰ: ad intelli
gendū qꝺ ſignat obedientē. Itē mira ꝑpetrāt: qꝛ magna

potẽtia mortuos ſuſcitant. De helya eñ legiť ꝙ filium vi
due ſuſcitauit.iij. Reg.xvij. Sic ſancti realiter mltos mor
tuos ſuſcitauerũt: vel ſaltem de morte pcti ad vitã gratie
pdicãdo plurimos reduxerũt. vñ de helya fuit dictũ Ecci.
.xlviij. Quis ſilis tui q̃ eduxiſti mortuũ ab inferis. Item
ſancti cũ ſumma gloria ad celos volitãt: ſicut de Helya le
giť.iiij. Regũ.ij. ꝙ in curru igneo raptus eſt in celũ. Vñ.j.
Macha.ij. Helyas dũ zelat zelũ legis receptꝰ eſt in celũ.
Tales igiť pñt dici helyas: vel helye ꝓprie cõpari: ſicut de
Iohãne diciť Luce.j. Et ipſe preibit ante xp̃m in ſpũ ⁊ vir
tute helye Mat.xj. Iohãnes ipſe eſt helyas. Sed ꝓcerto
pauci ſunt hodie tales: qꝛ vere multi ſunt q̃ ſibi nõ ſunt ſi
miles ſꝫ diſformes: ita ꝙ ſi petať ab eis illud Ioh.j. Hely
as es tu? Pñt rñdere nõ ſum. Vñ ꝓprie redargui pñt mo
derni eccleſiaſtici ꝑ illud qđ ſequiť ibi. Cur igiť baptizas?
id eſt. q̃ fronte audes ſpũalia miniſtrare: ſi nõ es xp̃s neqꝫ
ꝓpha neqꝫ helyas. Patꝫ igiť quõ ꝑ helyã põt intelligi xp̃s
vel etiã q̃libet vir ꝑfectus.

Herba.

Nota generaliter ꝙ in ſcriptura reperiť
herba in triplici ſignificato: quia. ſ. ibi eſt

Herba bonoꝝ.
Herba maloꝝ.
Herba cunctoꝝ.

Boni eñ inueniuntur in horto fidei
xp̃iane multiplex genus herbaꝝ. Nã
ſicut apothecariꝰ in horto ſuo plantat
bonas ⁊ multiplices herbas vt ſint infirmis remedia ſani
tatũ. Sic deꝰ in horto fidei ſue multiplices virtutes poſu
it ꝓ medendis infirmitatibus vicioꝝ. Gen.j. Protulit ter
ra herbã virentẽ afferentẽ ſemẽ: ⁊ lignũ pomiferũ iuxta ge
nus ſuũ. Terra dico. id eſt. eccleſia ſeu fides: q̃. ſ. herbã vir
tutũ ꝓducit: de qua ſemẽ meritoꝝ oriť: a quo tandẽ fructꝰ
glorie generať. Et aduerte ꝙ in iſto horto generanť quat
tuor ſpecies herbarum medicinaliũ ⁊ bonarum. videlicet

Quedam herba fluidi liquoris.
Quedam herba ſplendidi valoris.
Quedam herba placidi decoris.
Quedam herba ſapidi dulcoris.

Prima ẽ herba ſacre ſcp̃ture eruditio.
Secũda herba eſt gratie dei vegetatio.
Tertia herba eſt honeſte vite ꝯuerſatio.
Quarta herba eſt celi glorie cõſolatio.

Per primam herbã viſus il luminať: quia ſcriptura mentem clarificat. Per ſecũdam herbam culpa eliminatur: qꝛ
gr̃a mentẽ purificat. Per tertiã herbã virtus fortificatur
quia honeſta vita mentem letificat. Per quartam vero her
bam vita continuatur: quia gloria totum rectificat

Primũ fit rõne liquoris.
Secundũ fit rõne valoris.
Tertiũ fit rõne viroris.
Quartũ fit rõne ſaporis.

Dico igiť ꝙ ibi colligiť her ba ſcripture viſuꝫ clarificãs. Sunt eñ q̃daꝫ herbe. quaꝝ liquor exp̃ſſus: vel ꝑ ignẽ in
alembico diſtillatus: ſolet turbatos oculos clarificare ⁊ ca
liginẽ effugare: ſicut patꝫ de feniculo vel de ruta. Sic vere
dico ꝙ ſuccus doctrine. q̃ de herba ſacre ſcripture. igne ſpi
ritusſancti opante vel diligẽtia ſtudij mediãte ꝓducitur.
oculũ intellectꝰ illumiat ⁊ caliginẽ errorũ ⁊ ignorãtie inde
fugat. Ideo de herba ſcripture diciť in pſ. Qui deꝰ ꝓducit
fenũ iumẽtis: ⁊ herbã ſeruituti hominũ. q. d. fenũ. i. rudis
doctrina. ſ. ciuilis ⁊ canonica miniſtrať iumentis. i. rudibꝰ
herba vero. i. ſacra ſcriptura dať hoibus. i. rõnabilibꝰ ⁊ ſubti
libus. Inſuꝑ dico ꝙ in horto eccl̃ie colligiť herba gratie
mentẽ rorificãs ſeu ſordes purificãs. Sunt eñ aliq̃ herbe
q̃ ſolẽt malos hũores purgare: ⁊ ardores etiã refrigerare
⁊ tꝑare. Sic facit herba diuie gr̃e. Iſta eñ pctã ꝑ ꝯfeſſio
nẽ purgat ⁊ ardorẽ tentationuꝫ tꝑat pſ. Sicut ymber ſuꝑ
herbã. ⁊ ſicut ſtille ſuꝑ gramia: qꝛ nomẽ dñi inuocabo. Et
ſicut ex herba ꝓuenit fructꝰ: ſic ex gr̃a ꝓuenit glorie gau
diũ ⁊ ſucceſſus Marci.iiij. Terra inq̃t primũ germiat her
bã: deinde ſpicã ⁊c̃. Iſta eſt herba fullonũ q̃ valde mũdifi
cat: de q̃ fit mẽtio Mala.iij.ca. Verũtñ ꝓhdolor multi ſũt
in q̃bus iſta herba ẽ nimis tenue radicata: qꝛ. ſ. faciliť deſic
cať Hiere.xij. Lugebit terra: ⁊ terra oĩs regiõis ſiccabiť
a malicia inhabitantiũ in ea. Hec eſt igiť herba gr̃e mentẽ
rorificãs ſeu purificãs. Deniqꝫ dico ꝙ ibi inueniť herba
honeſte apparẽtie corda letificãs. Nihil eñ gratius ẽ ocu
lis q̃̃ viror ⁊ color variaruꝫ herbarũ. Ad qđ facit Ecci.xl.
vbi dr̃. Qꝛ gr̃am ⁊ ſpẽm oculus deſiderabit: ⁊ ſuꝑ hoc viri
des ſationes. Sic ꝓcerto herbe virides ⁊ colores bonorũ
exemploꝝ: ⁊ virtuoſoꝝ operũ: que apparẽt in prato ꝯuer
ſationis honeſte. ſumme delectãt alienũ aſpectũ Prouer.
.xxvij. Aperta ſunt prata ⁊ apparuerũt herbe virẽtes: ⁊ col
lecta ſunt fena de mõtibꝰ. Apes eñ. id eſt. ſimplices in tali
bus herbis colligũt flores gratie: ex quo tandẽ ꝯficiũt ſibi
mel glorie. Sed ꝓcerto tales herbe honeſte ꝯuerſationis
in multis hodie ſunt ſiccate. Iuxta illud Exo.x. Deuora
ta eſt herba terre. Et ideo ſimplices bene pñt ꝯqueri de ta
li ſiccitate ⁊ de tali bonorum exemploꝝ vaſtitate Iob.vj.
Nunq̃d rugiet onager cuꝫ habuerit herbã? q. d. ſic. Talis
eñ herba. pluuia doctrine ⁊ gratie vegetať ⁊ creſcit.ij. Re
gum.xxiij. Pluuijs germiat herba. Et ideo ſi hmõi pluuia
deficit: neceſſe eſt ꝙ herba honeſte vite ſicca fit. Hec ẽ igiť
herba honeſte apparẽtie corda letificãs. Adhuc dico ꝙ
in iſto viridario inueniť ⁊ colligiť herba celeſtis glorie ple
ne fructificãs. Conſtat. n. ꝙ herba eſt vita mortaliũ: ⁊ ꝙ ſi
ne herbis vita humana nõ cõtinuať Gen.iij. Et comedes
herbas terre. Eſt etiã ſꝫm Pliniũ li.xxvj.ca.iiij. vbi allegat
democritũ q̃dam herba dicta lactacen. quã reges ꝑſarum
ſuis legatis ſolebãt dare qñ ab eis mittebanť. ꝓ eo ꝙ iſta
tante ferť eſſe virtutis ꝙ eam portãtibus vbicũqꝫ veniunt
copiam omniũ rerũ ⁊ bonoꝝ ꝓcurat habũdantiã. Talis
herba eſt gloria paradiſi: qꝛ ꝓcerto iſta eſt q̃ nullã inopiã
ſuſtinet: ⁊ q̃ omnẽ habũdantiã introducit: ⁊ ideo nos q̃ in
hoc mũdo ſumꝰ ſicut legati ⁊ nuncij ſummi regis: nõ ha
bentes hic manentẽ ciuitatẽ ſꝫ potiꝰ futurã inq̃rẽtes Heb.
.xiij. ⁊ potiſſime nos eccleſiaſtici q̃ ſꝫm aplm ꝓ xp̃o legatio
ne fungimur.ij. Coꝝ.v. debemꝰ iſtam herbã ꝑ ſpem ⁊ deſi
deriũ ſemꝑ portare. vt tãdẽ ibi poſſimꝰ realiter q̇eſcere et
manere: qñ de ſanctis verificabiť illud Ezech.xxxiiij. In
paſcuis vberrimis paſcã eas: in mõtibꝰ iſrl̃ erũt paſcue ea
rũ: ibi req̇eſcẽt in herbis virẽtibꝰ. Sic igiť patꝫ quõ iuſti col
ligũt de horto fidei ⁊ eccl̃ie quadruplicẽ herbã. ſ. Herbam

Scripture que clarificat.
Gratie que purificat.
Honeſte vite que letificat.
Celeſtis glorie que fructificat.

Iſte ſunt igiť herbe bo noꝝ qđ eſt primũ princi pale. Scđo dico ꝙ in ueniunť herbe maloꝝ: in
ueniunť eñ quedã ſpecieles herbe que in ſolo horto dya
bolico. i. in corde pctõris vl̃ in mũdo creſcunt. Et iſte ſunt

Herba criminalis iniquitatis.
Herba tꝑalis ꝓſperitatis.
Herba corꝑalis fragilitatis.

Peccata eñ dicuntur herba: qꝛ in iſtis dya bolus delectať ⁊ in ipſis
paſciť ⁊ recreať. Vñ de behemoth dr̃ Iob.xl. Huic mõtes
herbas ferũt oĩes beſtie agri ludent ibi. Montes inq̃t. i.
ſuꝑbi. Sicut eñ quedã ſunt herbe venenoſe in q̃buſdam
terris ſicut eſt napellũ ⁊ ſimiles. Sic pctõres ꝓducũt her
bas. i. opera venenoſa. Figurati in ſeruo helyſei qui colle
git herbas agreſtes. Et ſequiť ibidẽ. Mors in olla vir dei.
ſicut diciť.iiij. Regũ.iiij. Item mundi ꝓſperitas dicitur
herba: quia facile perit ⁊ deſiccať Eſaie.xv. Aruit herba.
defecit ſemen. Proſperitas enim mundi eſt ſicut herba

Qua mali ſolent letificari.
Qua corda ſolent alienari.
Cuius flos cito ſolet ſiccari.

In hac igiť herba mali le tanť. Vñ malis dr̃ Hiẽ.l. Exultatis ⁊ magna loq̇mi
ni diripiẽtes hereditatẽ meã: qm̃ effuſi eſtis ſicut vituli ſu
per herbã: ⁊ mugiſtis ſicut thauri. In hac etiã corda mu
tanť. Proſꝑitas eñ ſilis ẽ illi herbe q̃ dr̃ iuſquiañ q̃ indi
ſcrete comeſta mentẽ alienat ⁊ furorẽ inducit: ſemẽqꝫ ipiꝰ
mortiferũ eſt ⁊ ſomnũ generat atqꝫ facit. ſꝫm Iſido: qꝛ ſcꝫ
mũdi ꝓſperitas facit hoiem dormire ꝑ dei et ꝓprie ſalutis
obliuionẽ. Mentẽ quoqꝫ ſolet alienare ꝑ debite rõnis ꝑdi
tionẽ ⁊ ipſius immutationẽ: furorẽqꝫ ⁊ inſaniã ꝓcurat ꝑ
ſuꝑbiam ⁊ elationẽ. Figura Dañ.iiij. vbi de ſuꝑbiſſimo re
ge Nabuchodonoſor q̃ in beſtiã mutatus eſt: diciť ſic. Al
ligeť inq̃t vinculo ferreo in herbis q̃ foris ſunt. Sequitur.
Et cum feris ſit ꝑs eius in herba terre: cor eius ab huma
no immuteť: ⁊ cor fere deť ei. Et eſt ꝓpria figura ꝯ̃ diuites
⁊ tyrannos: q̃ in herbis mũdi ꝓſperitatis vinculo ferreo.
ſcꝫ male dure ⁊ obſtinate ꝯſuetudinis liganť. feris. i. alijs
crudelibus aſſocianť: ⁊ in feras cum ferinis cordibus im
mutanť. Per hanc igitur herbam corda mutanť. Huius
inſuper herbe. ſcꝫ ꝓſperitatis flos ⁊ pulcritudo cito ſicca
tur. Vñ iſta compaꝛ carecto de quo diciť Iob.viij. Qꝛ dũ
adhuc ſit in flore nec carpať manu ante oĩs herbas are
ſcit Tertio dico ꝙ inueniť herba cũctoꝝ. Etenim nõ ſo

lum iniq̄tas:ſed etiã ꝓſperitatis: imo etiã corꝑalis fragili
tas dicit̄ herba. Herba eñ vt cõiter habet eſſe valde debi
le.de mane eñ vſq; ad veſperaꝫ ſiccat̄: ⁊ ſi in eſtate viret.
in hyeme tñ mortificat̄. Sic vita humana de mane iuuētu
tis ad veſperã ſenectutis areſcit. Et ſi in hoc mũdo vireſce
re videat̄. hyeme tñ mortis deficit ⁊ palleſcit pſ. Mane ſi
cut herba tranſeat. veſꝑe decidat induret ⁊ areſcat. Et hec
de herba ſufficiant.

Hereditas.

Nota ꝙ hereditas eſt illud ius. illa poſſeſſio. illa portio. q̄ a parē
tibus ad filios deriuat̄. Ius igit̄ hereditariũ ⁊ acquiſitum
differũt: q2 bona hereditaria ſunt quaſi ſubſtãtialia. Acq̄
ſita vo ſunt quaſi accidentalia. Hereditas igit̄ ſignat poſ
ſeſſionē: diuitias ⁊ portionē: ⁊ maxime illã q̄ de iure homi
ni debet̄: ⁊ q̄ fixe ⁊ ꝑmanēter ad hoīem noſcit̄ ꝑtinere: ⁊ q̄
poſt mortē ab eo expectat̄. Et iõ loquēdo moraliter poſ
ſumꝰ diſtinguere multiplicē hereditatē. Eſt.n. Hereditas

Gratie.
Glorie.
Eccleſie.
Subſtãtie tꝑalis.
Miſerie īfernalis.

Hereditas gratie eſt ſumme ꝓcuran
da. Gratia eñ eſt illa filia: de qua dici
tur Ecci.xxij. Filia prudēs eſt heredi
tas viro ſuo. Hereditas glorie ē ſum
me appetēda. Iſta eñ eſt illa de q̄ di
cit̄ in pſ. Elegit nobis hereditatē ſuã: ſpeciē iacob quã di
lexit. Hereditas eccleſie eſt tute defendēda pſ. Iuſti autēꝫ
hereditabũt terrã: ⁊ inhabitabũt in ſeculũ ſeculi ſuꝑ eam.
Hereditas tꝑalis eſt valde cõtemnenda. Unde pſ. Abbo
minatus eſt hereditatē ſuam: ⁊ poſſeſſionē ſuam ſprevit.
Hereditas infernalis eſt ſumme metuēda: q2 ſicut dicitur
Ecci.vj. Improperiũ ⁊ cõtumeliam malus hereditabit.

Dicamus igit̄ aliquid de bona hereditate generaliter:
hoc eſt dictũ de ſucceſſione eccleſie militãtis vel etiã eccle
ſie triũphãtis. Et dicamꝰ ꝙ ſicut heritas acq̄rit̄ filijs per
mortē patris. Sic hereditas eccleſie vel glorie ꝑ mortē xp̄i
nobis extitit acq̄ſita. Et ideo bona eccleſie dicunt̄ patrimo
niũ crucifixi: eo ꝙ in virtute ſanguis ⁊ crucifixionis xp̄i he
reditas iſta extitit nobis data ⁊ ad nos iure hereditario de
uoluta. Ideo de iſta hereditate põt dici illud Eſa.lxv. He
reditabũt eaꝫ electi mei: ⁊ ſerui mei hereditabũt ibi. Et ad
uerte ꝙ ſicut ad hereditatē paternã admittunt̄ illi q̄ ſunt

Legitime procreati.
Criminibꝰ nõ ligati.
Parētibꝰ nõ ingrati.

Legitime dico ꝓcreati: quia.ſ.
ſpurij ad hereditatē non admit
tunt̄. Criminibꝰ nõ grauati: q2
ſcilicet criminoſi ⁊ maxime leſe iulie maieſtatis hereditate
priuant̄. Itē parētibꝰ non ingrati: quia.ſ. ꝓpter viciũ ingra
titudinis homines hereditate priuari merent̄. Sic loquē
do ſpũaliter illi debent ad hereditatē p̄ntis eccleſie vel ce
leſtis patrie recipi ⁊ admitti: q̄ legitime procreant̄ ꝑ cano
nicã ꝓmotiōem: iſti ſunt q̄ dicunt̄ mei. Qui criminibꝰ nõ
grauant̄ ꝑ ſanctificã conditionē. Iſti ſunt q̄ dicunt̄ electi
Qui pentibus ſubiugant̄ ꝑ ſaluificam ſaluationē. Iſti ſũt
q̄ dicunt̄ ſerui. Dico igit̄ p̄mo ꝙ ſi volumꝰ eſſe xp̄i here
des: nos debemus eſſe canonice procreati: quia.ſ. nos de
bemus eſſe filij legitimi: non ſpurij. Filij boni non mali.
Filij ꝓprij non alieni. Filij canonice procreati non ſymo
niace introducti: qđ oſtendit̄ quando dñs nos vocat mei
inquit. id eſt. a me geniti ⁊ introducti. Adulteri ⁊ nõ ꝓprij
dicunt̄ qui ab alio q̄ꝫ a ꝓprio viro recipiunt̄. Et ideo ſymo
niaci nõ ſunt ꝓprij filij: q̄ a carnali affectiōe vel a muneruꝫ
acceptione: ⁊ non a xp̄i vocatione fuerũt in eccleſia gene
rati. Iſtis dicit̄ Iudic.xj. Heres in domo noſtra eſſe non
poterꝭ: quia de adultera natus es. Et tamē ꝓ h dolor nos
poſſumꝰ plangere cũ pſal. dicentes. Deus venerũt gētes
in hereditatē tuam: polluerũt templũ ſanctũ tuum: poſue
rũt hieruſalem in pomoꝝ cuſtodiã. Poſſumꝰ etiam plan
gere cũ hieremia Treñ.v. Hereditas nr̄a verſa eſt ad alie
nos: domus nr̄e ad extraneos. Hereditas eñ nr̄a q̄ eſt ec
cleſia hodie ad alienos vertit̄: ⁊ magis a pctōribꝰ q̄ꝫ a iu
ſtis: magis ab illegitimis xp̄i filijs q̄ a ꝓprijs: magis a ma
lis q̄ꝫ a bonis (qđ dolendũ eſt) occupat̄. Iſtis igit̄ tꝑibus
venũt gētes in iſtã xp̄i hereditatē. Gentes dico.i. ſine lege
viuētes: hoc eſt dictũ: viri pctōres legē dei ⁊ eccleſiam ne
gligentes: a q̄bus ꝓculdubio templũ dei ꝑ diuerſa pecca
ta polluit̄ ⁊ tota ciuitas irlm diſſipat̄. Pater eñ ſpũalis.ſ.
p̄latus valde debet attendere quales filios introducit et
generat in hereditate eccleſie. De abraã eñ legit̄ ꝙ cũ ha
beret filiũ legitimũ de vxore.ſ. yſaac: ⁊ filiũ ſpuriũ de ancil
la.ſ. yſmael: bene cauit ꝙ ſpurio hereditatē ſuam nõ dedit
ſed legitimo: ſicut bene dicit̄ Geñ.xxj. Eijce ancillã ⁊ filiũ
eius: nõ eñ heres erit filius ancille cũ filio libere. Sic vere
cum prelatus habeat duo genera filioꝝ.ſ. legitimos.i. ſuffi
cientes ⁊ veros eccleſie filios: ⁊ inſufficiētes in ancilla.i. in
carnis affectione genitos: valde debet attēdere ꝙ in here
ditate eccleſie ꝓmoueat liberos ⁊ nõ ſeruos: ⁊ illos q̄bus
de iure debet̄ iſta hereditas nõ alios: cuiꝰ tamē fit cõtrariũ
Nam ꝓpter peccata eccleſiaſticoꝝ deus ꝑmittit ꝙ ipoꝝum
hereditas ad manus veniat alienas Hiere.viij. Verbũ in
quit dñi ꝓiecerũt ⁊ ſapiētia nulla eſt in eis ꝓpter hoc dabo
mulieres.i. eccleſias eoꝝ exteris: ⁊ agros eoꝝ alienis here
dibus. Et breuiter tales alieni ſubintroducti vident̄ vel q̄
legitimos ⁊ bonos machinari: ⁊ xp̄i hereditatē inter ſe di
uidere ⁊ partiri: dicentes illud Mat.xxj. Hic eſt heres: ve
nite occidamꝰ eum ⁊ nr̄a erit hereditas. Et in pſ. Heredi
tate poſſideamꝰ ſanctuariũ dei in terra. Et ideo ſicut vide
mus ꝙ animalia mũda dicunt̄ habitationē immũdam de
relinq̄re: ⁊ exinde recedere ⁊ fugere: ſicut dī de apibꝰ ⁊ for
micis que domos ſuas deſerunt: qñ fumo vel aliquo malo
odore ipſas plenas inueniũt. Sicut etiam de taxo dicit̄ q̄
domũ ſuam dicit̄ derelinquere: quãdo ipſam a ſtercoribꝰ
vulpis inuenit maculatã. Sic ꝓculdubio hic deus q̄ here
ditatem ſuã que eſt eccleſia videt hodie multis vicijs ma
culatam ⁊ infectã: ⁊ a vulpibꝰ ibidem habitãtibus.i. a ſuis
malis poſſeſſoribꝰ diuerſimode deturpatã: ipſam videtur
hodie reliquiſſe: ⁊ in manibus principũ ſeculariũ velut ex
traneam dimiſiſſe. Ibi eñ eſt tãtus fumꝰ ſuꝑbie: ibi eſt tã
tus fetor luxurie: ibi eſt tantus ardor auaricie ꝙ ipſam ne
ceſſario deus abbominat̄ ⁊ deſerit: ⁊ velut extraneã reſpu
it ⁊ dimittit. Unde in pſ. dī. Iratus ē furore dñs in popu
lum ſuum: ⁊ abbominatꝰ eſt hereditatē ſuã: ⁊ tradidit eos
in manus gentiũ: ⁊ dñati ſunt eoꝝ q̄ oderunt eos. Nõ ſic
chariſſimi: nõ ſimꝰ illegitimi heredes ſ3 legitimi: nec ſimus
indebite ī eccleſia generati ſ3 a deo iuſte ⁊ canonice ꝓcreati
Mei inq̄t. vt ſic de q̄libet nr̄m dicat illđ Geñ.xv. Ecce ver
naculus meꝰ heres meꝰ erit. Scđo dico ꝙ ſi volumꝰ ē
dei ſpũales heredes nos debemus eſſe a vicijs liberati qđ
oñdit̄ cũ dī. Electi. Ad hereditatē eñ nõ q̄libet filiꝰ admit
tit̄: ſ3 ille q̄ a patre in teſtamēto ſpecialit̄ eligit̄. Hereditate
etiã paterna nõ oēs generaliter ditant̄: ſ3 illi ſolũ q̄ ſunt ꝑ
ſone habiles ad eã admittunt̄. Et inde eſt ꝙ criminoſi here
des nõ fiunt: imo ꝓpter ſua crimina ius hereditatis ⁊ poſ
ſeſſionis ꝑdunt. Sic vere ad habendũ hereditatē glie pa
radiſi vel etiã hereditatē ecclie militãtis neceſſe ē ꝙ ſimus
viri electi ꝑ diuinã p̄deſtinationem. viri ſancti nõ habētes
criminũ maculã ſeu infectionē viri ꝑfecti poſſidētes virtu
tũ ꝑfectionē. Talibus eñ electis.i. viris iuſtis ⁊ ꝑfectis di
ſtribuit̄ hereditas celeſtis glorie: ⁊ in talibꝰ eſt diſtribuēda
hereditas militantis eccleſie. Elegit eñ nobis deus here
ditatē ſuam. ſpeciem iacob quē dilexit ſicut dicit̄ in pſ. Et
ideo p̄cipit̄ Ecci.xxiiij. In iacob inhabita ⁊ in iſrael here
ditare: ⁊ in electis meis mitte radices. Et ſic notabis ꝙ ad
iſtã ſpũalem vel ſuꝑnalem hereditatē deus in teſtamento
ſacre pagine ſcribit ⁊ eligit oēs bonos. Eligit enim ibi

Penurie ſqualore marcidos.
Conſtantie vigore ſolidos.
Iuſticie tenore rigidos.
Fiducie feruore auidos.
Clementie dulcore fluidos.
Triſticie ſtupore timidos.
Sapientie fulgore ſplendidos.
Eloquētie clamore feruidos.
Preſidentie honore ꝓuidos.
Patientie ſapore ſtupidos.
Compatientie decore placidos.
Continentie pudore nitidos.

Iſta eñ ſunt duodeci
genera bonaruꝫ perſo
narum que ad heredi
tatem eccleſie militãtis
ꝓ preſenti tꝑe debēt ad
mitti: ⁊ qui ad heredita
tē paradiſi finaliter ad
mittent̄. Iſtã igit̄ here
ditatē obtinebũt penu
ria marcentes Iaco.ij.
Dñs elegit pauꝑes in
h mũdo: diuites in fide
heredes fieri regni ꝓmiſſi diligētibꝰ ſe. Itē ꝯſtantia vi
gētes.ſ. viri ſolidi ⁊ fortes Ecci.xlvj. Fortis in bello ieſus
naue expugnauit inſurgētes hoſtes vt ꝯſequeret̄ heredita
tē. Itē iuſticia vigētes Eſaie.lx. Oēs iuſti in ꝑpetuū
hereditabũt terrã. Itē fiducia feruētes Eſa.lvij. Qui ſi

ducıam habēt mei hereditabūt terrā. Itē clementia flu-
entes. j. Regū. x. Unxit te deus ſup hereditatē ſuā. vnctu-
ra eñ modeſtiā ⁊ pietatē deſignat. Vñ pſ: Manſueti autē
hereditabūt terrā. Item triſticia timētes pſ. Dediſti he-
reditatē timētibꝰ nomē tuū. Item prudentia ſeu ſapien
tia fulgētes Ecci. iiij. Qui tenuerit ſapientiā vitā heredita
bit. vnde de ſapiēte ſeruo dicit Prouerb. xvij. Qꝫ inter fra
tres hereditatē diuidet. Item eloquētia docētes. ſ. boni
doctores ⁊ p̄dicatores. ij. Machab. ij. Caleph dum teſtifi-
catus eſt in eccleſia accepit hereditatē. Itē digne p̄ſidē-
tes Ecci. xxxvij. Sapiens in populo hereditabit honorem
Item viri patientes pſ. Suſtinētes aūt dñm ipſi heredi
tabūt terrā. Itē viri cōpatiētes Eſaie. xliiij. Hij ſunt vi-
ri miſericordie. Sequit. Et cū ſemine illoꝝ pſeuerabit he-
reditas. Itē viri ꝯtinētes ⁊ innocētes pſ. Nouit dñs di
es imaculatoꝝ ⁊ hereditas eoꝝ ineternū pmanet. Iſti igi
tur ſunt q̄ ad xp̄i hereditatē debēt admitti: ⁊ nō ab ea deij-
ci vel expelli. Mali ꝟo ecōuerſo de ea debēt eijci ⁊ excludi.
Sicut eñ ſunt alique inſule in q̄bus aues imunde intrare
nō pñt ſicut dr̄ de Creta q̄ eſt inſula maris in quā non pōt
intrare noctua neqꝫ bubo. Sic ꝓculdubio hereditatē pa-
radiſi nō intrabūt viri pctōres ⁊ immūdi: nec etiā ad here-
ditatē bonoꝝ eccleſie quoquo mō admitti debēt vel recipi:
ſꝫ ipſis debēt priuari penitꝰ ⁊ excludi. Et hoc ē qđ dr̄ Eph.
.v. Scitote inq̄t intelligētes q̄m oīs fornicator ⁊ imūdus:
aut auarus: nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nō ſic
igit charıſſimi: nō: ſꝫ ſimus electi nō infecti: ſimꝰ iuſti nō in
iuſti: ſimꝰ deo placidi ⁊ accepti: nō criminibꝰ marcidi vel
deſpecti. Quia ſic dr̄ in pſ. Iuſti āt hereditabūt terrā: ⁊ in
habitabūt in ſeculū ſeculi ſup eam. Et ibidē dicit. Qꝫ man
ſueti hereditabūt terrā: ⁊ delectabunt in multitudine pacꝫ
Simus igit criminibꝰ nō grauati. Tertio dico ꝙ ſi vo-
lumus eſſe heredes dei: nos debemꝰ eſſe parētibꝰ nō ingra
ti ſeu maioribꝰ ſubiugati: qđ oſtendit cū dicit. Serui mei.
Sicut eñ filiꝰ q̄ patri ingratꝰ efficit ⁊ ei in neceſſitate ſer-
uire dedignat paterna hereditate p̄uari meret. Sic ꝓcul-
dubio nos ſi deo ⁊ p̄latis de tantis diuitijs ⁊ bñficijs ingra
ti ſumꝰ: ⁊ ſibi debita ſeruitia impēdere negligimꝰ: nos pro-
certo ius hereditatis paterne pdimꝰ ⁊ amittimꝰ: nec etiāꝫ
ad hereditatē eccleſie admitti debemꝰ. Nos igit debemus
eſſe ſerui dei. i. ſeruitijs mācipati: q᷑ ſicut dr̄ Eſaie. lv. Hec
eſt hereditas ſeruoꝝ dñi. Et ideo ꝓhdolor video ꝙ in he
reditate dñi q̄ eſt eccleſia ſunt multi q̄ ipſam debent amitte-
re. qui. ſ. in nullo ſe volunt diuinis officijs mancipare. Iſti
eñ ſunt ſicut bubones q̄ nō intrāt eccleſiā vt deo ſeruiant
ſed vt oleū bibāt: ⁊ vt eccleſiā ſuis ſtercoribꝰ maculēt ⁊ in-
ficiant. Iſti ſunt etiā ſicut galline in eſtate q̄ q̄n replete fue
rint ⁊ ſatiate ad vocē clamātis dedignant venire. Quia ve
re multi ſunt q̄ intrāt eccleſiā ⁊ bibūt oleū. i. accipiūt fructꝰ
⁊ diſtributiones ⁊ cetera talia: ipam tñ nō verent ſuis ſter
coribus. i. ſuis criminibꝰ maculare. De q̄bus dicit Hiere.
.ij. Ingreſſi cōtaminaſtis terrā meā: ⁊ hereditatē meā po-
ſuiſtis in abhominationē q̄nūo ſtatim ꝙ tales fructibus
eccleſiarū fuerint ſatiati: nūq̄ volūt ampliꝰ venire ad deo
ſeruiendū: ſꝫ magis curant vndiqꝫ recedere ad ſpaciandū
⁊ ſolaciandū. vñ Hiere. ij. Locutꝰ ſum tibi in habūdantia
tua: dixiſti: nō ſeruiā. Non ſic chariſſimi nō: quia ꝓcerto ſi
volumꝰ eſſe heredes dei: oportet ꝙ ſimꝰ ipſius ſeruitores
q᷑ ſicut dictuꝫ eſt. Hec eſt hereditas ſeruoꝝ dñi. vñ in pſ.
dr̄. Habitabūt ibi ⁊ hereditate acq̄rent eam: ⁊ ſemē ſeruo
rū eiꝰ poſſidebit eā: ⁊ q̄ diligūt nomē eius habitabūt in ea
Et ſic igit ptꝫ quō hereditas paradiſi vel etiam hereditas
eccleſie militātis diſtribuit illis q̄ ſunt legitime generati p
canonicā ꝓmotionē. Mei inq̄t. Illis q̄ nō criminibꝰ gra-
uati p ſanctificā ꝯditionē. Electi inq̄t. Illis q̄ ſunt maiori
bus ſubiugati p ſaluificāꝫ ſubiectionē. Serui inq̄t. Et hec
de hereditate ſeu herede ſufficiāt quo ad pñs. Vide. ſ. de
Domo: ⁊ de Habitatione ⁊c̄.

Heremus. Vide vbi deſertum. Et ſi vis dic ꝙ
heremꝰ locus aridus eſt ⁊ deſertꝰ
ab ariditate ſic dictus. Et ſignat multipliciter in ſcriptura.
Signat enim Mundū. Impium ⁊ Infernuꝫ. Heremus
enim eſt locus ſterilis: incultus ⁊ horribilis. Et ſic dico ꝙ
Mundus eſt aridus ſine fructu. Qꝫ mūdus dicatur

Peccator eſt ſolidus ⁊ ſine cultu. heremꝰ ſine fructu:
Infernꝰ ē horridus ⁊ plenꝰ luctu. patet Sap. v. vbi dr̄
Qꝫ ad heremū pducet oēm terrā iniq̄tas eoꝝ. ſ. habitato-
rū ipſius: ad heremū dico. i. carentiā omniū bonoꝝ. Qꝫ
peccator dicat heremꝰ ſine cultu ⁊ ſine cultura penitentie
vel laboris: ptꝫ Ecci. vj. vbi dicit ſic. Ne extollaris in cogi
tatione tua ſicut thaurꝰ: ne forte elidat virtꝰ tua p ſtultici
am: ⁊ folia tua comedat: ⁊ fructꝰ tuos perdat vt relinqua-
ris velut lignū aridū in heremo. Qꝫ etiā infernꝰ dicatur
heremus plenꝰ luctu: vbi. ſ. habitāt fere: ⁊ vbi aīalia imbe-
cillia a crudelibꝰ deuorant. ptꝫ Ecci. xiij. vbi dicit. Qꝫ ve-
natio leonis onager in heremo. Et Deutro. j. dr̄. Tranſibi
mus p heremū terribilē ⁊ maximā ſolitudinē. In bono
ꝟo ſignificato heremꝰ ſignat ſtatū penitētie ſeu etiā homi-
nem penitentē ſqualentē ⁊ abſtinētē: ⁊ fructibꝰ diuitiaruꝫ
⁊ deliciarū carentē. Iſte eñ cōmonet per cōtritionē Sap.
.xviij. Cōmotio in heremo facta eſt. Iſte plorat p compū-
ctionem pſ. Interrupit petrā in heremo ⁊ adaquauit eos
⁊c̄. Iſte ſiccus eſt p carnis maceratōnē Ecci. vj. Relinque
ris ſicut lignū aridū in heremo. Talis igit heremi fuit ha-
bitator btūs Iohes ſicut dicit in hymno. Heremiqꝫ cul-
tor maxime vatū. Sufficiat: quia pauce ſunt auctoritates.
Vide ſatis plenius ſupra de Deſerto.

Herere. Vide ſupra vbi Adherere.

Hereſis. Nota ꝙ hereſis latine loq̄ndo poſſet
deriuari ab herendo ꝓ eo ꝙ hereticus
nimis heret opinioni falſe. Dicit aūt hereticus ille q̄ veri-
tati fidei ex certa ſciētia cōtradicit. Si eñ ex ignorātia hoc
faceret (dum tamē nō eſſet craſſa vl' ſupina) tūc diceret er
rans ⁊ nō hereticus. Quia ſm̄ Augu. Errare potero: here
ticus nō ero. De hereticis igit aliter ſapiētibꝰ q̄ꝫ catholica
fides ſupponat multa poſſunt dici: ſꝫ auctoritates deficiūt
in ſcriptura. Et ideo tranſeo: quia in multis materijs fit
mentio de eiſdem hereticis. Dic tamen ſi vis ꝙ hereticus
Solet obſtinari temere credēdo. Primo dico ꝙ here
Debet euitari ꝓpere cedendo. tici ſolent obſtinari
Debet extirpari aſpere tundendo. credendo tamē ſimi
les hyrūdinibꝰ q̄ ſunt aues multorū in cantu flexuū: a lo-
cis occultis oñi anno veniētes. De q̄bus dicit Pli. ꝙ iſte
ſole inter aues domeſticari non pñt. Sic heretici q̄ occulte
ſurgētes multis ⁊ varijs ſunt cātilenarū ambagibꝰ flexuo
ſi: q̄ exquo ſemel ceciderūt in errorē: vix aut nunq̄ pñt am
plius reuocari: nec ad fidem domeſticari: nec a ſuo errore
corrigi vel domari. Vñ Augu. cōtra Donatiſtas li. ij. dicit
ſic. Aliter aliquid ſapere q̄ꝫ res ſe habet humana temptatio
eſt: nimis aūt amādo ſententiā ſuā: vel inuidēdo meliori-
bus: vſqꝫ ad p̄ſcindende cōmunionis ⁊ cōdendi ſciſmatis
vel hereſis ſacrilegiū puenire: dyabolica p̄ſumptio eſt. In
nullo aūt aliter ſape q̄ res ſe habet: angelica perfectio eſt.
Carne itaqꝫ homies ſumꝰ: ſed ſpe angeli dei ſumus: q̄bus
ſimiles in reſurrectione futuri ſumus. Qꝫ diu igit nō habe
mus pfectionem angeli: nō habeamꝰ p̄ſumptionē dyaboli
Iſti igit ſolent obſtinari credēdo temere. Secūdo dico
ꝙ heretici debent euitari cedendo ꝓpere: q᷑. ſ. talium ſocie-
tas eſt contagioſa ſicut ſocietas leproſoꝝ. Dicit eñ Plini
us li. xxxj. ca. ij. Qꝫ eſt q̄dam fons dictus lunaris q̄ ſepius
mutat locū: ſed qđ eſt mirū: vbicunqꝫ ſe tranſtulerit piſces
ſuos ſecum trāſportat ⁊ ducit. Illi aūt piſces (vt ait) ſunt
vaticidi. Habent eñ virtutē p̄ſagiatiuā ⁊ futuroꝝ demon
ſtratiuā. Et ideo ſi alicui petenti reſpōſum debebat bñ cō-
tingere: cibum de manu eius accipiebāt ⁊ ei applaudebāt
Si ꝟo male ſibi ſucceſſurū eſſet: cibū de manu ipſius refu
tabāt. Talis fons eſt eccleſia vbi aqua baptiſmalis habū
dat: Iſta eñ quotidie mutat loca. primo eñ fuit in oriēte:
in iudea: in ſyria: tandem in meridie: in egypto: ⁊ affrica: ⁊
poſtea in ſeptētrione. i. in grecia ⁊ hibernia. Nunc ꝟo in
occidente. ſ. in italia: germania: gallia: ⁊ hyſpania. Sed ꝓ-
certo iſte fons veros piſces ſuos. ſ. catholicos ſemper por
tat ſecū. Iſti etiā piſces nunq̄ dimittūt fontē ſuū. ſ. eccleſi
am ſeu fidē. Sciūt eñ ꝙ ſicut dicit Eſa. l. Computreſcent
piſces ſine aqua ⁊ moriunt in ſiti. Illi ꝟo piſces qui non
erant ſui. ſ. ſciſmatici ⁊ heretici in illis partibꝰ remanſerūt:
nec fidei nec eccleſie adheſerūt. Iohis. x. Oues mee vocē

meã audiũt ⁊ cognoſco eas ⁊ ſequunť me. ⁊c̃. Et ꝓcerto iſti piſces .i. catholici viri debent habere vim diſcretiuã: q̃a ſcꝫ ipſi debent diſcernere inter bonos ⁊ malos hereticos ⁊ catholicos: cibum doctrine nunq̃ꝫ debẽt a malis ⁊ hereticis recipe: ſed eos potiꝰ refutare ⁊ infortuniũ eternũ eiſdẽ pre dicare. Bonis ꝟo doctoribꝰ debẽt applaudere: ſocietatẽ eorũ ſequi: ⁊ cibũ ſane doctrine de ſuis manibꝰ recipe. Ideo bene dicit Tytũ. iij. Hereticũ hoiem poſt primã ⁊ ſecũdã correptionẽ deuita: ſciens q̃m ſubuerſus eſt q̃ eſt eiuſmodi. Et .j. Cor. v. dicit. Cuꝫ eiuſmodi nec cibũ ſumere. Iſti igiť debent euitari cedendo ꝓpere. Tertio dico ꝙ heretici debẽt extirpari radẽdo aſpere. Sicut enĩ ponit Seruaſius. Repertũ eſt ꝙ qñ vxor agni fornicať cuꝫ alio q̃ꝫ cum compare ſuo. Alij agni inuicem cõgregati ſolẽt eam verberare ⁊ deplumare: ⁊ de ſuo ꝯſortio ſegregatã morti ⁊ frigori exponere. Sic vere qñ aliqua ꝑſona a ſuo vero coniuge xp̃o fornicať ꝑ hereſim ⁊ errorẽ: ⁊ alteri .i. dyabolo ſe ꝯiungit: alij catholici ⁊ maxime ep̃i ⁊ p̃lati debẽt ꝯtra eã inſurgere: ⁊ a cõmunione fideliũ diuidere: plumas .i. beneficia ⁊ bona tp̃alia cõfiſcare ⁊ ab eo tollere: ⁊ eũ tanq̃ꝫ brachiũ putridũ ab eccleſia ſegregare: ⁊ penis ⁊ doloribꝰ ꝯdemnare. Qđ etiã ꝓprie fiet in iudicio qñ angeli cõgregati hereticos igne ꝑpetuo ꝯdemnabunt. Unde de adulteris mulieribꝰ Olla ⁊ Oliba dicit Ezech. xxiij. Qr viri iuſti ſunt ⁊ iudicio adulterarũ iudicabunt eas ⁊c̃. vide in titulis multis vbi fit mentio de hereticis: q̃ omitto ꝓpter auctoritatũ defectũ: vide in tabula q̃ te diriget vbi queres ⁊c̃.

Heri. Vide infra in littera. N. vbi fiet mẽtio de nudiuſtertius: vbi inuenies ſat.s de Heri ⁊c̃.

Herodes. Herodias.

Nota ꝙ cũ fuerint tres herodes ꝓut ex dictis ſcripture hñ deducit magr̃ in hyſtoria ſcholaſtica: omẽs tamen fuerũt pꝛincipes impij ⁊ crudeles: quapropter generaliter loquẽdo ꝑ herodẽ poſſumus quẽcunq̃ꝫ tyrãnũ ⁊ impiũ deſignare. Interp̃tať aũt herodes pellibus gloriãs: vel pelliceus glorioſus: q̃ .ſ. tales ſolent in pellibus ⁊ in ſpolijs innocentiũ ⁊ ſimpliciũ gloriari qñ ipſas poſſunt rapere vel furari. Improprie etiã in pellis ſue pulcritudine gloriant: qñ ꝑ inanẽ gloriã in ſue carnis ſpecie delectanť. De talibus igitur notari põt ꝙ .ſ. ipſi

Dei laudes moleſte tolerant.
Innocẽtes grauant ⁊ lacerãt.
Sanctos ꝯtemnũt ⁊ vituperãt.
Cum iniquis ſeſe confederant.
Eccleſiã grauãt ⁊ onerant.
Adulantes amant ⁊ munerãt.
Hos in fine demones verberãt.

Dico igiť ꝙ iſti ſolent dei laudes moleſte tolerare. Uñ de herode dicit Math. ij. Qr magi regem iudeorꝫ adorare volẽtibus ⁊ ſtelle miraculum referẽtibus: audiens herodes turbatus eſt ⁊ omĩs hieroſolyma cum illo. Itẽ iſti ſolẽt innocẽtes iniuſte lacerare. vñ Math. ij. dr̃. Qr futurũ erat vt herodes q̃reret puerũ ad ꝑdendũ eum. Ibi etiã dicit ꝙ herodes miſit in bethleem ⁊ occidit omĩs pueros. Et Math. xiiij. ⁊ Marci. vj. dicit. ꝙ herodes Iohannẽ in carcere decollauit. Item iſti ſolẽt ſanctos ꝯtẽnere atq̃ꝫ vitupare. Uñ de xp̃o legiť Luce. xxiij. Qr ſpreuit illũ herodes cum exercitu ſuo ⁊ illuſit indutũ veſte alba. Item iſti ſolent cũ iniquis ſeſe ꝯfederare. vnde Luc. xxiij. Qr facti ſunt amici herodes ⁊ pylatus. Item ſolent eccleſiam iniuſte moleſtare Actuũ. xij. Miſit herodes manꝰ vt affligeret quoſdaꝫ de eccleſia. Itẽ ſolent adulatores laute remunerare. vñ Math. xiiij. dicit. ꝙ cũ filia herodiadis ſaltaſſet ⁊ placuiſſet herodi ⁊ ſimul diſcũbentibus: promiſit ei dimidiũ regni ſui. Item finaliter iſti ſolent male mori ⁊ turpiter expirare. vñ Actuũ. xij. de herode dicit ꝙ ꝑcuſſit eũ angelus dñi: ⁊ ꝯſumptus a vermibus expirauit Iſtis igiť ſeptem rõnibus poſſunt tyrãni ⁊ iniqui reges ⁊ pꝛncipes herodi crudeliſſimo comparari. Vide ſi vis quõ loquiť pulcre contra crudelitatem herodes Iohãnes criſoſtomus de Iohanne baptiſta.

Heſter. Cum heſter virgo pulcerrima: pꝛmo captiua: poſtea regia fuerit aſſuero regi nupſerit. Irã ſuã placauerit populũ ſuũ liberauerit: ⁊ Amã ppli ſui hoſtem ſupauerit: ⁊ ſuſpendi ꝓcurauerit: videtur ꝙ ꝑ heſter põt intelligi beata virgo: vel etiã quelibet chriſtiana anima ſancta vel quelibet anima humilis ⁊ deuota: q̃ de captiuitate huius vite ad regnũ celeſtis glorie traduciť: vbi aſſuero q̃ interpretať beatificãs .i. xp̃o beatifice iungitur ⁊ annectiť: ita ꝙ eius p̃cibus: deuotus ſibi populus liberať. ⁊ Aman ſuperbus dyabolus ſupatur. Unde nota ꝙ iſta

Fuit decens ⁊ ſpecioſa.
Placens ⁊ gratioſa.
Pauens ⁊ timoroſa.
Latens ⁊ pudoroſa.
Fidelis ⁊ amoroſa.
Stabilis ⁊ vigoroſa.
Nobilis ⁊ glorioſa.

Iſtas enĩ ſeptẽ ꝯditiones habuit Heſter regina: que reuera debẽt in ſancta muliere vel virgine repiri. Sit igiť decẽs ⁊ ſpecioſa ꝑ puritatẽ. Uñ de Heſter dicit. Heſter. ij. Qr heſter erat pulcra nimis ⁊ decora facie. Item ſit placens ⁊ gratioſa ꝑ honeſtateꝫ. vnde Heſter p̃ ceteris placuit regi ⁊ eunucho. Quia ⁊ de Heſter legiť Heſter. ij. ꝙ inter ceteras puellas placuit ei ⁊ inuenit gratiã coram eo. Et ibideꝫ dicit: ꝙ adamauit eam rex ſup omẽs mulieres: ⁊ inuenit gratiam ⁊ miſcdiam coram eo. Item ſit pauẽs et timoroſa per humilitatẽ Heſter. xiiij. Heſter aũt cõfugit ad dominũ pauens periculũ qđ imminebat. Itẽ ſit latẽs ⁊ pudoroſa per ſecreti ꝓfunditatem quia .ſ. ad virginẽ ſpectat ꝙ ſit abſcõdita ⁊ ſecreta: ⁊ a publico ſepoſita ⁊ remota. vnde Heſter interpretať abſcõdita vnde Heſter. xiiij. dicit. Qr depoſuit veſtes regias: ⁊ fletibus ⁊ luctu apta veſtimenta ſuſcepit. Item ſit fidelis et amoroſa ꝑ charitatẽ: ſicut fuit iſta heſter: que vt ⁊ fidem et amorẽ ſuũ erga pplm iudaicũ (quẽ aſſuerus a puero vſq̃ꝫ ad ſenẽ iuſſit deleri) indicaret: ꝯtra regis edictũ ſe morti et periculo tradituram iniuſſa regiam aulam acceſſurã Mardocheo ꝓmiſit ⁊ ꝓ populo ſuo dep̃caturã: vt habeť Heſter. iiij. Et ſicut dicit Heſter. vij. Dixit heſter regi. Da mihi populũ meũ ꝓ quo obſecro. Magni vtiq̃ꝫ amoris et fidei indiciũ in femina: que cuꝫ diuitiarũ ⁊ impandi flagrẽt cupidine: ſicut de Semirami dicit horoſius. li. j. ⁊ de multis alijs legiť. Hec tamẽ cõtra mores femineos: neutro illorũ vinci potuit (naꝫ rex ei medietatẽ regni ⁊ imperij obtulit) ſed populi ſui amore victa vtrunq̃ꝫ cõtempſit: ⁊ iudeis vitam ⁊ ſalutem impetrauit. Itẽ ſit ſtabilis et vigoroſa ꝑ cõſtantie firmitatẽ: ſicut fuit iſta heſter que vanis p̃cibus aman flecti nequiuit: quouſq̃ꝫ de eo factũ eſt iuſticie cõplementũ ſicut dicit Heſter. vij. Qđ etiã moraliter loquẽdo de virgine põt dici: que p̃cibus ⁊ dep̃cationibꝰ hoſtis ſui .i. ꝓprij corporis non debet cõſentire: ſꝫ eum potius ſubiugare. Item ſic erit finaliter nobilis ⁊ glorioſa ꝑ eternã felicitatem: ſicut de Heſter dicit Heſter. ij. Qr placuit regi ſuper omẽs mulieres: ⁊ poſuit dyadema regni ſui ſup caput eius. Unde de finali gloria iſtiꝰ poteſt dici illud Heſter. v. Induta eſt heſter regalibus veſtimẽtis ⁊ ſtetit in atrio domus regie. Vide figuras de Heſter in multis locis diſperſis in hoc opere ⁊c̃.

Heu. Nota ꝙ heu ſi ſit ſimplex videť interiectio dolentes. Si ꝟo ſit triplex vt cũ ſimul dicit. heu heu. heu. tunc videť interiectio admirãtis. Iuſti .n. dolẽt ⁊ ſtupẽt: ⁊ ꝟba ſeu ſigna doloris ⁊ ſtuporis ſꝫm ꝙ res exigit manifeſtãt. Dico igr̃ breuiť ꝙ heu ſiue ſit ſimplex: ſiue triplex dicať: ꝙ cũ dr̃: ad maiorẽ aſſertioꝫ dr̃ heu. Eſt .n. ſignũ

Deſolationis.
Miſerationis.
Emulationis.
Deteſtationis.
Admirationis.
Dubitatiõis vel formidatõnis.

Dico igiť pꝛimo ꝙ heu ſignat deſolatiue ſeu lamẽtatiue: q̃ .ſ. homo quãdo ſentit ſe miſerũ atq̃ꝫ triſtem ⁊ videt p̃ſentem vel timet futurã cauſam miſerie ⁊ doloris: pre deſolatione ſolet dicere heu: ⁊ dolorẽ tali ſigno vocis demonſtrare. Dolet enim homo et deſolatur

Quãdo videt ſtatum damnabilẽ.
Quãdo ſentit locum horribilem.
Quãdo perdit fructũ amabilem.

Dolet dico ſeu deſolatur dicens heu propter miſeriã noxij ſtatus: q̃ .ſ. qñ hõ videt ⁊ ꝯſiderat ꝙ ſtatus ſuus tã corpaliť q̃ꝫ ſpũaliter ẽ malus: valde debet dolere ⁊ dicẽ heu ſicut faciebat illa vidua. ij. Regum. xiiij. q̃ dicebat. Heu q̃ mulier vidua ego ſum: mortuus eſt enĩ vir meꝰ. Dolet etiã ⁊ deſolabať homo dicens: heu ꝓpter anguſtiã auxij loci ſicut videlicet qñ ſe videt detentũ ⁊ incarceratũ in loco ſterili: ⁊ horribili ⁊ vili: ⁊ a patria relegatũ: ⁊ cũ feris ⁊ latronibus ſociatũ. Sic dolent iuſti in via .i. in mũdo iſto: vbi ſunt bãniti ⁊ clõgati a patria: ⁊ vbi impijs hoibus ſunt ꝯiuncti: et bonis omĩbꝰ ſpũalibus p̃uati. Sic dicebat in ꝑſona taliũ

Dauid in pſ. Heu mihi qꝛ incolatus meꝰ ꝓlongatus eſt: habitaui cū habitātibꝰ cedar: multū incola fuit aīa mea. Dolet inſuꝑ ⁊ deſolat᷑ homo dicens: heu ꝓpter carentiam ꝓprij fructꝰ: qꝛ.ſ.homo multū triſtat᷑ qñ perdit ſocios: filios ⁊ amicos. Sic etiā ſpūaliter iuſtus triſtat᷑ ⁊ deſolat᷑ qñ deum ⁊ ſanctos ꝗ filij ⁊ ſocij ſui erāt ꝑ grām. Iuxta illud verbū Math.xij. Quicūqꝫ fecerit voluntatē patris mei ꝗ in celis eſt ille frater meus ⁊ ſoꝛoꝛ ⁊ mater eſt. A ſe ꝑ peccatū ſentit fieri alienos. Et ſic deſolat᷑ thobias. Thobie.x. ꝓ filio a ſe abſente dicēs. Heu me fili mi vt ꝗd te miſimꝰ peregrinari lumen oculoꝝ noſtroꝝ. Sic deſolari etiā ⁊ triſtari debēt patres ſpūales.id eſt. pꝛelati quādo filios ſuos id eſt.ſubditos vidēt per pctm̄ moꝛtuos ⁊ ꝯſumptos. Sicut de ꝓpheta a leone occiſo.dr̄.iij. Regū.xiij. Planxerunt eum heu heu mi frater. Patet igit᷑ quō heu ſignat deſolatiue. Scđo dico ꝙ heu ſignat miſeratiue ſeu cōpaſſiue. Homo em̄ de miſerijs alienis debet ꝯtriſtari: ⁊ eiſdē compati ⁊ flebiliter miſereri: dicēs Iudic.xj. Heu me filia mea decepiſti me ⁊ ipſa decepta es. Et ſic loquebat᷑ miſerando Ezechiel videns ſeuera dei iudicia erga pplm: dicens ſic. Ezech.ix. Heu heu heu. Dñe deus ergo ne diſꝑdes om̄es reliqas iſrl': effundēs furoꝛē tuū ſuꝑ hieruſalē. Et Ezech.xj. Heu heu heu dñe deus: conſummationē tu facies reliquiarū iſrael. Quis em̄ iuſti ꝯfoꝛmēt volūtatē ſuā volūtati diuine: cōpatiunt᷑ tamē qñ vident ꝯtra alios dei iudicia ſeueriter infligēda. Sicut de ſamuele legit᷑ ꝙ ploꝛabat ſaulem pꝛe cōpaſſione: ꝓ eo ꝙ dñs abiecerat eū.j. Regū.xvj. Sumit᷑ igit᷑ heu vt dictum eſt miſeratiue ſeu compaſſiue.

Tertio dico ꝙ heu ſumit᷑ emulatiue ſeu vindicatiue. Ille em̄ ꝗ zelat ⁊ appetit vindictaꝫ inimicoꝝ dicit heu: ſicut dñs dicit Eſaie.j. Heu ꝯſolaboꝛ ſuꝑ hoſtibꝰ meis: ⁊ vindicaboꝛ ſuper inimicis meis. Quarto dico ꝙ heu ſumitur deteſtatiue. Ille em̄ ꝗ de re abbominabili ⁊ diſplicēti loquit᷑ conſueuit cuꝫ indignatione dicere heu. Et ideo Ezech.vj. dicit᷑: Percute manum tuam: ⁊ allide pedem tuum: ⁊ dic heu ad omnes abbominationes maloꝛum domus iſrael.

Quinto dico ꝙ heu ſumit᷑ quādoqꝫ admiratiue: quia.ſ. quotiens homo videt rem inſolitam atqꝫ nouam: magnā: mirabilem ⁊ ſtupendā ſolet dicere heu. Et ſic mirat᷑ homo

De ſupꝛema dei potentia.
De ſeuera dei iuſticia.
De occulta dei pꝛudētia ſeu

ꝓuidentia. Homo igit᷑ dicit heu cōſiderans dei potentiā. Et ſic loquit᷑ Hieremias: dicēs Hiere.xxxij. Heu heu heu dñe deus: ecce tu feciſti celum ⁊ terrā in foꝛtitudine tua magna ⁊c̄. ⁊ Nume.xxiiij. Heu ꝗs victurus eſt quādo hec faciet deꝰ? Itē homo dicit: heu ꝯſiderās dei iuſticiā. Ex ꝯſideratiōe em̄ iudicioꝝ ⁊ occulte iuſticie diuine ſolet oꝛiri admiratio ſeu ſtupoꝛ. Sic videbat᷑ admirari Hieremias ꝓpheta de hoc ꝙ deus videbat᷑ oꝛdinaſſe punitionē maloꝝ: dato ꝙ eis pax publice ꝓmitteret᷑: dicēs ſic Hiere.iiij. Heu heu heu: ergo ne domine decepiſti populū iſtum dicēs: pax erit vobis: et ecce ꝑuenit gladius vſqꝫ ad animā. Item homo dicit heu cōſiderās dei ꝓuidentiam ſeu eius occultam pꝛudentiam Et ſic.iiij. Regū.iij. vbi dicit᷑ ꝙ exercitus triū regū videbātur ꝓpter aque carentiam conſumpti: ſed diuina ꝓuidentia ad pꝛeces helyſei remediauit: ꝗ aquas cōtra ſpem oim̄ ꝓcurauit: dicit᷑ per regem iſrael ſic. heu heu heu cōgregauit nos deus tres reges vt traderet in manu moab. Sic igitur dico ꝙ heu ſumitur qñqꝫ admiratiue. Sexto dico ꝙ heu qñqꝫ ſumit᷑ dubitatiue ſeu foꝛmidatiue. Sic dicebat ille puer helyſei vidēs exercitū regis ſyrie miſſum ad capiendū magr̄m ſuum dicēs.iiij. Regū.vj. Heu heu heu: domine mi quid faciemꝰ ⁊c̄. Sic ergo patet ꝙ heu eſt interiectio. Dubitatiua. Deteſtatiua. Admiratiua. Indignatiua ſeu emulatiua. Miſeratiua. ⁊ Deſolatiua ⁊c̄. Vide ſupꝛa in pꝛologo. De A.a.a.

b

Hic aduerbiū loci.

Nō ꝙ iſtđ aduerbiuꝫ hic: qđ eſt aduerbiū loci: ſꝑ ſignificat certū locū: ſed moꝛaliter loquēdo inueniunt᷑ bona et mala loca. Ergo in bono ſumit᷑ ⁊ in malo. Et pꝛimo dico ꝙ hic ſignat in bono: quia ſcilicet per hic poteſt intelligi omnis locus vtilis: virtuoſus et bonus. Eſt enim vnum hic interius in conſcientia. Et eſt aliud hic exterius in eccleſia. Et hic ſupiꝰ in patria

Hic in coꝛde eſt locus ſecretus.
Hic in eccleſia eſt locus cōpletus.
Hic in celo eſt locus quietus.

Pꝛimo igit᷑ dico ꝙ hic eſt locus ſecretus abilis ad cōtemplandū: qꝛ ſcꝫ viri cōtemplatiui ſolent venire: ⁊ intrare ad iſtud hic. id eſt. ad ſecretū cōſcientie: exemplo Helye ꝗ in monte dei oꝛeb manſit in ſpelunca: ⁊ poſt egreſſus ſtetit in mōte corā domino: ſibiqꝫ dictū eſt. Quid hic agis. Rñdit. Zelo zelatꝰ ſum ⁊c̄.iij. Regū.xix. Quia.ſ. illi ꝗ ſunt in iſto hic.i. in ſpelūca ꝓfunde conſciētie meditantes: ⁊ ſtant coꝛam domino in culmine eminētie contēplātes: poſſunt dicere ꝙ ipſi ſunt hic ꝓ domo domini zelantes: ⁊ deum videntes ⁊ conſiderantes Geñ.xvj. Hic vidi poſterioꝛa videntis me. Poſterioꝛa enim dei ſunt ipſius humanitas: ſuiqꝫ futuri iudicij ſeueritas: ⁊ paradiſi felicitas: quia ſcilicet poſterius euenient in futurū: que ſcꝫ in iſto hic. id eſt. conſcientia debēt videri ⁊ contemplari.j. Regū.ix.ca. Nū hic eſt videns reſpōderunt: hic eſt. Hic eſt igitur locus ſecretus abilis ad contemplandum. Secūdo dico ꝙ: hic: eſt locus completus vtilis ad habitandum. Et iſte eſt locus eccleſie et religionis: ſtatuſqꝫ gratie et perfectionis. Nam hic eſt Locus

Expectationis alta ſperantibus.
Requietionis pacem amātibus.
Liberationis mala timentibus.
Diſpēſationis bonis egentibus.
Eruditionis parum ſciētibus.
Adoꝛationis deum querētibus.
Caſtigatiōis culpas hoꝛrētibus.
Peregrinationis celū volantibꝰ.
Longe manſionis ꝑſeuerantibus.
Meditatōis conſiderantibus.
Introductōis ꝓ hoſpitantibus.

Igit᷑ de iſto hic. id ē de ſtatu eccleſie: religionis vel gratie dico ꝙ hic ē locus expectationis: qꝛ ſcilicet hic opoꝛtet viuere in ſpe ⁊ patientia ⁊ expectare beatam ſpem ⁊ aduētuꝫ glie magni dei. Ad Titū.ij. Vnde abꝛahā aſcendēs in montē legit᷑ dixiſſe: duobꝰ pueris ſuis Gene.xxij. Expectate hic cū aſino. Aſinꝰ em̄ patientiā deſignat: qꝛ.ſ. abꝛahā.i. xp̄s: qñ montē paradiſi aſcēdit in ſpe: expectatione ⁊ patientia pueros ⁊ ſeruos ſuos viuere ꝑſuaſit. Marci.xiiij. Suſtinete hic. Item hic eſt locus liberationis. Hic em̄ liberat᷑ homo de ꝑiculo damnatōnis eterne ꝑ fidem ⁊ charitatē: qđ bene figuratū eſt Geñ.xix. vbi Loth audiēs ſodomā ꝑiturā dixit domino. Nō poſſum inꝗt ſaluari in monte: eſt ciuitas hic iuxta parua ad quā poſſum fugere ⁊ ſaluaboꝛ in ea: quare ꝓcerto in monte eminentie huius mūdi non eſt ſalus: ſed in parua ciuitate que eſt hic iuxta.i. in religione: vel eccleſia militante. Item hic ē locus requietionis. In ſtatu em̄ mūdi vel peccati nō eſt niſi laboꝛ. In ſtatu vero eccleſie vel religionis vel gratie eſt pax Ideo cuilibet quietē mētis amanti. dicit᷑ illud Ruth.iij. Declina parūper ⁊ ſede hic. Et.iiij. Regū.ij. Sede hic: quia dominus miſit me. Sedere em̄ quietē ſignat. Item hic eſt locus diſpenſationis: quia ſcꝫ hic ſunt pꝛelati qui bene meritis diſpenſant beneficia: ⁊ curati qui penitentibus diſpenſant ſacramentoꝝ remedia: ⁊ deus ⁊ ſancti qui cūctis diſpenſant gratiarū ⁊ virtutū ſuffragia.j. Coꝛinth.iiij. Hic iam querit᷑ inter diſpenſatoꝛes vt fidelis quis inueniat᷑.

Item hic eſt locus eruditiōis. Et ideo figuraliter: dicit᷑ Iohis.vj. Eſt puer vnus hic ꝗ habet ꝗnqꝫ panes oꝛdeaceos ⁊ duos piſces. Puer em̄ eſt xp̄s ꝗ hic in eccleſia adminiſtrat egentibus ⁊ cōmunicat ꝗnqꝫ panes. id eſt. ſciētiam quinqꝫ libꝛoꝝ Moyſi: ⁊ duos piſces.i. ſcientiam euangelioꝛum ⁊ epiſtolaruꝫ noui teſtamēti. Item hic eſt locus adoꝛationis.j. Regū.j. Steti coꝛam te hic oꝛans. Item hic eſt locus caſtigationis: qꝛ hic debet hō coercere ⁊ coꝛrigere ſuos vagos ⁊ deuios appetitꝰ Iob.xxxviij. Hic ꝯfringes tumētes fluctꝰ tuos. Itē hic eſt locus ꝑegrinatiōis: quia.ſ. ciuitas iſta nō eſt manēs: ſed tranſiēs de hoc mūdo ad patrem Heb.xiij. Nō habemꝰ hic manentē ciuitatem ſed futuram inquirimus. Item hic eſt locus longe manſionis: quia hic ſcꝫ in loco determinato ⁊ certo. ſcꝫ in clauſtro ⁊ in religione ⁊ fide opoꝛtet ꝑſeuerare vſqꝫ ad moꝛtē: nō per mundū ⁊ mundi negocia diuagare.iij. Reg.ij. Nō egrediar ſed hic moꝛiar. Et Exod.xxiiij. Expectate hic donec reuertar. Vñ de bene ꝑſeuerātibꝰ dr̄ Matth.xvj. Sūt aliꝗ hic ſtantes ꝗ non guſtabūt moꝛtē donec videant filiū hominis in regno ſuo. Item hic eſt locus meditationis ſeu ꝯſiderationis. Ideo dicit᷑ Luce.xxiij. Suſtinete hic et

vigilate. Item hic eſt locus introductionis: qꝛ.ſ.iſta eſt
via ⁊ porta ad eundū in celū Gen̄.xxviij. Uere nō eſt hic
aliud niſi domꝰ dei ⁊ porta celi. Patet igit᷑ ꝙ eſt quedam lo-
cus completꝰ vtilis ad habitandū. Tertio dico ꝙ hic eſt
locus quietus ⁊ nobilis ad cooperandū ſeu ad ſoporandū vł
dormiendū. Et iſte eſt locus paradiſi: q̄ eſt vnū: hic: vbi eſt
perfecta requies. In mūdo em̄ nō eſt reqes ſed labor. Iō
bene dicit᷑ Michee.ij. Surgite ⁊ ite: qꝛ nō habetis hic req
em. Sed certe in paradiſo eſt. hic. quietis. Iuxta illud Io
hānis.xvj. In mūdo preſſuram habebitis: in me aūt pacē
Ideo de tali hic. id eſt. de quiete paradiſi dicit᷑ in pſ̄. Hec
requies mea in ſeculū ſeculi: hic habitabo qm̄ elegi eam.
Sic igit᷑ patet ꝙ hic ſignat Locū quietū. Locū completū.
Locū ſecretū. Et ſic ſignat in bono. Sed adhuc dico ꝙ
hic ſignificare poteſt in malo: ⁊ ſic dico ꝙ hic ſignat
Cor impium. | Primus eſt locus tumultuoſus quē
Mundū deuiū. | dominꝰ ſolet fugere. Cor em̄ impij q-
Infernū anxiū. | ſi mare feruēs qđ quieſcere nō valet
Eſaie.lvij. De xp̄o vo̍ cōſtat ꝙ factus eſt in pace locus eiꝰ
⁊ habitatio eiꝰ in ſyon pſ̄.lxxv. Et ideo in tali hic. id eſt. in
corde impio nō poteſt xp̄s pacifice reqeſcere vel manere
Math.xxiiij. Si dixerint ecce hic ē xp̄s aut illic nolite cre-
dere: qꝛ oportet primū hec fieri ⁊c̄. Marci.xvj. Surrexit
nō eſt hic. Et certe male: qꝛ homo pōt ſibi dicere illud Io-
hānis.xj. Domīe ſi fuiſſes hic: frater meus nō fuiſſet mor-
tuus. Scđs eſt locus defectuoſus.ſ. mūdus: cui vir iu-
ſtus debet cedere. Et merito: qꝛ procerto per opera virtu-
oſa mūdus non colit᷑ Math.xx. Quid hic ſtatis tota die
ocioſi: immo qlibet iuſtus ibi grauat᷑ ⁊ cōtemnit᷑ Gen̄.xl.
Hic innocēs in lacū miſſus ſum. Et ideo nō mirū ſi finali-
ter veniat ad confuſionem: ⁊ ad excidiū deducat᷑. Quia ſi-
cut dicit᷑ Math.xxiiij. Non relinquet᷑ hic lapis ſup lapi-
dem. Et ꝓpter hoc dn̄s in ſcripturis cōſulit ꝙ iſte deſerat᷑:
⁊ ꝙ a bonis hoibus cōtemnat᷑.iij. Reg.xix. Quid hic agis
helyas ⁊c̄. ſicut ſupra. Et Thobie.xiiij. Nolite manere hic
filij: dirigite greſſus vr̄os vt exeatis hinc: video em̄ ꝙ ſua
iniqtas finē dabit ei. Deridēdo etiā loquit᷑ ꝯtra mūdi ha-
bitatores: dicens Eſaie.xxij. Tu qs hic? aut quaſi qs hic?
Quia excidiſti tibi hic ſepulcrū ⁊c̄. Subiūgit. Ecce aſpor-
tari te faciet dn̄s ſic aſportat᷑ gallus gallinacius ⁊c̄. Expo-
ne ⁊c̄. Tertius eſt locus tempeſtuoſus.ſ. infernꝰ a quo
debet quiſqꝫ metuere. Et merito: qꝛ ibi eſt labor ⁊ miſeria
Michee.ij. Non habebitis hic requiē. Ibi eſt fames ⁊ pe
nuria. Unde damnatꝰ qlibet poteſt dicere illud Luce.xv.
Quāti mercēnarij in domo patris mei abundant panibꝰ:
ego aūt hic fame pereo. Sic igitur patet quō hic aduerbiū
in bono ſignat ⁊ in malo.

Hic pronomen.

Nota ꝙ illud ꝓnomen hic eſt ꝓnomē demon-
ſtratiuū. Et eſt ꝓnomē ſingularitatis ſignificatiuū. Et idō
per iſtud ꝓnomē hic pōt ſignificari qlibet vir pfectus: qui
eſt in ſcientia ⁊ moribꝰ pre alijs ſingularis: ⁊ q̄ rōne perfe-
ctionis ⁊ ſanctitatis eſt alijs ſpeculabilis ⁊ exēplaris. De-
monſtrant᷑ em̄ alijs res mirabiliores: res excellentiores:
res inſolitiores ſeu rariores ⁊ nouiores. Et ideo vir perfe-
ctus poteſt dici: hic: qꝛ ꝓcerto nihil ipſo mirabiliꝰ. Unde
de ipſo dicit᷑ Eccā.xxxj. Quis eſt hic ⁊ laudabimꝰ eum? fe-
cit em̄ mirabilia in vita ſua: qui ꝓbatus eſt in illo ⁊ perfe-
ctus inuentꝰ eſt. Itē viro pfecto nihil excellentiꝰ. Excel
lit em̄ alios in ſcientiarū ⁊ morū virtute ⁊ quātitate: vt de
iſto h̄ dicat᷑ illud Luc̄.j. Hic erit magnꝰ ⁊ filiꝰ altiſſimi vo
cabit᷑. Item viro pfecto nihil inſolitius: rarius ſeu noui
us. Et ideo de tali hic poteſt dici illud qđ dictū fuit viſa no
uitate ſignoꝝ ⁊ miraculoꝝ paſſionis xp̄i Luce.xxiij. Uere
hic homo iuſtus erat. Et ꝓpter hoc de tali hic. id eſt. de tali
viro perfecto ſic demōſtrabili: ſic ſpeculabili: ſic ſingulari:
ſic exemplari: poſſumus breuiter exponere illud quod di-
citur Iohānis.vj. Hic eſt vere propheta. In qbus verbis
oſtendit᷑ ꝙ hō poteſt dici hic: hoc eſt dictū: virtutis demō-
ſtrabilis ⁊ ſingularis triplici ratione. ſcilicꝫ quando habet
Cōſtantie vel ꝑmanētie fortitudinē. | Iſta. n. tria faciūt
Facūdie vel eloquētie rectitudinē. | hoiem ſpectabilē:
Prudentie vel ſapiētie limpitudinē. | demōſtrabilē atqꝫ
clarū.ſ. Permanētie fortitudo qđ oñdit᷑ cū di: hic eſt Elo-
quētie certitudo qđ notat᷑ in aduerbio: vere Sapie limpi-
tudo q̄ notat᷑ cū di. ꝓpheta. Uir em̄ pfectus debet habere
Cōſtantiā ſine vanitate vel varietate. | Primo igit᷑ di
Facundiam ſine falſitate. | co ꝙ ſi volumꝰ
Prudentiā ſine ruditate. Debet. n. hic. | eſſe hic. id ē. vi-
Cōſtantiā pſeueratiuā. Hic eſt inqt. | ri demonſtrabi
Facūdiam certificatiuā. Uere inquit. | les: ſingulares
Prudētiā ꝯſideratiuā. Propheta inqt. | ⁊ exemplares:
nos debemꝰ habere cōſtantie fortitudinē: qđ oſtendit᷑ cū
dicit᷑: hic eſt. Ille em̄ veraciter dicit᷑ eſſe: q̄ ꝓpter exteriora
accidentia neſcit deeſſe. Iſtud em̄ verbū ſum es: ſcđm gram
maticos eſt ſubſtantiuū verbū: ad denotandū ꝙ ipſe ē ad
modū ſubſtantie q̄ propter imitatōem accidentiū non va-
riat᷑. Quia ſcꝫ ille q̄ ſpūaliter vult eſt: nunqꝫ ꝓpter acciden
tium tribulationē vel tentatiōem debet ab eſſe morali defi
cere vel ceſſare: ſed ſemꝑ in bono cōſtare ⁊ pſeuerare: qđ
oſtendit᷑ cum dicit᷑: hic eſt: qđ eſt p̄ſentis temporis: ad de-
notandū ꝙ nos debemꝰ eſſe ſemꝑ: ⁊ cōtinue: ⁊ p̄ſentialiter
exiſtentes ⁊ in bono pſeuerātes: exemplo p̄me materie q̄
eſt inuariabilis: incorruptibilis ⁊ imutabilis. Oīqꝫ em̄ for
me ⁊ accidentia qbus ipſa ſubſtat varient᷑: alterent᷑ ⁊ cor-
rumpant᷑. ipſa tamē ſemꝑ eadem manet: nec quoquo mo
do corrumpit᷑ vel mutat᷑. Quia ꝓcerto vir pfectus ſemꝑ
debet eſſe in bono cōſtans: pſeuerās: incōmutabilis ⁊ eter
nus. Et qꝫuis forma ſua exterior: hoc eſt dictū: ſua ꝓſperi-
tas temporalis: ſua ſublimitas ſecularis: ſua etiā ſanitas
corporalis: variet᷑: multiplicet᷑: mutet᷑: vel ꝑ tribulatiōem
penitus deſtruat᷑: ipſe tamē ꝓpter hoc nō debet mutari vel
deficere: nec per peccatū a bono ſtatu deſiſtere. ſed ſemꝑ in
bono perſeuerare et perſiſtere. Sicut em̄ dicit᷑ Prouerb.
.xij. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit: ita ꝙ
de eſſentia. id eſt. de perſeuerantia talium poteſt dici illud
pſ̄. Tu autem idem ipſe es: ⁊ anni tui non deficiēt. Hic eſt
igitur. Et nota ꝙ talis debet exiſtere et perſeuerare In
Fraternitate ⁊ amicicia. | Debet dico pſeuerare in ami-
Humilitate ⁊ innocētia. | cicia ⁊ fraternitate: vt de ipſo
Equalitate ⁊ iuſticia. | dicat᷑ illud.ij. Mach.xv. Hic
eſt fratrū amator q̄ multū orat ꝓ populo. Debet etiā per-
manere in humilitate ⁊ innocentia: vt de ipſo dicat᷑ illud
qđ de xp̄o Math.iij. Hic eſt filius meus dilectus. Debet
etiā perſiſtere in iuſticia ſeu equalitate vt de ipſo dicat᷑ il-
lud Luce.xxiij. Uere hic homo iuſtus erat. Sed heu ꝓch
dolor videt᷑ hodie ꝙ multi ſunt q̄ tali eſſentia: exiſtētia ſeu
pſeuerantia ſunt carētes. Non. n. habent eſſe duratiuū ſ
defectiuū. Non habent ſtatū exiſtentē ſed deſiſtentē. Nō
ſtatum ſtabilē ſed mutabilē. Iſtud ptꝫ inter mūdanos a-
micos qui pſeuerāt in ꝓſperitatē: deficiūt tamē in aduer-
ſitate. Iſtud patet inter alios mūdanos qui ſunt innocen
tes ⁊ humiles in tempore pauptatis: ſunt vo̍ ſuperbi ⁊ ini
qui tempore ꝓſperitatis. Iſtud etiā patet generaliter: in-
ter oīes incōſtantes ſeu leues: qui ſi quādoqꝫ ſunt iuſti:
occaſione modica fiunt iniuſti. Oēs em̄ iſti habēt eſſe de
bile ⁊ nō durabile. Modo em̄ ſunt: modo nō ſunt. Modo
apparēt: modo diſparent. Modo exiſtunt: ⁊ mō deſiſtunt
Iſti ſunt ſicut ſtelle que dicunt᷑ comete: que ſunt ſtelle tē-
porales nō eternales: ſtelle fluide nō ſolide: ſtelle apparen
tes nō exiſtentes. Iſte em̄ vident᷑ ſtelle ⁊ nō ſunt: ſ ſunt q̄
dam impreſſiones aeris q̄ ad tēpus veniūt ⁊ ad tēpus re-
cedunt: qꝛ ſicut dicit᷑ Apoc.ij. Iſti ſunt illi q̄ ſe dicūt iude-
os ⁊ nō ſunt ſed ſunt ſynagoga ſathane. Quia ꝓculdubio
tales homīes incōſtantes faciliter mutant᷑ ⁊ variant᷑: ⁊ de
bono ad malū: de veritate ad mendaciū cōmutant᷑ vt de
talibus dicatur illud Eſaie.xlj. Ecce vos eſtis ex nihilo: et
opus veſtrū ex eo quod non eſt. Et ideo de falſa apparen
tia talium: ⁊ de falſa apparentia ypocritarū qui recti vidē
tur eſſe ⁊ non ſunt: poteſt deſpectiue dici illud Eſaie.xxij.
Tu quis hic? aut quaſi quis hic? quia excidiſti tibi hic ſe-
pulcrum. Tales enim falſi amici: ypocrite ⁊ falſi humiles
non poſſunt dici hic: ſed quaſi hic: non poſſunt dici quis.
ſed quaſi quis: quia ſcꝫ iſti vt dictū eſt non habent exiſten
tiam ſed ſolum apparētiam: ⁊ hoc eſt quod ſequit᷑. Quia
exciderūt ſibi hic ſepulcrū. Sepulcrū em̄ quod eſt pulcrū
exterius: interius vo̍ vile ⁊ fetidum: ſignat vicium ypocri-
ſis, ⁊ cuiuſcunqꝫ ſimulationis. que.ſ. exterius eſt pulcra ꝑ

ſiccam apparentiam. interius vō eſt vilis ⁊ turpis per malam et falſam exiſtentiam. Quia ſcilicet tales mali ſunt in intentione ſed bonis aſſimilant̃ in apparētia. ſiles miluis ꝙ in roſtro ⁊ pluma ſunt ſimiles auibus ꝑdalibus. nō tamē in efficacia vel virtute. qꝛ ſcꝫ tales in pluma .i. in habitu ⁊ ꝯuerſatione. in roſtro .i. in verbis ⁊ locutione bonis viris ⁊ fidelibꝰ amicis ſunt ſimiles. nunꝗ̄ tamē in virtute ⁊ ꝑfectōne. De talibus igit̃ dicit̃ Joh. ix. qđ dicebat̃ de ceco nato Alij dicebāt quia hic eſt. Alij aūt dicebāt nō. ſed ſimilis eſt ei. Nō ſic chariſſimi nō. Non habeamus eſt ⁊ nō. nō habeamꝰ accidēs ſed ſubiectū. nō apparētiā ſed exiſtētiam. vt de quolibet ſcꝫ dicat̃ hic eſt. Ut ſic dicat̃ illud Johānis. j. Hic eſt vere iſraelita in quo dolus nō eſt. Ptꝫ igit̃ ꝙ ſi volumꝰ eſſe demōſtrabiles. ſingulares ⁊ exemplares nos debemꝰ habere exiſtentie ſeu ꝑmanētie firmitatē. Hic eſt inquit. Secūdo dico ꝙ ſi volumꝰ eſſe hic .i. viri demōſtrabiles ſingulares ⁊ exēplares. nos debemꝰ hic eloquentie certitudinē. vere inqt. Jſtud vō aduerbiū vere eſt affirmatiuū ⁊ certificatiuū: qꝛ ſcꝫ ad hoīem ꝑfectū ꝑtinet vere: certe: firmiter ⁊ infallibiliter loqui. Sicut em̄ ſanctitas debet eſſe talibꝰ in intētione: ſic veritas in locutiōe: vt eis dicat̃ illud Judith. viij. Omīa ꝗ̄ locutus es vera ſunt: ⁊ nō eſt in ſermonibꝰ tuis vlla reꝑhēſio. Roſtra em̄ auiū rapaciū ſunt curua ⁊ acuta. Roſtra vō auiū manſuetarū ⁊ ſimpliciū ſunt plana ⁊ recta. Ad denotandum ꝙ ſicut roſtra ⁊ ora rapaciū ⁊ maloꝝ ſunt curua ꝑ falſitatē: ſic roſtra ⁊ ora bonoꝝ ⁊ ſimpliciū debent eſſe recta ⁊ plana ꝑ veritatē. vñ Prouerb. viij. Apient̃ labia mea vt recta ꝑdicent: veritatē meditabit̃ guttur meū. De tali igit̃ hic .i. de tali eloquentie veritate pōt dici qđ de Apollo dicit̃ Actuū. xviij. Hic erat edoctus viam dñi: ⁊ feruens ſpū loquebat̃ ea ꝗ̄ ſunt ieſu. Sequit̃. Hic igit̃ fiducialiter agebat in ſynagoga. Habeamus igit̃ eloquentie certitudinē. Tertio dico ꝙ ſi volumus eſſe hic: habeamꝰ ſapiētie limpitudinē. Propheta inquit. Propheta em̄ eſt ille ꝗ̄ tractat ⁊ cogitat de rebus ſecretioribus: ſuꝑioribꝰ: futuris ⁊ occultioribꝰ: ⁊ ſignat virū ſapientē ⁊ prudentē: qui .ſ. de rebus futuris ⁊ occultis. ſcꝫ de penis inferni: de gaudijs ꝑadiſi: de terrore iudicij: de offenſa dei: de vilitate peccati: de vanitate mūdi: de fragilitate corpis humani ſolet cogitare ⁊ ꝯſiderare meditari pariter ⁊ tractare. Jſta eſt igit̃ vera ꝓphetia ꝗ̄ cogitat de rebus abſentibꝰ nō de p̄ntibus. De ocultis nō de manifeſtis. De eternis nō de mūdanis. Et ſic de tali poterit dici illud Johānis. vj. Hic eſt vere ꝓpheta ꝗ̄ venturus eſt in mundū. Et Matth. xxj. dī. Hic eſt ieſus ꝓpha a nazareth galylee. Talis em̄ hic dicit̃ ꝑ ſingularitatē ꝑfectiōis. Dicit̃ ieſus .i. ſaluator ꝑ benignitatē cōpaſſionis. Dicit̃ ꝓpheta ꝑ ſagacitatē diſcretiōis. Dicit̃ a nazareth ꝗ̄ interꝑtat̃ floridus ꝑ formoſitatē ꝯuerſationis. Dicit̃ eſſe de galylea qđ interꝑtat̃ volubilis ꝑ celeritatē bone operatōis. Sic igit̃ patet chariſſimi ꝙ ille ꝗ̄ vult eſſe hic .i. vir ſpūalis: demōſtrabilis et exēplaris: ꝑfectus ⁊ ſingularis: debet habere ſapiētiā ꝯſideratiuā. Eloquētiā certificatiuā. Exiſtentiā ꝑſeueratiuā. Et breuiter tali. huic. qui .ſ. ſic eſt demōſtrabilis atqꝫ clarus: ſolet dñs pacē ꝯcedere: tute defendere ⁊ bona tribuere: celo recipere: honorē pandere: ſaluū efficere: marie iūgere. Deus em̄ talibꝰ pacē ꝯcedit Math. x. Pax huic. Jtem tales dñs iuuat ⁊ defendit ⁊ bona eis tribuit Math. xx. Uolo ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. Jtem iſtuꝫ dñs in celū introducit Joh. x. Huic oſtiarius aperit. Jtē iſtū dñs honorari facit Luc. xiiij. Da huic locū. Et finaliter ipm ſaluat ⁊ in paradiſum deducit Luc. xix. Hodie huic domui ſalus facta eſt. Et ipm beate virgini aſſociat ⁊ ꝯiungit: qꝛ ſicut dicit̃ Luc. x. Huic erat ſoror nomine maria ⁊c̄. ſufficit.

Hec. Nota ꝙ illud ꝓnomē hec ſicut ⁊ hic ſignat ſingularitatē ⁊ excellentiā virtuoſam. Eſt em̄ ꝓnomē demonſtratiuū: ⁊ ꝑ cōſequēs exemplaris excellētie ⁊ euidentie deſignatiuū. Siue igit̃ referat̃ ad beatā virginem: vel ad quācūqꝫ ſanctā: ſiue ad ſuꝑnā leticiā ⁊ celi ciuitatē: poteſt breuiter notari ꝙ iſtud ꝓnomen hec in ſcriptura ſignat quādam excellentiā ſingularē in materia de qua agitur. Et ideo poſſum dicere ꝙ iſtud ꝓnomē hec ſigt

Perſone bonitatē.
Coꝛdis iocūditatē.
Vite ſingularitatē.
Celi felicitatem.

Primo ꝗ̄ dico ꝙ ſignat ꝑſone bonitatē ⁊ ſingularitatē: qꝛ .ſ. hec eſt femini generis: noīatiui caſus numeri ſingularis. Sic iſta ſancta de qua agimus. Fuit femina ꝑ pietatē. Nominatiua ꝑ famoſitatē. Singularis numeri ꝑ vite ⁊ fame excellentie moralitatē. Et ideo de tali hec canit eccl̃ia illud qđ virginibꝰ dī. Hec eſt virgo ſapiens ⁊ vna de numero prudentū ⁊c̄. que ſecum acceperunt oleum et ornauerūt lampades ſuas ⁊c̄. Jn quibus verbis eccleſia commendat tales. ſcilicet A

Sagacitate.
Pietatate.
Caſtitate.

A ſagacitate dico: qꝛ h̄ ē vgo ſapiēs ⁊ vna de numero prudentū. A pietate etiā: quia hec eſt virgo ſapiēs ꝗ̄ acceptis lampadibꝰ ſumpſit ſecū oleū in vaſis. A caſtitate. Unde hec eſt ꝗ̄ neſciuit thoꝝ in delictis: habebit fructū in reſpectiōe aīarū. Et ideo breuiter de ꝑfectione iſtius hec .i. iſtius ſctē pōt exponi illud Ezech. j. Hec erat viſio diſcurrēs in medio quatuor animaliū ſplendor ignis: ⁊ de igne fulgur egrediens. Jn ꝗ̄bus verbis aduerte quatuor rōnes: quare iſta potuit dici ſingularis: demōſtrabilis ⁊ exemplaris. ſcilꝫ quia iſta Bona ſedulitate occupabat̃: qꝛ hec erat viſio diſcurrens. Firma ſtabilitate roborabat̃: qꝛ h̄ erat ī medio .iiij. aīaliū. Feruenti charitate inflamabat̃: qꝛ ignis .ſ. Lucēti venuſtate decorabat̃: qꝛ dicebat̃ ignis ſplendor ⁊ fulgur: qꝛ .ſ. ſꝑ lucet. Hec opando fuit oīmoda: qꝛ diſcurrēs. Hec ꝑſeuerando fuit ſolida: qꝛ in medio. Hec diligendo fuit feruida: ꝗ̄a ignis. Hec cōuerſando fuit lucida: quia fulgur ⁊ ſplendor. Fuit igit̃ iſta obediēs ⁊ oꝑoſa: diſcurrēs: ſilis marthe que ſatagebat circa frequēs miniſteriū Lu. x. ⁊ Gen̄. ij. Hec vocabit̃ virago que dicit̃ a virtute Actuū. ix. Hec erat plena opibus bonis. Jtē hec fuit firmiter reſidēs et virtuoſa: qꝛ fuit in medio. Jllud em̄ qđ eſt in medio magis ē firmū pš. Hec mutatio dextere excelſi Johis. xix. Hec ē mr̃ tua. Jtē hec fuit feruēs ⁊ amoroſa .iiij. Regū. viij. Hec ē mulier ⁊ hic eſt filius eiꝰ. Amor em̄ denotat̃ in filio. Jtē hec fuit lucēs ⁊ luminoſa Sap̄. vij. Eſt em̄ hec ſpecioſior ſole. Et bene ſpecioſior: quia ſcilicet in ipſa reſplenduit iuſticie firma ſanctio Leuit̃. vij. Hec eſt lex clementie: dulcis vnctio Exod. vij. Hec eſt vnctio aaron. Et Mat. xxvj. Mittens em̄ hec mulier hoc vnguentū in corpus meum ad ſepeliendum me fecit. Et Marci. xij. Uidua hec pauꝑ plus omnibꝰ miſit: mūdicie pura lotio. Unde de Suſanna dicitur Dan̄. xiij. Or egreſſa eſt hec cum duabus puellis vt .ſ. lauaret̃ in pomerio. Decentie pulcra ratio: qꝛ ſcꝫ ſicut dicit̃ Ruth. j. Hec eſt illa noemi: que .ſ. interpretat̃ pulcra. Uide ꝓſecutionē iſtius auctoritatis ī diuerſis .ſ. diſcurrēs ſupra de currere: de diſcurrere. Jn medio ſupra vbi cherub in illo verbo vbi dicit̃. Jn medio lapidū ignitoꝝ: vide vbi fulgur vel fulgor: vel in tabula. Patet igitur ꝙ iſtud ꝓnomen hec ſignat perſone bonitatē. Secūdo dico ꝙ ſignat cordis iocūditatē ſeu gratie vel leticie claritatē. Unde de ſapiētia dicit̃ Sapien̄. vij. Hec ſpecioſior eſt ſole. Et .x. Hec venditū iuſtum nō dereliquit. De gratia vō dicit̃ .j. Pet̃. ij. Hec eſt gratia ꝓpter deuꝫ. De leticia vō dicit̃ in pš. Hec eſt dies quā fecit dñs exultemꝰ ⁊ letemur in ea. Et breuiter ſi per hec intelligat̃ eccleſia vl' religio. Juxta illud Exo. xij. Hec eſt religio phaſe: vel etiā ſtatus gratie: ſapiētie vel glorie dic ꝙ hec eſt locus peregrinatiōis Gen̄. xlvij. Ad peregrinandū in terrā hanc venimus. Eſt locus ſalutis ⁊ ꝓmiſſionis Gen̄. xv. Semini tuo dabo terram hanc. Eſt viſionis ⁊ contēplationis Exo. iij. Uadam ⁊ videbo viſionem hanc magnā. Eſt locus amoris ⁊ dilectōis Judic̄. xiiij. Hanc mihi accipe qꝛ placuit oculis meis. Eſt locus iuſticie ⁊ ꝑfectionis Gen̄. vij. Te vidi iuſtum coram me in generatione hac. Eſt locus ꝯſtantie ⁊ liberationis Judic̄. vj. Uade in hac fortitudine tua liberabis iſrael. Signat igitur hec gr̃e vel eccleſie libertatē. Tertio dico ꝙ ſignat vite ſingularitatē .ſ. ſtatum ꝑfectionis: ſicut ibi Eſaie. xxx. Hec via ambulate ī ea: neqꝫ declinetis ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtrā. Quarto dico ꝙ poteſt ſignificare celi felicitatē. Unde ꝓcerto iſtud ꝓnomē hec predicatur ſepiſſime de ciuitate eccleſie militantis ⁊ etiā triumphantis. De militante enim canimus. Hec eſt domus domini firmiter edificata ⁊c̄. De eccleſia vō triumphante dicitur Johānis. xvij. Hec eſt vita eterna. Et nota ꝙ iſta dicitur hec. id eſt. clara ⁊ demonſtrabilis ꝓpter multiplicem rōnem. ſcꝫ Propter

Perfectā iocūditatem.
Completā amenitatem.
Quietā trāquillitatem.
Immotā ſecuritatem.
Honeſtam ſocietatem.
Inuentā felicitatem.

Eſt eñ ibi locus ꝑfecte iocunditatis: ita ꝙ illi q̄ ſunt ibi dicūt illud pſ̄. Hec eſt dies quā fecit dñs: exultemꝰ ⁊ letemur in ea. Itē ibi eſt locus complete formoſitatis. vñ Treñ. .ij. Heccine eſt vrbs ꝑfecti decoris gaudiū vniuerſe terre. Itē ibi eſt locus quiete trāqllitatis. vñ pſ̄. Hec reqes mea in ſeculū ſeculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Itē ibi eſt locus eterne ſecuritatꝭ. vñ Sopho. ij. Hec eſt ciuitas glorioſa habitās in ꝯfidētia. Itē ibi eſt locꝰ honeſte ſocietatis Ibi eñ nō ſunt niſi ſancti ⁊ iuſti. Gloria eñ hec eſt oibus ſanctis eiꝰ. Unde pſ̄. Hec porta dñi iuſti intrabūt ꝑ eam.

Itē ibi eſt locꝰ inuēte fertilitatis vel felicitatis. Uñ ſancti poſſunt mō dicere illud Treñ. ij. En hec eſt dies quā expectabamꝰ: inuenimꝰ ⁊ vidimꝰ. Sicut eñ laborās qñ inuenit reqem: famelicꝰ qñ inuenit panem: oparius qñ inuenit mercedē. obſeſſus qñ inuenit pacē: ſolent gaudere ⁊ diem illā plurimū cōmendare. Sic ſancti in pria vbi ꝓcerto inueniūt reqem ⁊ trāqllitatē: panē ⁊ ſatietatē: mercedē ⁊ vtilitatē: pacē ⁊ ſecuritatē: ꝑfecte exultāt: ⁊ q꞉ talē locū inuenerūt ſumme iocūdanꝶ ⁊ gaudent. Et breuiter de iſto hec .i. de ciuitate iſta ⁊ de eiꝰ opulentia ⁊ felicitate. dicitꝶ Eſaie. liiij. Hec eſt hereditas ſeruoꝝ dñi. Et in pſ̄. Hec eſt generatio querentiū dñm. De mūdi vō ꝓſperitate vel de mundana iniqtate ꝙ demōſtrari poſſet ꝑ ꝓnomē hec allega illud Dañ. iiij. Nōne hec eſt babylon illa magna. De impietate etiā dicitꝶ Zach. v. Hec ē oculus eoꝝ. Et de fine taliū dicitꝶ .ij. Mach. xiij. Hec ꝓſpectū habebat i p̄ceps. Iſta ē igitꝶ terra de qua eſt egrediendū Gene. xxxj. Surge egredere de terra hac. Et Geñ. xix. Omes q̄ tui ſunt educ de hac vrbe. Et merito: q꞉.ſ. dñs ꝯtra hmōi eſt indignatꝰ: ꝓpter ꝙ alibi eſt fugiendū Hiere. xxxiij. Abſcondā faciē meā a ciuitate hac: q꞉.ſ. iſta ꝯdemnata eſt ad venūdandū ⁊ deſtruendū Luce. xix. Et quidā in hac die q̄ ad pacem tibi: ſ; venient dies in qbus non relinquēt in te lapidē ⁊c̄. Et ſic igitꝶ patet quō iſtud ꝓnomē: hec: poteſt in feminino genere magna ⁊ mirabilia deſignare ⁊c̄.

Hij. Hor. Hijs. Hos.

Nō ꝙ ſicut de hic dictū eſt: illud ꝓnomē hij qñqꝫ ſumitꝶ relatiue: qñqꝫ demōſtratiue. Et ſic dico ꝙ moraliter loquēdo dici ⁊ p̄dicari poteſt de impijs ⁊ de iuſtis. Impij eñ ſunt relatiui ꝑ malam maloꝝ imitationē ⁊ malā ſui ad malos relationē: applicationem ⁊ ꝯformatōem. Boni vō ⁊ iuſti ſunt relatiui: quia deū ſolent imitari. Demōſtratiui etiā q꞉ ꝑ ſuā vitā clarā ⁊ honeſtā poſſunt alijs tanqꝫ regula ⁊ exemplū demōſtrari.

Igitur de malis qualiter dicuntur hij: ⁊ qualiter malos imitanꝶ: ⁊ qualiter ꝓpter ſuā vitam horribilē ⁊ infamem alijs digito demonſtranꝶ: poſſum notare ꝙ hoc eſt Quia
Diſcordiā per mundū ſemināt.
Iactantiā pompoſe fulmināt.
Conſtantiā rumpūt ⁊ termināt.
Mundiciā fedant ⁊ inquināt.
Seuiciam inferni ruminant.

Mali eñ diſcordiā ſolent ſeminare. Nā q꞉ hij pacem odiūt et ꝯtemnūt pſ̄. Cū hijs q̄ oderūt pacem erā pacificus. Ideo alioꝝ pacē diripiūt ⁊ diſiūgunt Treñ. vij. Ab hijs diuiſe ſunt inſule gētiū Geñ. x. Itē iſti hij iactātiam ſolent fulminare. Tales eñ vt cōiter pompoſi ſunt ⁊ ⁊ ſuꝑbi pſ̄. Hij in curribꝰ ⁊ hij in equis: nos aūt in nomine domini inuocabimꝰ. Itē tales hij ꝯſtantiā ſolent terminare: ſeu etiā nō ſeruare: q꞉.ſ. mali parū ꝑſeuerāt in bono Luce. viij. Hij radices nō habēt: q꞉ ad tēpus credunt: ⁊ in tp̄e tentationis recedūt. Item tales hij mundiciā ſolent inqnare.ſ. ꝑ luxuriaꝫ. Uñ iſti ſunt illi q̄ deſcēdūt in lacum .i. immūdiciā ⁊ fetorē. Figurati in illis de qbus dꝛ Lu. viij Q꞉ hij ſunt q̄ a ſollicitudinibꝰ .i. pctīs ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibus ſuffocanꝶ Ezech. xxxj. Detrahe multitudinē egypti ad terrā vltimā cū hijs q̄ deſcendūt in lacū. Et ideo breuiter dico ꝙ tales hij .i. tales q̄ taliter ſunt ꝑ enormē: infamē ⁊ malā vitam demōſtrabiles: inferni ſeuiciā: miſeriā: ſeu triſticiam ſolent ꝑpetuo ruminare: ipāmqꝫ experiri realiter ⁊ tentare. Uñ de dānatione taliū dꝛ Ezech. xxxij. Omes hij incircūciſi dicunꝶ: q꞉ ipoꝝ ſuꝑfluitas ⁊ vicia nunq̄ ꝑ penitentie vel diſcipline ſarculuꝫ reſecanꝶ. Et ideo nō mirū ſi damnationis gladio feriunꝶ. Unde Sap. vj. Iudiciū duriſſimū fiet hijs. Ptꝫ igitꝶ quō mali dicunꝶ hij. Si vō vis notare. Boni etiā dicunꝶ hij ꝓ eo ſcꝫ q꞉ ſunt bonoꝝ imitatores: ⁊ in ſe demōſtrabiles ⁊ ſpectabiles ⁊c̄. dic ꝙ de talibꝰ dꝛ Roma. viij. Q꞉ qcunqꝫ ſpū dei agunꝶ hij filij dei ſunt. Uñ de talibus hijs .i. de talibꝰ filijs pōt dici illud Iohis. j. Q꞉ deus dedit poteſtatem filios dei fieri hijs qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus ⁊c̄. ſed ex deo nati ſunt. Et ſi vis dicere de talibus his: dic ꝙ iſti
Habent veritatis ſplendorē limpidū.
Tenent charitatis amorē feruidū.
Seruant equitatis tenorē rigidum
Orant deitatis dulcorem placidum.
Habent honeſtatis fulgorē ſplendidū.
Habent ſecuritatis actorem ſolidum.

Tales igitꝶ hij in cognoſcēdo ſunt valde limpidi .j. Thimo. .iiij. Hijs q̄ cognoſcūt veritatem oñis dei creatura bona. Item diligēdo ſunt valde feruidi Roma. viij. Diligētibꝰ deū oñia coopanꝶ in bonū hijs q̄ ſm ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti. Itē iſti iuſte agēdo ſunt valde rigidi pſ̄. xxxv. Et iuſticiā tuam hijs q̄ recto ſunt corde. Item iſti deū rogando ſunt valde prouidi. ij Thimo. ij. Sectare iuſticiā fidem: charitatē ⁊ pacem cum hijs q̄ inuocāt dominū corde puro. Itē iſti honeſte viuēdo ſunt valde fulgidi Lu. j. Illuminare hijs q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent. Itē iſti ſecure manendo ſunt valde ſolidi: q꞉.ſ. ſemꝑ habent deum iuxta ſe ad auxiliandum paratū pſ̄. Iuxta eſt dñs hijs qui tribulato ſunt corde ⁊c̄. Sed ꝓcerto de malis hijs dicitꝶ ꝯtrariū. Quia.ſ. iſti pacem diſſipando ſunt valde auidi pſ̄. Cum hijs q̄ oderūt pacē eram pacificus. Et ideo iſti eterne lugendo erunt valde ſtupidi: q꞉ ſicut dicitꝶ Sap. vj. Iudicium duriſſimū fiet hijs q̄ preſunt. Et iſta de hijs ⁊ hij ſufficiant.

Hyems.

Cum hyems ſit tempus frigidū ⁊ humidū varijs imp̄ſſionibus obnoxiuꝫ ⁊ ſubiectum. Notare poſſum ꝙ in bono ſignat et in malo. Et ſic nota ꝙ in ſcriptura reperio p̄mo in bono Hyemem
Latentē ⁊ ſolitarium.
Stringentē ⁊ neceſſariū.
Sedentem ⁊ ſecretariū.

In bono.n. ſignificato dico ꝙ Prima hyems latet in ꝯſciētia timoroſa. Sꝫ ſc̄da ſcatet in penitentia rigoroſa. Ultima ptꝫ in opulētia gaudioſa. Dico igitꝶ p̄mo ꝙ in ſcriptura repitur hyems timoroſe ꝯſcientie: quia reuera ꝯſciētia viri iuſti hyemi comparatꝶ. Sicut eñ in hyeme habundat algor ingens: dolor pungens: humor vngens: candor iungēs: vapor ſtergens: feruor vigēs ⁊ nitor exurgēs. Sic ꝯſtat ꝙ in bona ꝯſcientia. Nos ſentimus algorē ingentē hoc ē frigus diuini timoris. Nos ſentimus dolorē pungentē: hoc eſt ictus ꝯtriti ſtuporis. Nos ſentimus humorē vngentē: hoc eſt fletus deuoti meroris. Nos ſentimꝰ candorē iungentē: hoc eſt decus p̄cati pudoris. Nos ſentimꝰ vaporē vrgentē: hoc ē flatus ſpūs valoris Nos ſentimꝰ feruorē vigentē: hoc ē eſtus ambitus amoris. Nos ſentimꝰ pingentē nitorē: hoc eſt virtꝰ ornatꝰ decoris. Iſte ſunt eñ bone ꝯditiones hyemis .i. ꝯſcientie viri iuſti. Quia igitꝶ deficiētibꝰ auctoritatibus vocalibus nō poſſem oia ꝯcordare: hoc ſolū allego ꝙ de tali hyeme .i. de ꝯſcientia iuſti viri pōt dici illud Hiere. xxxvj. Rex ſedebat in domo hyemali menſe nono: ⁊ poſita erat coram eo arula plena prunis. Rex eñ chriſtus in tali cōſcientia ſtat ⁊ ſedet: quē menſis nonus .i. nouem angeloꝝ numerus circūſidet ⁊ aſtat: ⁊ quem arula ⁊ prune .i. feruor charitatis viſitat ⁊ frequētat. Hec eſt igitur hyems virtuoſe conſcientie.

Sc̄do dico ꝙ inuenitꝶ hyems rigoroſe penitētie. qð.ſ. eſt
Turbidū ꝑ mortis meditationē.
Frigidū per dei trepidationē.
Nudum ꝑ culpe reuelationem.
Hyrtum ꝑ pene ſatiſfactionem.
Aridum ꝑ carnis macerationē.

Et breuiter penitētia eſt hyems poſt cuius tranſitū ſponſa .i. aīa vocatꝶ ad gloriam: ⁊ q̄ p̄cedente ꝑ ſponſum trahitꝶ ad coronā: dicentē illud Cant. ij. Iam hyems tranſijt: ymber abijt ⁊ receſſit. Surge amica mea ⁊ veni. Iſta ē etiam nichopolis: q̄ interp̄tatꝶ germinās: de qua apl's Tytum. iij. dicit. Feſtina ad me venire nichopolim: q꞉ ibi ſtatui hyemare. Iſta eſt etiā illa hyems de qua dicitꝶ Math. .xxiiij. Uidete ne fiat fuga veſtra in hyeme. Hec eſt igitur hyems rigoroſe penitētie. Tertio dico ꝙ inuenitꝶ hyems glorioſe ꝑmanentie. Uita eñ eterna hyemi compatꝶ: q꞉.ſ.

poſt laboꝛes eſtatis hõ ſolet ĩ hyeme q̃ſcere: ⁊ fructibꝰ in eſtate recollectis ĩ hyeme ꝑfrui ⁊ vtilitatẽ recipe de cãpis: ad domũ ſe recolligere circa ignẽ verſari: ⁊ ĩ viribꝰ natura libꝰ plꝰ valere. Sic vere dico ꝙ in hyeme future vite nos

A laboꝝ leuamur ictibus.
Premioꝝ gaudemꝰ fructibꝰ.
Supnoꝝ ſedemus domibꝰ.
Charitatis ardemꝰ ignibus.
Eternitatis vigemus viribꝰ.

Et breuiter de celo vl' de paradiſo poteſt dici illud Eſaie.xviij. Volucres et oĩes beſtie terre ſup euȝ hyemabũt. Sic igiẗ patȝ quõ inueniẗ hyems. Timoroſa. Rigoroſa. et Gaudioſa. Et ſic ſumiẗ ĩ bono. In malo vero dic ꝙ ĩ ſcriptura repiẗ

Hyems Culpe latentis.
Hyems Vite preſentis.
Hyems Pene ſequẽtis.

Hyems culpe eſt ſterilis carens virtutibus fructuoſis. Hyems vite eſt mobilis vigens laboribus tedioſis. Hyems pene eſt flebilis ſtridẽs oneribus luctuoſis. De hyeme culpe q̃ eſt ſterilis carens virtutibꝰ: diciẗ Ioh.x. Qꝛ xp̃s nõ inuenit ficus in arboꝛe qꝛ hyems erat: ꝓpter qd ei maledixit ⁊ aruit. De iſta dicit aplus.ij. Thimo.iiij. Feſtina añ hyemẽ venire. De hyeme vite ſeu pñtis miſerie q̃ eſt labilis ⁊ plena laboribꝰ: dr Geñ.viij. Eſtas ⁊ hyems ñ req̃ſcẽt. De hyeme vero pene q̃ ẽ flebilis ſubiacẽs oneribꝰ: dr Amos.iij. Percutiet dñs domũ hyemalẽ. Sufficit: qꝛ pauce ſũt auctoꝛitates ⁊c̃.

Hilaris.

Nota ꝙ in ſcriptura repiẗ hylaritas tẽpoꝛalis q̃ eſt vana ⁊ trãſitoꝛia. Hylaritas ſpiritalis q̃ eſt ſana et meritoꝛia. Hylaritas ſupnalis q̃ eſt plena ⁊ ſaluatoꝛia. Primo eſt hylaritas mũdanoꝝ qui letanẗ in ſupfluis. Exemplo aſſueri de quo diciẗ Heſter.j. Qꝛ cũ factꝰ eſſet hylarioꝛ ⁊ vino incaluiſſet poſt nimiã potationẽ: ꝑcepit introduci reginã vaſti: ad denotãdũ ꝙ talis hylaritas luxuriã excitat: ⁊ vinolentiã diligit ⁊ ꝓcurat. Talis igiẗ ſupflua hylaritas viris prudẽcibꝰ ꝓhibeẗ. Eccli.vij. Filie tibi ſunt: ſerua coꝛpus illarũ et non oſtendas vultũ tuũ hylarẽ ad illas. Filie.ſcȝ ſunt ſubditi impfecti: quibꝰ ſcȝ pater.id eſt plaẗꝰ nunq̃ꝫ debet vultum nimis familiarẽ aut hylarẽ oſtendere: ne foꝛte cõtingat ipſos p̃ cõfidentia venie: ad peccandũ ꝓcliuioꝛes eſſe. Iſta eſt igiẗ hylaritas mũdanoꝝ qui letanẗ in ſupfluis. Secũdo dico qd eſt hylaritas ꝑfectoꝝ qui letanẗ in ꝓficuis. Viri eñ ꝑfecti in oĩbꝰ opibus ſuis ſe oſtẽdunt hylares atq̃ꝫ letos: ſiue cõtingãt ꝓſpera ſiue aduerſa. Unde Eccli xxvj. Diuitis aũt ⁊ paupis coꝛ bonũ oĩ tpe: vultꝰ illoꝝ hylaris: quaſi diceret: ſiue cõtingant diuitie ſiue accidant pauptates: ſp tñ in ipis vultus hylaris debet eſſe. Iſtud aũt potiſſime debet eſſe quãdo quis alteri bene facit: qꝛ.ſ. ille qui alteri dat gratiã ⁊ beneficiũ ſemp debet vultũ hylarem oſtẽdere: vt ſic gratiã quã impẽdit: poſſit p adiunctã leticiã plus augere. vñ Eccli.xxxv. In oĩ dato tuo hylarem fac vultũ tuũ. Et Roma.xij. Qui misereẗ in hylaritate. Quia ꝓcerto ſicut dicit apl's.ij. Coꝛint.ix. Hylarem datoꝛẽ diligit deus. Iſta eſt igiẗ hylaritas ꝑfectoꝝ qui letãẗ in ꝓficuis. Tercio dico ꝙ inueniẗ hylaritas beatoꝛum qui letanẗ in ꝑpetuis. Beati eñ ſemp ſũt hylares: nunq̃ꝫ triſtes. Et hoc qꝛ hylarẽ regẽ cõtinue cõſpiciũt: a quo vitã perpetuã appꝛehendunt. Prouer.xvj. In hylaritate vultus regis vita: et clementia eius quaſi ymber ſerotinus. Tranſeo quia pauce ſunt auctoꝛitates. Vide de Gaudio. Leticia. Iocunditate.

Hymnus.

Nota ꝙ hymnꝰ ſignat leticiam: cãticum: gaudiũ ſeu laudẽ. Et videtur ꝙ hymnꝰ deriuationẽ habuit ab hynnitu q̃ eſt ſonꝰ ⁊ vox equoꝝ ſignãs leticiã eoꝛũdẽ. Hymnꝰ igiẗ vt cõiter ſp ſignat in bono. Et ſic notabo ꝙ in ſcriptura reperio Hymnum

Precum et oꝛationis.
Laudũ ⁊ confeſſionis.
Voti et ꝓmiſſionis.
Gaudij ⁊ exultatiõis.
Bñficij ⁊ grãꝝ actionis.

De hymno oꝛationis diciẗ.iij. Regum.viij. Audi hymnuȝ et oꝛationem quam ſeruus tuus oꝛat coꝛam te. De hymno confeſſionis: dr in pſ. In hymnis confitemini illi. De hymno voti ⁊ ꝓmiſſionis: diciẗ in pſ. Te decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddeẗ votum in hieruſalem. De hymno gaudij et exultationis: dicitur in pſ. Hymnus oĩbus ſanctis eius: filijs iſrael: populo appꝛopinquanti ſibi. De hymno vero gratulationis ſeu gratiarum actiõis: dicitur in pſ. Hymnum cantate nobis de canticis ſyon. Et Marci.xiiij. diciẗ. ꝙ xp̃s cum apl'is poſt cenam hymno dicto exierũt in monteȝ oliueti. Et breuiter iſtud eſt verũ. Qꝛ viri iuſti debẽt ſpirituales hymnos pſallere: ⁊ ſe in cãticis ſpũalibus occupare. Et Col.iij. dicit ſic Sitis inquit cõmouentes in pſalmis voſmetipos: ⁊ hymnis ⁊ cãticis ſpũalibꝰ in grã cãtãtes ĩ coꝛdibꝰ vr̃is dño ⁊c̃.

Hyrcus.

Nota ꝙ hyrcus eſt animal pilis hyſpidũ: carne marcidũ: vultu toꝛuidũ: carne fetidũ: capite coꝛnutũ. Sic vere dico ſpũaliter ꝙ hyrcꝰ ſignat viros hyſpidos p ſqualoꝛẽ pnie. Viros aridos p teroꝛẽ abſtinentie. Viros toꝛuidos p rigoꝛem excellẽtie. Viros fetidos p hoꝛroꝛẽ immũdicie. Viros coꝛnutos ſeu frigidos p terroꝛẽ violentie. Sic igiẗ dicã ꝙ hyrcus in bono ſignat viros penitentes ⁊ abſtinentes: iuſtos: rigidos ⁊ excellentes: ⁊ ſic bene ſupponiẗ in pluribus locis ſcripture ꝙ hyrcus dño offerebaẗ: ⁊ ꝙ ſacrificiũ ꝓ peccato optimum ⁊ cõgruũ habebaẗ. Sicut patȝ Leuit.iiij. ⁊. ix. et.xvj. vbi.ſ. de hyrco ꝓ pctõ oblato: ⁊ alio ĩ deſto miſſo fit mẽtio Ad denotãdũ ꝙ viroꝝ iuſtoꝝ q̃dã ꝓ alijs ſe moꝛti obtulerunt: ſicut martyres in fide noſtra fecerunt. Et ſicut apud romanos Curtius ⁊ duo Decij qui ſe ꝓ legibꝰ ⁊ exercitu ⁊ ꝓ ſalute populi dijs manibꝰ deuouerũt: ⁊ moꝛtẽ voluntarie incurrerũt: vt dicit Val. Maximus li.v.ca.vj. Unde etiã dicit dauid in pſ. Offeram tibi boues cũ hyrcis. Offeret ꝓ peccato hyrcũ capꝛarũ. Quidã etiã ſe a mũdi cetibꝰ abdicauerunt: ⁊ in deſertis ſolitarij receſſerũt: ⁊ ibidẽ dño ſeruierũt. Sic.ſ. fuerũt heremite in ſolitudinibꝰ ⁊ in ſpelũcis errantes: quoꝝ dignus nõ erat mũdus. Heb.xj. Et iſti ꝓ certo ſunt illi hyrci de quibus diciẗ Deuẗ.xxxij. ꝙ deus dedit filijs iſrael vt ſugeret mel de petra ⁊c̃. Et hyrcos cũ medulla tritici: ⁊ ſanguinẽ vue biberẽt meraciſſimũ. Patȝ igiẗ ꝙ hyrcus ſignat in bono. Sed adhuc dico ꝙ qñq̃ꝫ ſignat in malo. Et ſic nota ꝙ hyrcus. Oculis ardet. Carne fetet. Carnibꝰ pollet p ſuperbiã. Et ideo breuiter ſicut patȝ in ſcripturã. hyrcos. id eſt peccatoꝛes dñs abhominaẗ: et eoꝝ cõditionẽ ⁊ vitam mirabiliter deteſtaẗ. Unde ipe eſt qui dicit. Eſaie.j. Holocauſtũ arietũ: ⁊ adipem pinguiũ: et ſanguineȝ vituloꝝ: ⁊ agnoꝝ: ⁊ hyrcoꝝ nolui. Expone ⁊c̃. Unde in pſ. dicitur. Nunquid manducabo carnes tauroꝝ: ⁊ ſanguinem hyrcoꝝ potabo? quaſi diceret: nõ immo ſicut ibidem dicit. Non accipiã de domo tua vitulos: neq̃ꝫ de gregibus tuis hyrcos. Tales igiẗ hyrcos dominus non acceptat: ſed eos potius punit attrociter ⁊ cõdemnaẗ Pone figuram de hyrco cũ vnico coꝛnu in quo erant oculi: ⁊ quomodo ventilabat vndiq̃ꝫ. Danielis.viij. Et expone contra malos pꝛincipes ⁊ p̃latos ſicut alibi. Unde contra tales dicit dñs cõminãdo illud Zach.x. Sup paſtoꝛeſ iratus eſt furoꝛ meus: ⁊ ſup hyrcos viſitabo. Sic igiẗ patȝ quomodo hyrcus in bono ſumiẗ ⁊ in malo ⁊c̃.

Odie.

Nota ꝙ hodie ſignat tẽpus pꝛeſens. Et iõ generaliter per iſtud aduerbiuȝ pñt intelligi illa que in pñti hñt fieri. Et ſic põt ſignificare.

Promptam hominis voluntatẽ.
Eternam celoꝛum felicitatem.
Breuem huius vite varietatem.

Signat dico promptam hominis voluntatem: quia. ſcȝ homo nõ debet ſpectare vſq̃ꝫ cras: ſi poteſt benefacere hodie. Iuxta illud pſ. Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite obdurare coꝛda veſtra. Signat eternam celi felicitatem. Tota enim eternitas non eſt niſi vnum hodie: tota enim ſimul non nouit pꝛeteritum nec futurum. Unde in pſ. dicitur. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Latroni etiam dictum eſt Luce.xxiij. Amen dico tibi hodie mecũ eris in paradiſo. Item ſignat humane etatis bꝛeuitatem ſeu varietatem: quia ſcȝ nihil habemus de vita niſi illud quod habemus hodie. Secundum eñ Senecam. Futurum tempus necdum eſt pꝛeteritum moꝛs iam tenet: pꝛeſens quoq̃ꝫ tempus cum moꝛte diuidimus. Et ideo dicitur Eccleſiaſtici.x. Hodie eſt rex ⁊ cras moꝛietur. Et de peccatoꝛe dicitur.j. Mach.ij. Gloꝛia peccatoris quaſi ſtercus et vermis: hodie extollitur ⁊ cras non inuenietur. In perſona etiam cuiuſlibet moꝛtui dicitur cuilibet nunc viuenti illud Eccleſiaſtici.xxxviij. Memoꝛ eſto iudicij mei: mihi heri et tibi hodie. De iſto tamen triplici hodie poſſumus aliquantulum loqui. Dico igitur ꝙ eſt

Unum hodie. quod est bonum voluntariū ꝛ meritoꝛium.
Unū hodie.quod est vanū transitoꝛiū ꝛ dampnatoꝛium.
Unū hodie.quod est summū ꝛ ꝑmansoꝛiū ꝛ saluatoꝛium
Dico igit̄ pꝛimo ꝙ ē vnū hodie qđ ē meritoꝛiū. ꝛ istud est pꝛomptitudo volūtat.e ad bonū ꝛ ꝑseuerantia in statu gratie. Status em̄ gratie designat̄ ꝑ hodie. quia hodie si gnat tempus pn̄s.nihil aūt pn̄tat hoīem deo nisi grā.peccatū ꝟo non sic.q: absentat hoīem a deo.ꝛ iō nō poss̄ ꝑ hodie ꝑn̄te designari.vn̄ figura Judicū.xix.vbi socrus legit̄ dixisse leuite.Mane apud me hodie ꝛc.ꝛ dicit̄ ibi.Qꝛ manendo cum eo saluus fuit cū vxoꝛe.statim autem quādo recessit.vxoꝛ eius fuit stupꝛata ꝛ extincta.Sic vere de⁹ dicit nobis ꝙ maneamus cum eo hodie.id ē ꝙ sibi nosipsos per gratiam ꝑsentemus.ꝛ ꝙ in gratia perseueremus. ꝛ ꝙ pꝛompti sibi ad obediendum sine pꝛocrastinatione fiam⁹ Deutro.xxix.Uos statis hodie cuncti coꝛam domino. Et Judic.xix.Queso vt hodie hic maneas.Si igitur sibi obediuerimus.sine periculo erimus.Si vero istud hodie contempserimus.a gabaonitis.id est a demonibus coꝛrumpemur.ꝛ vxoꝛem nostram.id est animam amittamus.Ideo bene consulit scriptura.Deutron̄.vj.dicens.Timeamus dominum vt bene sit nobis cunctis diebus sicut est hodie Igit̄ taliter accipiendo hodie.dico ꝙ nos debem⁹ hodie

Nos deo ꝑsenterare.	Igit̄ dico ꝙ in tali hodie. id est
Nociuis exonerare.	in statu grē homo deo ꝑfederat̄
Diuina considerare.	Deu.xxvij.Hodie factus ē populus dn̄i.ꝛ Deut.xxvj. Domi
Cōstāter ꝑseuerare.	
Feruēter deū oꝛare.	nū elegisti hodie vt sit tibi deus.
Letanter obtpare.	ꝛ dn̄s elegit te hodie. vt sis ei po
In bōis exuberare:	pulus peculiaris.Ipse em̄ dicit
Exēplis illuminare.	illud Luce.xix. Hodie in domo
Honoꝛis recupare.	tua opoꝛtet me manere. Item

in tali hodie hō nociuis exonerat̄.s.peccatis ꝛ terrenoꝛū affectu.Deu.ij.Tu transibis hodie terminos moab.id est mūdū vel peccatū.Exo.xiij.Hodie egredimini mense nouarū frugū. Item in tali hodie quicq̄d ē veri considera tur.Deu.xj.Cognoscite hodie q̄ ignoꝛant filij vr̄i. Item in tali hodie foꝛti animo ꝑseuerat̄.Hierem̄.j.Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā ꝛ in colūnam ferreā.ꝛ in murū eneū.ꝛ ꝑliabūtur aduersum te. ꝛ p̄ualere nō poterūt. Item in tali hodie feruenter deus oꝛat̄. vn̄ Deutr. xxx.Inuoco hodie celū ꝛ terrā.ꝛ.iij. Reg.viij.Seru⁹ tu⁹ oꝛat coꝛā te hodie vt sint oculi tui apti. Item in tali hodie mandatis obtpatur.vn̄ illud ps.Hodie si vocem eius audieritis.ꝛ illud Deu.vij.Custodi ergo ꝑcepta ꝛ cerimonias atq̄ iudicia q̄ ego mando tibi hodie. Item in isto hodie bonis operibus exuberat̄.Pꝛouerb.vij.Uictimas pꝛo salute deuoui.hodie reddidi vota mea. Itē in isto hodie populus illuminat̄.s. ꝑ bona documenta ꝛ exēpla maioꝛ.Vn̄ ipis ꝑfectioꝛibus dr̄ Deut.j. Uos estis hodie sicut stelle celi.ꝛ Exod.xix.Sanctifica eos hodie ꝛ cras. Item in isto hodie hō remunerat̄ ꝛ ſm merita bonoꝛa tur.Hiere.j.Ecce constitui te hodie sup gētes ꝛ regnā ꝛc. Patet igit̄ ꝙ est vnū hodie qđ ē bonū voluntariū ꝛ meritoꝛiū. Secūdo dico ꝙ ē vnū hodie qđ ē vanū ꝛ transitoꝛiū.Et sic signat p̄sentiā humane vite de qua supꝛa satis tetigi.ꝛ pn̄tiam mūdane calamitatis ꝛ ꝑsꝑitatis. Et de ista figuratur Math.xvj.vbi dicit̄.Qꝛ cū celū mane rubicundū videtur hodierna tempestas figuratur.Hodie inq̄t erit tempestas.rutilat em̄ triste celū. Quia pꝛocerto decoꝛ ꝛ ruboꝛ pꝛosꝑitatis hodierne non ē nisi vnū signū tempestatis figure.Deutro.xxx. Pꝛedico tibi hodie ꝙ peas. Et nota ꝙ hodie p̄sentis ꝑsꝑitatis ꝛ iniq̄tatis ē vnū hodie

Breuis durationis.	Dico igitur ꝙ istud hodie habet breuem duratione. Quia
Vilis conditionis.	
Grandis subuersionis.	si de vita moꝛtali loq̄ris scri
Dure vexationis.	ptū est.Ecclesiastici.x.Qꝛ ho
Tristis conclusionis.	die est rex ꝛ cras moꝛiet̄. Si

de mundi gloꝛia loquens.scriptum est.ij.Regum.xvj. Heri venisti.hodie compelleris nobiscum egredi. Si de instabilitate peccatoꝛis loqueris.scriptum est Ecclesiastici.xx. Qꝛ hodie feneratur quis ꝛ cras repetit. Item istud hodie habet vilem conditionē.omnes em̄ subijcit seruituti.j. Regum.xxv.Hodie increuerūt serui qui fugiūt dominos suos.Et Nee.ix.Ecce nosipsi hodie serui sumus. Item istud hodie habet grādem subuersionē. Coꝛ em̄ maloꝛum auersum est a dn̄o cōtra illud Deutro.xxix. Ne foꝛte sit hodie inter eos vir aut mulier.aut tribus:cui⁹ coꝛ auersum ē a dn̄o. Item istud hodie habet durā vexationē:quia scilicet ibi abundāt opa crudelia et hoꝛribilia sicut patet de illis matribus que dixerāt ꝑꝑꝛios filios deuoꝛare: dicētes. iiij.Regū.vj.Da mihi filium tuū vt comedamus eū hodie vt filium meum comedam⁹ cras.Tale vero peccatū fit ad huc hodie inter impias matres.id est inter tyrānos ecclesiasticos et mundanos:de filijs.id est de subditis deuoꝛandis.Et ideo sequit̄.Qꝛ istud hodie habet tristem conclusionem:q: scʒ ignis inferni erit finis taliū.Math.vj.Fenum qđ hodie est:cras in clibanum mittit̄. Patet igit̄ ꝙ est vnū hodie quod est vanū:trāsitoꝛium et dampnatoꝛium. Tercio pꝛincipaliter dico ꝙ est vnū hodie quod est summū et ꝑmāsoꝛium seu saluatoꝛiū.Et istud est ciuitas et gaudiū paradisi ꝛ pn̄tia felicitatis eterne.Et nota ꝙ istđ ē vnū hodie

Quo destruitur oīs calamitas.	Dicam igitur ꝙ istud
Quo restituit̄ felix hereditas.	hodie est vnum tem
Quo cōstituit̄ regni sublimitas.	pus liberatiōis. quia
Quo distribuit̄ sup̄na claritas.	scʒ ibi cessat oīe ob
Quo retribuit̄ merita bonitas.	pꝛobrium atq̄ maluꝫ
Quo istituitur ꝑfecta charitas.	Josue. v. Hodie su
Quo rite colitur vera iocūditas.	stuli a te obpꝛobriuꝫ
Quo tuta reddit̄ vite securitas.	egypti. Item est tē

pus restitutiōis.ij.Reg.xvj.Hodie restituet mihi dn̄s israel regnum patris mei. Itē est tempus exaltationis.Josue.iij.Hodie incipiā te exaltare coꝛā populo meo.Et Hiere.j.Hodie constitui te super gētes et regna. Item est tēpus reuelationis:quia scʒ ibi videt̄ deus facie ad faciem Leui.ix.Hodie dn̄s apparebit vobis.Et illud.Hodie scietis quia veniet dn̄s:ꝛ mane videbitis gloꝛiā eius. Itē ē tempus retributiōis.Zach.ix.Hodie quoq̄ annūciās duplicia reddam tibi. Itē est tempus federationis seu dilectionis.Unde illud Luc.xxiij. Hodie mecū eris in paradiso. Item est temp⁹ exultatiōis.ij. Reg.vj. Qꝛ gloꝛiosus fuit rex isrl' hodie ꝛc. Itēq̄ est tempus saluificatiōis seu saluationis.Luce.xix.Hodie huic domui salus a deo facta est eo ꝙ ꝛ ipse filius sit abꝛahe ꝛc.Sufficit de hodie.ꝛc.

Holocaustum. Nota ꝙ holocaustuꝫ erat quoddam genus sacrificij quādo scʒ tota hostia dn̄o offerebatur ꝛ incendebatur ita ꝙ nihil sacerdoti aut parti reseruabatur sed totum dn̄o immolabatur.Et ideo holocaustū dicitur ab olon quod est totum et cauma qđ est incēdiū: q̄si totū incēsum. Igit̄ dico ꝙ holocaustū in bono sumit̄ ꝛ i malo. In bono em̄ signat Pectoꝛa que charitatis ignibus totaliter inflamant̄.Coꝛpoꝛa que deitatis vsibus totaliter dedicantur. Opa q̄ bonitatis legibus totaliter moderātur.Ista sunt em̄ spiritualia holocausta:que scʒ deus acceptat ꝛ q̄ iustus soli deo dedicat:ꝛ nulli alteri diuidit aut dispensat. Vn̄.iij.Reg.viij. Sanctificauit rex mediū atrij interioꝛis ꝛ fecit holocaustū Medium em̄ atrij est medium coꝛdis: quod scʒ debet esse sanctificatū vt holocaustū bonaꝝ cogitatōnū occupationū ꝛ opationū ibidēʒ digne valeat eē factū. Juxta illud Eze. xlvj.Faciet holocaustum dn̄o quotidie. Sed pꝛocerto iaꝫ videtur verificari illud Dan.iij.Nō est in tēpoꝛe hoc pꝛinceps:ꝛ ꝑpheta.ꝛ dux:neq̄ holocaustū:neq̄ sacrificiū:neq̄ oblatio:neq̄ incēsum:neq̄ loc⁹ ꝑmitiaꝝ coꝛā te. Expone. Et ratio est quia reuera sicut dicitur.j.Mach.j.Misit.scʒ antiochus nūcios suos in hierusalē qui ꝓhiberēt holocausta:ꝛ sacrificia et placatiōes fieri i tēplo dei:et celebꝛari sabbatū et dies solennes.Quia reuera antioch⁹ id est dyabolus mittit hodie in hierusalēʒ.id ē in ꝑꝑlanitate nūcios suos.id ē vicia quib⁹ mediātibus in tēplo ecclesie vel coꝛdis humani fieri holocausta bonoꝛ operum ꝓhibet ꝛ impedit sabbataq̄.i.mētis quietem et spūalē requiē inde tollit. Nō sic sed offeram⁹ dn̄o spūalia holocausta.id ē totā mentem totū coꝛp⁹:et tota opera nostra dn̄o offeram⁹:ꝛ nos totos diuinis volūtatibus imolemus.iuxta illđ ps. Holocausta medullata offerā tibi cum incenso arietū:offerā tibi boues cum hyrcis. Patet igit̄ quomodo holocaustum sumitur i bono. Sed adhuc dico ꝙ quādoq̄ accipit̄ in malo.Et

ſic dicꝫ ꝙ holocauſta ſignificāt mētes: pſonas vł opa que dyabolo: mōdo vł carni penit⁹ dedicāť. ⁊ q̄ i mal' vſib⁹ totaliter occupāť. Talib⁹ ei holocauſtis de⁹ ñ delectať ſ ipa poti⁹ deteſtať. pš. Utiqꝫ holocauſtis nō delectaberis. Et Eſa. j. Holocauſta arietū: et adipē pinguium: ⁊ ſanguinem vituloꝝ et agnoꝝ ⁊ hyrcoꝝ nolui: incēſum abbominatio ē mihi. Et Hiere. vj. diciť. Holocauſtomata veſtra nō ſunt accepta: victime veſtre nō placuerūt mihi. Patet igitur q̄modo holocauſtum in bono ſumiť et in malo. Trāſeo breuiter. Vide de Hoſtia. Victima. Sacrificio. Oblatione.

Homo. Nota ꝙ hō multipliciter accipiť in ſcriptura. Accipitur qñqꝫ naturaliter quandoqꝫ ſpūaliter. Homo eñ habet naturaliter naturam ceteris fragilioꝛē: quia ſicut diciť in pš. Verūtamē vniuerſa vanitas ois homo viuēs. Homo etiā ſpūaliter habet naturam nobilioꝛē: quia ſcꝫ habet naturā participē rationis. Vñ in pš. Dñe quid eſt homo ꝙ memoꝛ es eius: aut filius hominis quia reputas eum? Sequiť Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c. Generaliter igiť ꝑ hominem poteſt intellligi

Vir nobilis et virtuoſus.
Vir fragilis et vicioſus.
Vir flebilis et luctuoſus.

Et ideo ſm iſtum triplicem modū aliquid de q̄libet diſſeram⁹. Dicamus igitur primo ꝙ ꝑ hoiem itelligitur vir nobilis et virtuoſus: q2 ſicut homo ē aial naturaliter pfectiſſimum: ſic debet eſſe ſpūaliter ſciſſimuꝫ et virtuoſiſſimū. Sicut eñ videm⁹ naturaliter loquēdo hūana natura in multis eſt ꝓuilegiata. Quia ſicut dicūt Plini. et Soli. Caput hois crinibus tegiť: ſtat⁹ hois ſurſum erigitur: occiſoꝛ hois ſanguine ꝓditur: gladi⁹ occidens a recto flectiť: figura hois in rebus pingitur: poteſtas hois a feris ꝑcipitur: virtuti hois fulmīe parcitur: et ſexus hois aquis diſtinguitur: nature hois verbum coniūgitur: ⁊ hois dignitas cūctis pficitur. Conſtat eñ ꝙ ſolus homo habet caput capillis velatum et aliud coꝛpus nudū. Itē cōſtat ꝙ ſolus homo inter aialia erectus incedit. Iteꝫ ſiquis occidat hoiem: ſanguis ſolet erūpere in pñtia homicide. Gladi⁹ etiā q̄ hō occiſus fuerit nunq̄ vt dꝛ ampli⁹ rectus erit. Natura etiā ꝓ ſpeciali ꝓuilegio figurā humanaꝫ in pluribus rebus depigit: q2 ſcꝫ ſm pliniū. Quādoqꝫ viſa eſt in celeſtibus ſtella cometa figurā habens humanā. In brutis ſunt mōſtra ſpeciem humanā habētia. ſcꝫ fauni ſatiri et piloſi. In ſerpētibus autē ſunt ſimiles virginib⁹ ſicut draconcopedes qui habēt faciē virgineā. In volatilib⁹ ſicut ſunt ſpīges et arpie. In natātibus ſicut ſunt nereydes ⁊ ſyrene. In mineralibus ſicut ſunt camahu. Et in herbis ſicut ſunt mandragoꝛe. Etiā fera aialia potētiam et nobilitatē humanā cognoſcunt et timēt ſicut de panthera exemplificat Plinius: que inueniēs paſſum hois in arena deſerti: ſtatim mutat catulos. Elephātes etiaꝫ ſi hois paſſum inuenerit: ſiſtunt gradum. Fulgur alia aialia ꝑcuſſa ſemper occidit: hoiem vero non ſemper. Aqua videtur diſtiguere in ſexu humano: quia ſi homo et mulier ſubmerguntur: maſculus ſupin⁹: mulier ꝓna fluctuabit. Iſtam etiā naturam tanq̄ nobilioꝛē aſſumpſit verbū et iſti oia ſunt aialia ſubiecta: et ſic hūana dignitas multis reb⁹: vel inſcribiť vel p̄ficitur. Igitur moꝛaliter loquēdo bene pōt noīe hominis quecūqꝫ moꝛalis et virtualis nobilitas deſignari. Et quicūqꝫ iuſtus pōt homo ꝓprie nuncupari. Luce. xxiij. Vere hic homo iuſt⁹ erat. Et Luce. xix. Homo quidā nobilis ⁊c. Ut ſic de moꝛali eius virtute exponať illud Ecci. xxvij. Homo ſanctus in ſapīa manet ſicut ſol. In quib⁹ verbis aduerte: ꝙ ſm quatuoꝛ ꝓꝛietates hois: nos debem⁹ habere quatuoꝛ ſpeciales virtutes ſi ſpūales hoies volumus inueniri. Homo eñ naturaliter ē aial humidū. Et ideo dꝛ homo ab humo ſiue ab humoꝛe. Homo eñ naturaliter ē animal nudum. ⁊ ideo diciť ſanctus. i. ſine terra. Homo etiam ē naturaliter aial rationale ⁊ diſcretū: et ideo diciť ꝙ in ſapientia manet. Homo inſuꝑ eſt aial ſurſum eleuatū et erectum: et ideo dicitur eſſe ſicut ſol. Sic ꝓculdubio loquendo ſpūaliter: ſi nos volum⁹ eſſe ſpūales hoies et perfecti nos debemus habere iſtas q̄tuoꝛ v̾tutes moꝛaliter intellectas q2 ſcꝫ nos debem⁹ eſſe humidi ꝑ dulcē benignitatē: quia ſcꝫ nos debemus eſſe hō. Nudi ꝑ rerum tenuitatē: quia ſcꝫ nos debemus eſſe ſanct⁹. i. ſine terra. Diſcreti ꝑ coꝛdis ſagacitatē quia ſcꝫ nos debem⁹ manere i ſapiētia. Erecti ꝑ mētis ſublimitatē: quia ſcꝫ nos debem⁹ eſſe ſicut ſol. Habeamus igitur dulcē benignitatē et ſimus hō qui diciť ab humoꝛe. ſm eñ Auicē. Homo ē aial valde humidū. Unde etiā dicit ꝙ hō inter oia aialia reſpectu coꝛpis ſui magis abundat i medulla. ad denotandū ꝙ illi qui ſpūaliter volunt eſſe hoies: debent eſſe humoꝛoſi et medulloſi: māſueti pariter ⁊ benigni: pij: miſericoꝛdes: dulcoꝛoſi ⁊ viſceroſi. Homo enim ſꝫ Ariſtotelem eſt animal manſuetum. Nam in huius ſignū homo non habet vngues ſicut leones: nec dētes ſicut apri nec coꝛnua ſicut cerui imo penitus eſt aial imbecille: ad denotandū ꝙ nihil debet habere feritatī vel crudelitatis: multū vero pietatis et benignitatis. Nullū eñ debet ledere vł ꝑcutere: ſed erga oīs dulciter ⁊ benigniter ſe habere. Iuxta illud Prouer. xix. Hō indigēs miſericoꝛs eſt. Et. xxvj. diciť. Vꝛ homo iracūdus ſuſcitat rixas: qui autē patiens ē mitigat ſuſcitatas. Iſta tamē ſunt hodie contra multos: q̄ ꝓcerto nihil habent de benignitate. multū vero de crudelitate. Vñ iſti dicūť eſſe nō hoies imo fere. Sunt eñ ſimiles illi beſtie que diciť māticoꝛa: que licet videatur habere faciem hois: in nullo tū imitatur naturā hois. habet eñ os maximū et hoꝛrendū tribus oꝛdinib⁹ dentiū circūſeptum. carnes autē humanas ſumme deuoꝛare diligit: ⁊ ad modū tube clamat: tumultuat atqꝫ barrit: ſicut dicit Plini⁹ qui iſtā beſtiā vocat manticoꝛā. Sicut etiā dicit auicē. qui iſtā beſtiam vocat barritū. Sicut etiā dicit Ariſt. qui iſtā beſtiā vocat lupuꝫ indicū. Tales ꝓculdubio chariſſimi ſunt multi: qui ſolūmodo habent faciē humanā. i. apparentiā non exiſtentiā. Non eñ ſunt benigni ſed maligni. Nō ſunt miſericoꝛdes ſ diſcoꝛdes: Nō ſunt ꝓpicij ſed impij: Non ſunt fideles ſ crudeles. Tales potiſſime ſunt iracūdi ⁊ tyrāni: tales etiā ſunt detractoꝛes ⁊ magniloqui. Iſti eñ ſemper oꝛe patulo nituntur carnes et vitam bonoꝝ cōſumere et deuoꝛare: et ſua voce hoꝛrēda ⁊ tubali oēs alios perturbare. Unde Ecci. ix. diciť. Terribilis in ciuitate ſua homo linguoſus. Vñ tales figurātur in illo leone. Eze. xix. De quo dicitur. Vꝛ leo factus ē et didicit capere predā. Homies deuorare: quia ſcꝫ tales deuoꝛant hoies: ipos in coꝛpoꝛe ⁊ in rebus iniurioſe ledēdo: ipoꝝ tempoꝛalem ſubſtantiā auferēdo: ipſoꝛū etiā vitam et famā impie moꝛdēdo et coꝛrodendo. De tali hoie ſic crudeli: inhūano et imbenigno: dicitur Gen. xvj. ꝙ dictū ē de yſmahele. Hic erit ferus hō: manus ei⁹ contra oēs ⁊ manus oim cōtra eū: ⁊ eregiōe oim fratrū ſuoꝝ figet tabernacula. Tales figurātur in illo Nabuchodonoſoꝛ crudeliſſimo: qui de hoie in beſtiā eſt mutat⁹. Vel etiaꝫ in illo lycaone Archadie tyrāno raptoꝛe: qui de hoie factus ē lupus ſm Ouidi. li. ꝓmo. fabula. vj. Vñ de talib⁹ impijs et inhūanis: diciť Dañ. iiij. Coꝛ eius ab hūano immuteť: et coꝛ fere detur ei. alligeť vinculo ferreo: ⁊ cuꝫ feris ſit pars eius. Iſti eñ perdiderūt penitus coꝛ humanū. et coꝛ habent ipiū ⁊ ferinū: et feraꝝ. i. alioꝛum crudeliū et iniquoruꝫ ſectātur ⁊ amāt coꝛſoꝛtiū. Talibus igiť diciť illd Iob. x. Nūquid ſicut dies hois dies tui: ⁊ anni tui ſicut humana ſunt tpa? quaſi diceret nō. Nos vero nō ſic: ſed ſim⁹ homines et humani q̄d potiſſime debēt eſſe iudices et p̄lati q̄ p̄ ceteris debent eſſe hūani cōpatiētes erroꝛibus et eſſe fluidi parcētes interdū delinquētib⁹ vñ de ſpiritu. i. d̄ viro ſpirituali dꝛ Sapiētie. vij. Vꝛ ipe eſt human⁹ benignus: ſtabilis: cert⁹: ſecur⁹. Qui eñ ꝓꝛiā fragilitatē attendit: erga alios benign⁹ exiſtit. Roma. vj. Humanū dico ꝓpter infirmitateꝫ carnis veſtre. Et merito p̄latus debet hūanus eſſe et dulcis: quia certe coꝛda bonoꝝ ⁊ nobilum ſubditoꝝ meli⁹ vincūtur ꝑ hūanitatem q̄ꝫ ꝑ ſeueritatē. Teſte enim Sene. Generoſus aīm⁹ facilius duciť q̄ꝫ trahať. Exemplū de elephāte: qui volūtarie obedit illi qui eum de fouea liberauit hūanitatē ſibi factā humiliter recōpenſans. Ideo bene diciť. j. Petri. ij. Subiecti eſtote omni hūane creature ꝓpter deum. Ergo chariſſimi habeam⁹ dulcē benignitatē. Itē ſi volum⁹ eſſe ſpūales hoies nos debem⁹ hře rerū tenuitatem: quod oſtendiť cum diciť. Sanctus: quia ſanct⁹ ethimologizatur quaſi ſine terra. Sicut eñ hō eſt aial naturaliter nudum: naſciť eñ ſine pilis. Sic nos ſi volumus eſſe ſpūales hoies: nos debemus eſſe nudi q̄tum ad amoꝛem ois tempoꝛalis poſſeſſiōis: et vilis diuitiarū carere: et ſine terra tpalium bonoꝝ manere quātum ad amoꝛē coꝛdialis

affectiōis. Sāctus inquit. Vñ Exo. xxij. Viri ſancti eritis
mihi. Et. ij. Petri. j. Locuti ſunt ſancti dei homines. Ser/
pens eñ timet hominē nudū: et audacter inſilit in veſtituʒ
ſm Iſid. Quia vere ſerpēs dyabolus illos quos videt nu
dos ab omni terrena affectione timet inuadere: vbi hoīes
veſtitos veſtibus honoꝝ temporaliū ſolet intrepidꝰ impu
gnare. Et idō docet Greg. in omelia. Nudi inquit cū nudo
luctemur: qꝛ veſtitus ſi cum nudo luctaꝫ: facilius ad terrā
deijciꝫ. Simus ergo ſancti iuxta illud Leuitic. xix. Sancti
eſtote quoniā ſanctus ſum dicit dñs. Sed ꝓcerto iſtud eſt
hodie cōtra multos qui ꝓcerto nō videnꝫ homies nudi ſ
ad modū beſtiarū piloſi: quia recte vidētur ſimiles ſymijs
qui in effigie formā humanā ꝑtendunt que tamē: quia pilo
ſe ſunt nō eſſe hoīes ſe oſtendūt. Quia vere multi ſunt q̄
tanto vellere diuitiaꝝ ſe ſolēt induere: ꝙ recte videntur a
natura hoīm que naturaliter nuda eſt deuiare. Luce. xvj.
Homo quidā erat diues ⁊c̄. Iſti nō ſunt ſancti. i. ſine terra
ſeu ſine terrenoꝝ affectu. Et ideo plāgit pſal. dicēs. Saluū
me fac dñe quoniā defecit ſanctus: quoniā diminute ſunt
veritates a filijs hoīm. Et Ecci. xiij. que cōpatio hoīs ſanc/
ti ad canē? q. d. nulla: quia ſcʒ canes. i. auari non ꝑñt diui/
tijs ſatiari. Homo vero ſanctus ſolet paucis opibus cōtē
tari. Non ſic igiꝫ chariſſimi: ſed habeamus reꝝ tenuitateʒ.
Eſa. ij In die illa ꝓijciet homo ydola auri ſui et argēti ſui
ſculptilia ⁊c̄. Iteʒ ſi volumꝰ eſſe ſpūales homines: nos
debemꝰ habere ſenſus ſubtilitatē. Qđ oſtendiꝫ cum diciꝫ
In ſapia manet: homo eñ eſt aial rationale. de quo etiam
ſcriptura miratur. Iob. xxxviij. Quis poſuit in viſceribus
hoīs ſapiam? q. d. Mirabile eſt qualiter in carne ſangui
ne et oſſibꝰ pōt intellectus et ratio reperiri. Rationabiles
igitur debemꝰ eſſe. quia ſcʒ illa que ꝑtinent ad ſalutem de/
bemus rationabiliter preuidere. ſubtiliter meditari. et ſaga
citer cogitare. Et nota ꝙ ſapientiam hoīs iuſti comitantur

Decor in aſpectu.
Timor in affectu.
Splēdor ī itellectu.

Quia. ſ. aſpectꝰ hoīs per honeſtatē
debet relucere: quia ſicut dicit Ecci
viij. Sapia hoīs lucet in vultu eiꝰ.
Affectus hoīs pericula debet timere Ecci. xviij. Homo ſa/
piēs in omnibus metuit. In ſciētia debet reſplēdere. Iob
xxxviij. Quis poſuit in viſceribꝰ hoīs ſapiam? aut quis
dedit gallo itelligētiā? De mulꝫ videꝫ impletuʒ illud Hie/
re. x. vbi diciꝫ. Oꝫ ſtultus factꝰ eſt oīs homo a ſciētia. quia
vere multi ſunt qui quāto ſunt in ratione et ſapiētia mun/
dana ſubtiliores: tanto ſunt in ſpirituali ſapiētia ſtultiores
Sicut ſunt multi mūdi ſapiētes quos ita excecauit mundi
ꝓſperitas: ꝙ nihil cogitāt de futuris nec de ꝑtinētibus ad
ſalutem. Similes ficarijs et piloſis: qui videntur eſſe ho/
mines in apparētia: et tamē ſunt aīalia bruta in exiſtētia: ⁊
certe melius eſſet illis penitꝰ nihil ſcire. q̄ȝ ſaluti neceſſaria
nō ſentire. Ecci. xix. Melior eſt homo qui minuiꝫ ſapiētia
⁊ deficiēs ſenſu in timore q̄ȝ qui abūdat ſenſu et trāſgredi/
tur legē altiſſimi. Iſti igiꝫ ꝓprie loquēdo nō ſunt homies ſ
iumēta: ita ꝙ ꝓprie poteſt dici de talibus illud qđ dꝛ in pſ.
Homo cum in honore eſſet nō intellexit: cōpatus eſt iumē
tis inſipiētibꝰ et ſimilis factus eſt illis. Non ſic igiꝫ ſed ha
beamus ſenſus ſubtilitatē. Item ſi volumꝰ eſſe ſpūales
homies nos debemꝰ habere mētis ſublimitatē: quod oſten
diꝫ cū dicitur. Sol. Sicut eñ homo habet naturaliter vul
tū ad celeſtia erectū: ⁊ ſtaturā corporis ſurſum eleuatā ad
celū. Sic ſi volumꝰ eſſe ſpūales hoīes: nos debemꝰ eſſe ad
celeſtia deſiderāda et affectanda erecti. et ab affectu hono/
noꝝ tꝑalium eleuati. Iuxta illud Eccē. vij. Hoc inueni ꝙ
fecit dñs hominē rectū. Et hoc oſtendiꝫ cum dicitur. Sol.
Quia ſicut ſol habet eſſe ſurſum: ſuꝑius ⁊ nō inferiꝰ: in ce/
lo ſurſuʒ ⁊ nō in terra deorſum. Habet etiā ſol radios re/
ctos qui nunq̄ȝ reflectunꝫ a rectitudine ſua. niſi qñ cadunt
ſuꝑ corpꝰ opacū et groſſum. Sic nos debemꝰ eſſe mētaliꝫ
in celo non in mūdo: ſurſum nō deorſum: in ꝑadiſo non in
ſeculo: vt ibi fixa ſint noſtra corda: vbi vera ſunt gaudia.
Iuxta illud Colſ. iij. Que ſurſum ſunt querite nō que ſuꝑ
terrā: vt ſic de q̄libet dicaꝫ illud Ioſue. x. Stetit ſol in me/
dio celi: ita ꝙ radij volūtatis. i. ipſius cogitatus ⁊ actꝰ ſem/
per debēt eſſe recti: et bene ordinati et diſpoſiti niſi forte ꝑ
contactū corꝑis groſſi. i. ꝑ affectionē terrenoꝝ fuerint obli/
quati. Iſta tñ ſunt cōtra multos qui ad celeſtia ꝑ deſideria
non eleuāꝫ ſed magis ad terreſtria per auariciam incuruā
tur. ⁊ propter obicem terrenorum a ſua rectitudine refle/
ctunꝫ. Iuxta illud Eſa. ij. Incuruabit ſe hō et hūiliabitur
vir. Iſti ſunt ſimiles quibuſdā hoībus ethiopie. de quibus
dicit Iſid. Oꝫ in deſertis ethiopie ſunt hoīes non erecti ſeu
recti incedentes: ſ ſuꝑ pedes et manus vultu inclinato ad
terrā more pecudū ambulantes. Et iſti ꝓut dicit arabitice
vocātur quia vere in ethiopia huiꝰ mōi ſunt qui faciā cor/
dis ſui nunq̄ȝ erigūt ad celum et ad celeſtia affectādo et cō
templādo, imo ipſum ſemꝑ habēt depꝛeſſum ad mundū ho
na tꝑalia deſiderādo et ambiēdo. Iſtud videꝫ plāgere ſcri
ptura. Mich. vij. vbi diciꝫ. Perijt ſanctus de terra: ⁊ rectꝰ
in hoībus nō eſt. Nō ſic chariſſimi: non. ſed ſimus ſpūales
hoīes non carnales: ⁊ habeamꝰ ſicut dictū eſt. Mētis ſub
limitatē. Senſus ſubtilitatem. Rerum tenuitatem. Cordis
benignitatē. Et ſic erimus hoīes et non bruta. Dico hoīes

Noſtra porrigētes affectu materno.
Noſtros corrigētes obiectu paterno.
Cūctos diligētes cōuictu fraterno.
Stultos dirigētes aſpectu ſuꝑno.
Noſmet ſubigētes deiectu inferno.
Bona colligētes in victu eterno.

Nos eñ dbemꝰ
noſtra porrigere
liberaliꝫ. Matt.
xij. Bonus hō đ
theſauro ſuo ꝓ/
fert bona. Itē
noſtros corrigere paternaliter. vñ Dañ. vij. diciꝫ. Oꝫ filius
hoīs veniebat et fluuiꝰ igneus rapiduſq̄ȝ egrediebaꝫ a fa/
cie eius. Item cunctos diligere fraternaliter. Ecci. xiij.
Omne aial diligit ſibi ſimile: et oīs homo ꝓximum ſibi.
Itē debemus alios dirigere exemplariter. Luc. xxij. Oc/
curret vobis homo amphorā aque portās: ſequimini eum
q̄cūq̄ȝ introierit. Item debemus noſmet ſubigere cordia
liter. Luce. vij. Nam et ego homo ſub poteſtate cōſtitutus
⁊c̄. Et ſic poterimꝰ glorioſa bona colligere eternaliter: quia
ſcʒ ſancti viri ineternum viuere cōprobātur. Ecci. xij. Ibit
homo in domum eternitatis ſue: et benedictione celeſtis
glorie ꝑfrueꝫ pſ. Ecce ſic benediceꝫ homo qui timet dñm.
Et ſic ꝓcerto nos poterimꝰ eſſe hoīes non pecudes. qui a
vero hoīe xp̄o cognoſcemur et ab eo tenerrime diligemur
Leo eñ ſm Plini. eſt valde liberalis circa hominē. in tan/
tum ꝙ hoīem nunq̄ȝ ledit niſi maxima fame artatꝰ. Sic ꝓ
certo leo de tribu iuda xp̄s talibꝰ hoībus ſpūalibus miſere
tur ipſoſq̄ȝ ꝑ damnationē eternā nunq̄ȝ ledit: nec vulnerat
atq̄ȝ grauat: quinimo talibꝰ diciꝫ illđ Luce. v. O homo re/
mittūtur tibi peccata tua: xp̄us eñ ꝓprie eſt ſicut canis qui
ſemꝑ vult cum hoībus habitare. Et etiā ſicut colūbe vel cy
conie que nidos ſuos ſemper volūt circa habitationem ho
minū fabricare. Et etiam ſicut elephas q̄ naturaliter diligit
hoīeʒ: ipſumq̄ȝ ſemꝑ contra drachonē nitiꝫ adiuuare. Quia
ꝓcerto chariſſimi xp̄us deus noſter: qui ē recte ſicut canis
magne fidelitatis: ſicut colūba magne fecūditatis. ſicut cy/
conia magne cōtinētie et caſtitatis. ſicut elephas magne he
nignitatis hoīes ſpūales naturaliter diligit et coꝝ affectat
ſocietatē: ſpūaliter habitat cum eis et frequētat dicēs illud
Prouer. viij. Delicie mee eſſe cum filijs hoīm. Et Apoca.
xxj. Ecce tabernaculū dei cum hoībus: et ipſi ppl'ſ eiꝰ erūt
et habitabit cum eis: et ipē deus cū eis erit eoruʒ deꝰ. Iſta
tñ ſunt contra multos: qui ſcʒ tales hoīes. i. bonas ſpiritu/
ales ꝑſonas nō diligunt: immo ipōs perſequūtur odiunt ⁊
contēnunt. pſ. Quouſq̄ȝ irruitis in hominē: interficiꝫ vos
vniuerſi tanq̄ȝ parieti inclinato et macerie depulſe? Patet
igitur quomodo per hoīes itelligunꝫ viri ꝑfecti et virtuoſi
Secūdo dico. q̄ per hoīem poſſunt intelligi viri infecti ⁊
viacioſi. Sicut eñ homo ē naturaliter aial valde fragile i tā
tum ꝙ qñ naſcitur nec pōt incedere nec ſe mouere. Eſt eti/
am aial valde debile. intm ꝙ omni naturali armatura noſ
ciꝫ carere. Eſt inſuꝑ aial valde cōfuſibile intantū ꝙ nulluʒ
oꝑimentum confuſionis ſue: nec caudā: nec pilos: nec alia
talia noſciꝫ habere. Sic ꝓcerto peccator eſt valde fragilis
ꝑ inconſtātiā. vñ Eſa. xxxj. Egyptus hō ⁊ non deus ⁊ equi
eoꝝ caro et nō ſpiritꝰ. Eſt debilis ꝑ impotētiā. Vñ. Rom.
vij. Infelix ego homo quis liberabit me de corpore mortis
huiꝰ? Eſt etiā cōfuſibilis et nudus ꝑ oīm virtutū carentiā
et indigentiā. Caret eñ tegumēto bone conuerſationis: et
cauda. i. memoria mortis ſue: et ſue finalis reſolutiōis. vñ
in pſ. diciꝫ. Oꝫ hō cum in honore eſſet nō intellexit: cōpatꝰ
eſt iumētis inſipiētibꝰ et ſimilis factus ē illis. Et ſi vis po

tes hic applicare de hoibus mõſtruoſis: de quibꝰ ſupra d ctum ẽ in eodẽ titulo:et de quibꝰ fit mẽtio in morali per librũ de ꝓprietatibus reꝝ in capi.de Ethiopia ⁊ ca.ď India ⁊ ca.de faunis ⁊ piloſis: que ſignificant diuerſa genera peccatorum que obmitto ad preſens cauſa breuitatis. Hoc ſolum noto ꝙ homo poteſt ſignare peccatorem

Propter vanitatẽ inconſtantie.
Propter falſitatẽ eloquentie.
Propter ruditatẽ ignorãtie.
Propter ſupbiã et elationem.
Propter duriciã ⁊ obſtinationẽ.

Dico ꝓpter vanitatẽ incõſtantie. Unde in p̃s. Uerũtamẽ vniuerſa vanitas oĩs homo viuẽs. Itẽ propter falſitatẽ eloquẽtie. Unď in p̃s. Ego dixi in exceſſu meo oĩs homo mẽdax. Uñ etiã de ꝓditore dicit in p̃s. Etem̃ homo pacis mee in quo ſpaui:magnificauit ſup me ſupplãtationem. Et alibi. Tu vero hõ vnanimis ⁊c̃. Itẽ ꝓpter ruditateʒ ignorentie. Uñ.j.Coꝝ.ij. Aialis homo nõ ꝑcipit ea q̃ ſunt ſp̃ũs dei. Itẽ ꝓpter ſupbiam et elationẽ. Ecci.viij. Dñatur hoi in malum. Itẽ ꝓpter duriciam et obſtinationẽ.j.Reg.xv. Neqꝫ em̃ homo ẽ vt agat penitẽtiam. A talibus igit hoĩbꝰ eſt cauendũ. Iuxta illud Math.x. Cauete ab hominibꝰ. fenix etiã et pellicanꝰ ⁊ aquile dicunt ſocietates hoĩm fugere:et in deſertis ſolitarij habitare:i quo docemur ꝙ ſocietatẽ hoĩm peccatoꝝ debemus relinq̃re:et nos ab eoꝝ̃ conſortijs abſentare. Exemplo deoꝝ̃ de quibus dĩ Dañ.ij. Exceptis dijs quoꝝ non ẽ cum hoibus conuerſatio. Sicut etiã faciebat ap̃ls dicens Gal.j. Si adhuc hoibus placerẽ xp̃i ſeruus nõ eſſem. Sic igitur dico ꝙ per hoĩem intelligũt viri infecti et vicioſi:vt de quolibet dicat illud p̃s. Ecce hõ qui nõ poſuit deũ adiutorẽ ſuũ: nec ſperauit in deo ſalutari ſuo.ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum:et p̃ualuit in vanitate ſua. Et ſi vis generaliter potes notare:ꝙ homo in malo ſignificato eſt nomen

Deceptionis et fallacie.
Detractionis ⁊ inuidie.
Inuaſionis ⁊ calũnie.
Preſumptiõis ⁊ ſupbie.
Defectiõis ⁊ incõſtantie.
Corruptiõis ⁊ imũdicie.
Obliuiõis et ignorãtie.

Mali igit hoĩes ſunt mẽdaces:quia veritatis carẽt eloquio.p̃s. Diminute ſunt veritates a filijs hoĩm. Iteʒ ſunt mordaces.quia charitatis carẽt incẽdio.p̃s. Filij hominũ dentes eorum arma et ſagitte:⁊ lingua eoꝝ gladius acutus. Itẽ ſunt rapaces. quia pietatis carẽt officio:qď potiſſime ꝑtinet ad crudeles ↄtra quos dicit in p̃s. Erue me a calũnijs hoĩm vt cuſtodiam mãdata tua. Itẽ ſunt ꝓcaces ſeu nugaces. quia vanitatis vacãt faſtigio:qď ſcʒ ꝑtinet ad ſupbos.p̃s. Filij hominũ vſqꝫ q̊ graui corde:vt quid diligitis vanitatẽ et queritis mendaciũ? Itẽ ſunt fugaces.quia ſtabilitatis carent refugio.p̃s. Uos aũt ſicut hoĩes moriemini:⁊ ſicut vnus de principibꝰ cadetis. Itẽ ſunt ꝓcaces:quia carnalitatis fetent cõiugio.Geñ.xj. Cumqꝫ cepiſſent homĩes multiplicari acceperũt ſibi vxores ⁊c̃. Item ſunt inefficaces quia ſtoliditatis ſtupẽt diluuio:et hoc ꝑtinet ad obliuioſos et deſides. De quibꝰ dicit in p̃s. Dñs de celo proſpexit ſuper filios hoĩm vt videat ſi eſt intelligẽs aut requirens deum ⁊c̃. Et illud p̃dictũ:homo cũ in honore eſſet non intellexit. Et breuiter.ij.Eſdre.iiij.ↄcludit ď hoĩbꝰ talibus ⁊ dĩ. Oꝫ iniq̃ omnes fili hoĩm. Bene ergo dico ꝙ noĩe hoĩs intelligunt viri infecti ⁊ vicioſi. Tercio dico ꝙ ꝑ hoĩem p̃nt intelligi viri flebiles ⁊ doloroſi. Iſtud em̃ nomẽ homo eſt Nomen

Magne fragilitatis.
Magne flebilitatis.
Magne penalitatis.
Magni etiã laboris.
Magni doloris.
Magni timoris.
Magne miſerie.
Magne penurie.
Magne triſticie.

Homine.n. inter mortalia quid fragiliꝰ? Ipẽ ei ꝓpt ſuã maximã fragilitatẽ cõꝑatur vermi. Unď in p̃s. Ego ſuʒ vermis ⁊ ñ hõ obprobriuʒ hoĩm et abiectio pleb̃. Itẽ inter mortalia quid flebiliꝰ. Ipẽ em̃ ſtatim quãdo naſcit incipit flere:et fletu ſuo illam quam intrat miſeriã declarare:dicens. Sap̃.vij. Sum quidẽ mortalis homo ſimilis hoĩbꝰ de genere illiꝰ qui prior factus ẽ. Et ſequit. Et ego natus accepi cõem aerem:et primam vocẽ oĩbus ſimileʒ emiſi plorans

Item iter animalia quid penaliꝰ? Statim em̃ qñ homo naſcit.penis et miſerie ſubijcit:dicens. Zach.xiij. Homo agricola ego ſum:quoniã adam exẽplũ meum a iuuentute mea. Itẽ inter mortalia quid laborioſiꝰ? Homo em̃ naſcit ad laborem:⁊ auis ad volatũ.ſicut dicit Iob.v. Oĩs em̃ labor hoĩs in ore eius:ſ᷑ aĩa eius non implet. Ecci.vj.

Itẽ inter aĩalia quid doloroſiꝰ? Iſte em̃ ſine dolore diẽ non trãſigit:⁊ ſine cordis vł carnis moleſtia horam modicam vix ꝑtrãſit. Cuncti em̃ dies eius laboribꝰ et erũnis pleni ſunt:nec ꝑ noctẽ mente requieſcit. Ecci.ij. Item rogo quid inter mortalia timoroſius? certe nihil. Iſte em̃ timet mala p̃terita ne forte redeãt:mala p̃ñtia ne forte non tranſeant mala futura ne forte remaneãt. Dicit em̃ cũ p̃s. Timor et tremor venerunt ſuper me ⁊ ↄtexerunt me tenebre.

Itẽ etiã obſecro quid in rebus inuenies hoĩe miſerioſiꝰ penurioſious ſeu triſtabiliꝰ. Alia em̃ aĩalia qñ naſcunt ſecũ portant ſue indigentie ſupplemẽta. Quia ſcʒ apportant ſecũ pellem durã qua operiant:fortitudinẽ qua ambulẽt et moueant:naturalẽ induſtriã qua mamillas matris req̃rere doceant. Homo vero ẽ aial qď ceteris miſerabiliꝰ naſcitur. Naſcit em̃ nudus ſine oꝑimẽto :naſcitur debilis ſine cuiuſcũqꝫ virtutis fulcimẽto:naſcitur ignarus ⁊ inſcius ſine cuiuſcũqꝫ induſtrie documẽto. Et breuiter iſte fame et frigore morit:niſi aliũde tegatur et nutriat. Et ideo breuiter cõcludit Iob.xiiij. vbi dicit. Homo natꝰ de muliere breui viuẽs tꝑe:repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur ⁊ cõterit:⁊ fugit velut vmbra:et nunq̃ʒ in eodẽ ſtatu ꝑmanet. Ubi nota. Uilem creationem:q2 natꝰ de muliere. Curtã durationẽ:quia viuẽs breui tꝑe. Paucam cõſolationem:quia replet multis miſerijs. Labilem cõplexioneʒ:q2 quaſi flos egreditur. Finibilẽ concluſioneʒ:quia cõterit et fugit velut vmbra. Mutabilem conditionẽ:quia nunq̃ʒ in eodem ſtatu ꝑmanet. De iſtis igit miſerijs humanis admirat p̃s.dicẽs. Dñe quid eſt homo:q2 innotuiſti? Et ad iſtam q̃ſtionẽ diuerſimode r̃ñdet in ſcriptura. Et p̃mo quãdo querit. Quid ẽ homo? R̃ñdet idem p̃s. Homo vanitati ſimilis factus eſt:dies eius ſicut vmbra p̃tereunt. Ad h̃ etiã videtur reſpondere Iob.vij dicens. Oꝫ militia eſt vita hoĩs ſup terrã. Et.xiiij.dicit. Breues dies hoĩs ſunt:numerus menſium eiꝰ apud te eſt:cõſtituiſti terminos eius q̇ p̃teriri nõ poterũt. Ad hoc etiã reſpõdet ſapiẽs Eccl̃s.iij. vbi dicit. Oꝫ vnus eſt interitꝰ hoĩm ⁊ iumẽtorum:⁊ equa vtriuſqꝫ cõditio. Et Eccl̃s.ix.dicit.ꝙ neſcit hõ vtruʒ amore vel odio dignus ſit. Ultimo ad iſtã q̃ſtionẽ r̃ñdet Hiere.et dicit illud qď dicit Hiere.x. Scio inquit dñe ꝙ non eſt hoĩs via eius:nec viri vt ambulat ⁊ dirigat greſſus ſuos. Sʒ ad hoc quid r̃ñdet be. Berñ.qñ q̃rit. Quid ẽ homo? Homo inquit nihil aliud ẽ quã ſperma fetidũ:ſaccus ſtercoꝝ: cibꝰ vermiũ. Innocentiꝰ aũt libro de miſeria conditiõis humane flebiliter valde r̃ñdet. O inquit. Quis det oculis meis fontẽ lachrymaꝝ vt fleã miſerabilẽ hũane cõditiõis ingreſſum:damnabilẽ hũane diſſolutiõis egreſſum:et multa pulcra et rethorica que idem Innocentius ibidem recitat. Et nota ꝙ hominis miſeria apparet in multis. videlicet

Quia cõponit carne cinerea.
Quia corrũpit forde venerea.
Quia cõcutit lite forãnea.
Quia excutit luce ſyderea.
Quia diſſoluit morte funerea.
Quia cõcludit ſtige tartarea.

Igit dico ꝙ miſeriam hoĩs denotat ſue carnis vilis conditio: quia ſcʒ non eſt niſi terra et cinis. Ideo ſibi dicit. Memẽto homo q2 cinis es ⁊ in cinerẽ reuerteris. Unď Ecci.xviij. Oĩs hoĩes terra ⁊ cinis. Itẽ ſue fordis grãdis ĩfectio. videlicet ↄcupiſcẽtia carnis q̃ ſibi eſt innata. Uñ. Roñ.vij. Infelix ego hõ quis me liberabit de corꝑe mortis huiꝰ? Sequit. Igitur mente ſeruio legi dei:carne ſeruio legi pcti. Itẽ mũdi lucis dura turbatio.ſ.fluctꝰ et tumultꝰ negocioꝝ quibꝰ ẽ ſubditus homo. Eccl̃s.j. Occupationẽ peſſimã dedit deꝰ filijs hoĩm. Et Eccľ.xl. Occupatio magna creata eſt oĩbus hoĩbus in gũ graue ſup filios adam. Itẽ vere lucis pauca cognitio h̃ ẽ dictũ vicium ignorãtie quo fuſcat mirabiliter mens humana.quia ꝓprie nulla veritas cognoſcitur.p̃s. Diminute ſunt veritates a filijs hoĩm. Item mũdi cladis dira percuſſio.hoc ẽ dictũ vexatio ⁊ tribulatio hoĩm ꝑuerſoꝝ̃. De qua Prouer.xxviij. Regnãtibus impijs ruine hominum. Hõ em̃ in vita iſta ſuſtinet a malis hoĩbus mł̃ta mala. Petitũ em̃ fuit a q̊dã ph̃o q̃d erat inimiciſſimuʒ hoĩ. Et r̃ñdit alter hõ a malis em̃ ſuſtinemꝰ fame detractionẽ. Sap̃.xij. Comeſtores viſceꝝ hoĩm et deuoratores ſanguinis. Ho

hoꝝ diſtractionē. Prouer.xxix. Hoīes peſtilētes diſſipant ciuitatē. Et Job.xxiiij. Nudos dimittūt hoīes veſtimenta tollētes. Item corpoꝝ deſtructionē ſeu leſionem. Eccl.xlj Luctus hoim in corpe ipoꝝ. Et in pſ. Poſuiſti tribulatiões in dorſo: impoſuiſti hoīes ſup capita noſtra. Iſta eſt igit mundi cladis dira pcuſſio. Item ſuſtinet hic a nobis vite finis et mortis ſolutio. quia ſicut dicit apls Hebre.ix. Statutū eſt oībus hominibꝰ ſemel mori. Item vltimo denotat hominis miſeriam infernalis triſtis cōcluſio. Inter miſerias eñ hūanas iſta eſt ſumma: qz ſcꝫ homo ē i periculo deſcēdendi finaliter ad infernū. Luce.xvj. Homo q̄dam erat diues. Sequit. Mortuꝰ eſt autē diues et ſepultus eſt in infernum. Sic igitur patet quomodo hominis miſeria patet ex mltis. ita breuiter ꝙ quādo querit. Quid eſt homo. Nos poſſumꝰ rñdere et dicere ꝙ hō ē Sicut

Mare magne mobilitatis.
Flumē magne velocitatis.
Flos magne debilitatis.
Umbra magne fugacitatis.
Uentꝰ magne labilitatis.
Uitrum magne fragilitatis.

In pſ. Sciant gētes quoniā hoīes ſunt. Et breuiter de ſenectute: de iuuentute: de vita et morte hūana multa poſſent dici: ſed iſta ſufficiant quo ad preſens: qz ſatis in ſuis titulis de ſingulis differemus. Sic igitur pꝫ generaliter ꝙ p hoiem intelligūt viri fragiles et doloroſi. viri ipij ꝛ vicioſi. viri pfecti ꝛ virtuoſi. Si vō d xpo q̄ fuit deꝰ ꝛ hō vis aliq̄ dicere. Notabis ꝙ iſte dr hō Quia

Deſtinatꝰ de ſummis ſedibus.
Incarnatꝰ ſubmotis ſordibꝰ.
Perforatus acutis ſudibus.
Reuocatꝰ a mortis cladibus.
Sublimatꝰ ſupmis ſedibus.
Expectatꝰ ab altis edibꝰ.

Dico igit ꝙ iſte ē homo grādis autoritat: qz de ſummis ſedibꝰ fuit deſtinatus. Deus eñ pater miſit ipſum tanꝗ ſalutis humane legatū. Job.j. Fuit hō miſſus a deo. Et Galt.iiij. Miſit deus filiū ſuū ꝛc. Itē eſt homo dulcis hūanitatis: quia fuit ſubmotis ſordibꝰ incarnatꝰ. Phil.ij. In ſimilitudinē hominū factus: ꝛ habitu inuētꝰ vt homo. Figuratꝰ Apoca.xiiij In filio hoīs aſcēdente ſup nubē candidā ꝛc. id eſt virginem glorioſam. Et ideo canitur. Natꝰ de Maria virgine: et hō factꝰ eſt. Et Sap.vij. Sum quidem mortalis homo ꝛc. Item iſte ē hō fortis ſtabilitatis: qz acutis ſudibꝰ fuit perforatꝰ. ſ. in paſſione. Unde de eo flagellato dixit pylatꝰ Joh.xix. Ecce hō. Et Rom.vj. dicit. Homo noſter crucifixus ē. Figuratꝰ Apoc.xix. in illo rege regū qui habebat veſtes aſpſas ſanguine. Itē iſte eſt hō mirande nouitatis: quia a mortꝭ cladibꝰ fuit reuocatꝰ. ſcꝫ in reſurrectiōe. Figuratꝰ Apoc.j. in illo filio hoīs cū ſeptem ſtellis ꝛ cādelabris ꝛc. qui dicit: fui mortuꝰ ꝛ ecce ſum viuēs. Figuratꝰ etiā.ij. Reg.j. vbi dicit. ꝙ die tercio appuit hō veniēs de caſtris ſaul veſte cōciſſa. Item eſt hō pceſſe. dignitatis: quia ſupmis ſedibꝰ fuit ſublimatꝰ. ſcꝫ in aſcēſione. pſ. Aſcendat hō ad cor altū et exaltabitur deꝰ. Item ē hō dure ſeueritatis. qz ab altis edibꝰ nunc ē expectatus. ſcꝫ vt veniat ad iudiciū. Figuratꝰ Dan.vij. vbi dicit. Ecce in nubibus celi filiꝰ hoīs veniebat ꝛc. vide ibi. Si vero dyabolum velis vocare hominē: dic figurā de ziʒania: vbi de dyabolo dicit Inimicꝰ homo h̄ fecit. Et applica omnia que ſupra dicta ſunt de hoīe vicioſo. ꝛc. Sufficit de hoīe quo ad preſens.

Honeſtas.

Nota ꝙ honeſtas eſt virtus q̄ mores hoim intrinſecus ꝛ extrinſecus cōponunt. ꝛ qua ſub quadā regula diſcipline oī turpitudine reſecata ferunt. Dicā igitur breuiter ꝙ quicqd ē in homine xpiano ſiue interiꝰ ſiue exterius: debet eſſe fulgidū et honeſtum. vt oia que facimꝰ cū corpe: mentaliter puia ſint ꝛ luminoſa quo ad intꝰ: et extra ſint bona cōuerſatiōe ſemper plena. ꝛ in oī ſui pte fulgida atqꝫ clara. Quia videlicet ꝛ illud qḋ eſt intra nos. ſ. cogitatio vel affectꝰ: ꝛ illud quod eſt extra nos. ſcꝫ actꝰ: geſtus: habitꝰ et affatꝰ: debent fulgere limpida claritate: et relucere florida venuſtate. ꝛ carere qualibet inhoneſta et ſtolida vilitate. Iuxta illud Apoſt.j. Cor.xiiij. Oia honeſte et ſm ordinē fiāt in vobis. Quod potiſſime ſpectare debet ad eccleſiaſticos: qz vere in ipis debent eſſe ꝑ ceteris oia limpida ꝛ honeſta. Legit eñ ꝙ Nero imperator fecit templū fortune de quibuſdā lapidibus lucētibꝰ vt criſtallis et trāſlucidis atqꝫ claris: que in arabia et capadocia inueniūtur. ſicut dicit Pli.li.xxxvj.ca.xxj. Ita ꝙ intrātibꝰ illud templū cūcta clara et puia videbant. In quo notādū ē ꝙ templū quod ſummꝰ imperator xps fecit. ſ. eccia vel ſtatꝰ eccleſie ſynagoga debet eſſe de lapidibꝰ trāſlucidis ꝛ honeſtis: vicioꝝ caligine nō fedatis. Un̄ Thobie xiij. Luce ſplēdida fulgebis. Sequitur. Beatꝰ ero ſi fuerint reliquie ſeminis mei ad videndū claritatē hieruſalē: ex ſaphiro et ſmaragdo edificabit. Iſta tñ ſunt contra multos: qui ſi honeſti ſunt in verbis. tñ non in factis. in conuerſatione ꝑ nō in itentione: in geſtu corporis non fructu operis. Iſtis loqtur Seneca Epl'a.xxj. Vidiꝰ inquit pbas honeſta ꝗ ſequaris. vides vbi poſita ſit felicitas. ꝑ ad illam accedere nō audes. Nō ſic: ſed oia honeſte et ſm ordinem fiāt in nob. Et iuxta doctrinā aplī Rom.xiij. Abiciāmꝰ opera tenebrarum et induamur arma lucis ſic vt in die honeſte ambulemus. Unde notabis ꝙ nos debemus Honeſte

Cogitare: interiꝰ mentem rumināntes.
Uigilare: aſperiꝰ carnē macerātes.
Laborare: exteriꝰ bene operātes.
Nos ornare: ſinceriꝰ mores ornātes.
Cōtinuare: vlteriꝰ bonū ppetrātes.
Nos armare: poſteriꝰ mala tolerētes.

Igitur dico ꝙ neceſſe ē honeſte cogitare. qz ſicut dicit Tulliꝰ in officijs libro.iij. Etiā ſi deos et hoīes lateat: nihil ē homo viro turpiter faciendum. Satis inquid nobis ſi modo in phia aliquid pfecim pꝑſuaſum eſſe debet. ſi oms deos hoieſqꝫ celare poſſimꝰ: nihil tñ auare. nihil iniuſte. nihil libidinoſe. nihil incōtinenter eſſe faciendū. Und de vino. id eſt de gratia dei. dicit.ij. Eſdre.iij. Precordia facit honeſta. Itē neceſſe eſt honeſte vigilare. ſcꝫ ſtudēdo ꝛ cōtemplādo ad maiorē carnis edomationē. Quia pcerto ſicut dicit Eccl.xxxj. Uigilia honeſtatis tabefaciet. Itē neceſſe eſt honeſte laborare. Und de iuſto dicit Sapiē.x. Quod honeſtū fecit illū i laboribus ꝛ cōpleuit labores illiꝰ. Et Sap.viij. In operibꝰ manuū illiꝰ honeſtas. Item neceſſe ē nos ornare. ſ. p bonā ꝛ exēplare cōuerſationē. Un̄ Eccl.xxiiij. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris: ꝛ flores mei fructꝰ honoris et honeſtatis. Et bene dicit fructꝰ: quia flores ameni honoris ꝛ honeſtatis. pducūt odores amenitatꝭ: ꝛ gignūt fructꝰ vtilitatis. Ideo bene dicitur.j. Theſſal.iiij. Honeſte ambuletꝭ ad eos qui foris ſunt. Item neceſſe eſt honeſte continuare. Non eñ ſufficit honeſtatis amplexꝰ in pncipio vel ſemel factꝰ ſed requirit ꝛ ſepius et ſine intermiſſione: ꝛ in oī opere honeſtatē obſeruare. Sap.viij. Honeſtas ſine defectiōe

Itē neceſſe ē honeſte mala portare. ſ. paupertatē et abſtinentiā: ꝛ finaliter mortē. Un̄ Eccl.xj. Bona ꝛ mala: vita ꝛ mors: paupertas ꝛ honeſtas a deo ſunt et ideo toleranda. Iſta de honeſtate morali ſufficiāt. Quia de honeſta cōuerſatiōe in locis infinitis ē actum. De honeſtate vero in quātū ſignat pompā ꝛ claritatē ſtatꝰ mundani. nihil ad pſens.

Honor.

Nota ꝙ honor accipit in bono ꝛ in malo. Et eñ honor idē quod gloria: maieſtas: excellētia: dignitas. Et ideo honor poteſt diſtingui in temporalē ꝛ eternalem: ꝛ diuinum etiā et hūanū. Honor enim

Temporalis ē cōtemnendus.
Honor eternalis eſt appetēdus.
Honor diuinꝰ ē frequitādꝰ.
Honor humanꝰ ē fugiēdus.

Primo igit dico ꝙ ē honor temporalis quēꝫ debemꝰ cōtemnere. Iſte eñ honor eſt valde periculoſus. Breuiꝰ vō dicā ꝙ inuenit honor.

Tpalis q̄ ē cōtemnendus.
Eternalis q̄ eſt appetendus.
Finalis q̄ ē impēdendus.

Poſt magnū eñ honorē incurrit ſepe hō magnū vituperium ꝛ pudorem. Exemplum habemꝰ in Amā corā quo cūcti ſerui regis flectebāt genu ꝛ adorabant eum ſicut dicit Heſter.iij. q̄ poſtmodū vituperabiliter ē ſuſpēſus. ſicut dicit Heſter.vij. Et ſic verificatur illud Gregorij qui dicit. Non eſt tanti honoris excelſa tenuiſſe quāti meroris de excelſis corruiſſe. Conſtat eī ꝙ honor mundanus

Senſum puertit.
Mores ſubuertit.
A deo auertit.
Ad inferna diuertit.

Dico igit ꝙ honor mundanus ſenſum puertit. Hō eñ quādo in locū nimis altū aſcendit: cerebrum ipſius ſolet turbari ita ꝙ d rebꝰ infimis bene iudicare non pōt. Noctua etiā quāto altius de die volat tanto minꝰ videt. Sic multi in altis honoribꝰ et in die et in claritate mūdane dignitatis et pſperitatis cōſtituti: viſum vere diſcretionis pdunt: quod patet. quia tūc etiam prios benefacto

res aūt ſocios nō cognoſcunt. Unde de quodā nobili ſcholari narraṫ q ſolit⁹ erat dicere. Omnes mundi p̄latos eſſe cecos: eo ſcȝ q magiſtro ſuo q erat ſolēnis cleric⁹ beneficium nō dabāt. Tandē factus p̄latus de magiſtro nō cogitabat. Propter quod cū quadā die ciuitatē intraret: mgr i hora meridiei cū magnis lūinarib⁹ et accēſis iuit ei obuiaȝ in introitu ciuitatis. Et quereti diſcipulo quid hoc eſſet. Rn̄dit magiſter: lumino vobis inquit dn̄e q: cec⁹ eſtis ſicut et alij. De quodā etiā papa legiṫ qui cū ſocium nō cognoſceret illi quereti ⁊ diceti. Pater ſancte nō cognoſcitis me? Reſpondit. Uade miſer: ⁊ quō te cognoſcereȝ: q: meipſum nō agnoſco. Bene igiṫ diciṫ in p̄s. Homo cū i honore eſſet nō intellexit: cōp̄atus ē iumentis ⁊c̄. Honor igiṫ mūdan⁹ ſenſum p̄uertit. Item mores ſubuertit. Nota q multi primo ſunt boni: tādē honorati facti ſunt mali. Exēplū d̄ Nerone ⁊ ſaul. Honores eñ mutāt mores. Et tamē prochdolor iſti honores hodie ſumme petūtur. Un̄ ſaul dicebat ſamueli. j. Reg. xv. Honora me corā ſeniorib⁹. Itē iſte honor a deo auertit. Exemplū de iuliano q factus imp̄ator apoſtatauit a fide. Ido in p̄s. d̄r. Impij mox vt honorificati fuerint ⁊ exaltati: deficiētes queādmodū fumus deficiet. Ideo bene cōſuliṫ Eccl̄. vij. Noli querere ab hoīe ducatum: nec a rege cathedrā honoris ⁊c̄. Itē talis honor ad inferna diuertit. Sicut eñ videm⁹ q aues p̄dales q̄zdiu viuunt in honore teneṫ ⁊ habētur: ſup particā ponūtur: ⁊ diligētius colūtur et cuſtodiūtur. qn̄ vero mortui ſunt in ſterquilinio p̄iciūtur. Et ecōuerſo galline ⁊ anſeres q̄zdiu viuūt modicū reputātur: quādo vero mortue ſunt et parate corā rege honorabiliter deportātur. Sic p̄certo tales diuites ⁊ auari: officiales ⁊ aduocati hodiernis tp̄ibus a magiſtro ſuo dyabolo honorifice p̄mouētur. Eccl̄. x. Eſt homo qui honorificaṫ p̄pter ſubſtantiā ſuā. qui tamē poſt mortē ſine honore in inferni ſterq̄linio infodenṫ. Iuxta illō Iudith. j. Remiſerūt eos vacuos ⁊ ſine honore abiecerūt. Un̄ Sap̄. iiij. In nihilū cōputabūtur ⁊ ſine honore erit nouiſſima ſenect⁹ eoꝝ. Galline vero. i. pauperes ⁊ miſeri qui duȝ viuūt nihil reputātur: imo ab oīb⁹ fuganṫ et vilipēdunṫ quādo poſt mortē igne tribulationū decocti fuerint ⁊ pati: corā deo honorabiliter deportabūtur: ⁊ in mēſa celeſti ⁊ regia locabunṫ. Un̄ Rom̄. ij. Honor ⁊ pax oi operāti bonuȝ Un̄ mali de iſtis finaliter dicēt illud Sap̄. v. Uitā illoꝝ eſtimabamus inſaniā: et finē illoꝝ ſine honore: ecce quō computati ſunt inter filios dei ⁊c̄. Iſte ē igiṫ honor tp̄alis quē debem⁹ contēnere. Secūdo dico. q eſt honor eternalis quē debem⁹ appetere. Et iſte ē honor celeſtis glorie q ſanctis i patria cōfereṫ. De q dicit Aug. q nulli denegabiṫ digno: ⁊ nulli cōcediṫ indigno. Et i p̄s. diciṫ. Gloria et honore coronaſti eū dn̄e. Iſte honor figuraṫ Heſter. vj. vbi dicitur. Homo quē rex honorare cupit debet indui veſtib⁹ regijs: ⁊ imponi ſup equū q ē de ſella regis: ⁊ accipe regiū dyadema ſup caput ſuū: ⁊ p̄rimus de regijs principib⁹ teneat equū eius: ⁊ p plateaȝ ciuitatis incedēs clamet et dicat. Sic honorabiṫ quēcūq; rex voluerit honorare. Chariſſimi veſtes regie ſunt virtutes. Iſte ſunt eñ veſtes nuptiales: quib⁹ ſi hō indut⁹ nō fuerit. in tenebras exteriores miſſus erit. Equus ſup quē rex xp̄s equitauit ē crux vel penitētia. Iſta eñ ē aliquis equ⁹ de ſella regis. Aba. iij. Qui aſcēdes ſup equos tuos: ⁊ quadrige tue ſaluatio. Homo igiṫ qui a rege xp̄o in p̄adiſo voluerit honorari: debet indui veſtibus regijs. i. virtutib⁹: debet aſcēdere ſup equū regis. i. ſup crucē p cōpaſſionē: vel etiā in penitētie opibus: et ſic dyademate eterni honoris inſignieṫ. Et a primo principuȝ. ſcȝ a michaele p plateaȝ ciuitatis p̄adiſi honorabiliter deducetur. Quia p̄certo ſic honorabiṫ quēcunq; rex decreuerit honorare. Un̄. ij. Peṫ. j. Accipiēs a deo p̄re gloriā et honorē. Et in p̄s. Gloria ⁊ honore coronaſti eū dn̄e ⁊c̄. Signū eñ leonis ſm Miſael ē domus nouoꝝ veſtimētoꝝ ⁊ honoꝝ: ad denotādū q nullus ē ver⁹ honor niſi ille q in domo leonis. i. in p̄adiſo vbi regnat leo de tribu iuda cōcediṫ: vbi quilibet ſanctus pōt dicere illud Dan̄. iiij. Senſus meus reuerſus ē ad me: et ad honorē regni mei decorēq; p̄ueni. Iſte ē igitur honor eternalis quē debem⁹ appetere. Tercio dico. q ē honor finalis quē debem⁹ impendere. Et iſte eſt honor quē deo ⁊ ſup̄iorib⁹ noſtris debem⁹ exhibere. Apes eñ honorāt regem ſuum intm̄ q nulla audet volare quouſq; rex ſibi vēdicauerit principatū. ſ. qn̄ oēs ſimul habēt exteri⁹ exire. Elephātes etiā docenṫ honorare ⁊ adorare regē Noue etiā lune dicūtur inclinare. ⁊ ipſam ſuis modul' honorare. Quāto magis igiṫ nos viri rationabiles debemus deū honorare ⁊ noſtris ſup̄iorib⁹ reuerētiā exhibere. Prouer. iij. Honora dn̄m de tua ſubſtantia. Et nota q iſte perſone ſunt q̄s tanq̄ ſup̄iores ⁊ maiores honarare debem⁹. ſcȝ. deus p̄latus: pater: doctor: religioſus ⁊c̄. Honora ergo

Deum creatorem.
Patrem genitorē.
Prelatuȝ rectoreȝ.
Uirum ſeniorem.
Prudētem doctorē.
Piuȝ nutritorem.
Uiduā cōtinētem.
Religioſuȝ d̄o ſuiētē.

Honorādi igiṫ ſunt dij cūcta tenētes. ſ. de⁹ ⁊ angeli. Iuxta illō Prouer. vij. Honora dn̄m et valebis. Et. j. Thi. j. Soli deo honor et gloria. Item genitores atȝ parētes Eccl̄. vij. Honora patrem tuū ⁊ gemitus matris tue ne obliuiſcaris. Itē dn̄os atq; p̄ſidētes. j. Thi. vj. Serui dn̄os ſuos omni honore dignos arbitrētur. Iteȝ ſeniores ⁊ reuerētes. Leuiṫ. xix. Honora p̄ſonam ſenum. Item prudentes ⁊ ſapiētes. Eccl̄. xxxvij. Sapiēs in populo honorē hereditabit. Iteȝ beneficos atq; clementes. Prouer. xxij. Uictoriā ⁊ honorē acquiret qui dat munera. Itē viduas ⁊ cōtinētes. j. Thi. v. Uiduas honora que vere vidue ſunt. Itē religioſos ⁊ deo ſeruiētes. j. Thi. v Qui bene p̄ſunt preſbyteri duplici honore digni ſunt. Bene igiṫ cōſuliṫ. j. Peṫ. ij. Oēs honorate: fraternitateȝ diligite: deum timete: regē honorificate. Aduerte tn̄ qō multi vl' nō honorāt ſ. ē Malach. j. Si ego p̄r ſuȝ vbi ē honor me⁹? Aut ſi honorāt falſe honorāt. Mar. vij. Popul⁹ h̄ labijs me honorat: cor aūt eoꝝ lōge ē a me. Cōtra miſtos etiā qui nimis ambicioſe honores diligūt: diciṫ illud Eccl̄. vij. Noli querere cathedrā honoris. Cōtra illos etiaȝ qui honore queſito impudēter vtūtur. dicitur Eccl̄. xj. In die honoris tui ne extollaris. Sic igiṫ patet q i ſcriptura rep̄iṫ. Honor cōtēnendus. Honor appetendus. Honor impēdend⁹ ⁊c̄.

Uide vbi p̄latus: vbi ſubditus: ⁊ vbi humilitas.

Hora. Nota q hora ē quedā menſura motus celi: cōtinens diei naturalis viceſimāquartā partem. illud. ſ. ſpaciū tp̄is. quo medietas vnius ſigni. h̄ eſt dictū: quīdecī gradus zodaici ſupra noſtrū emiſperiū eleuātur. Ita q ſicut annus p mēſes: mēſes p ſeptimanas: ſeptimane p dies: dies p horas: hore p puncta ⁊ p minuta diſtiguūtur diuerſimode poſſum dicere q p horas poſſunt intelligi quecūq; diſtinctiones ⁊ cōditiōes: quoꝝ vis temporum ⁊ etatum. Reducenduȝ enim ad mores: hore ſignanṫ diuerſa puncta fidei: meriti: peccati: mundi: paradiſi: inferni. Et ſic notabo moraliter q in ſcriptura reperiuntur hore bone et hore male. Hore dico. videlicet

Hore luminoſe clauſe reſerātes.
Hore pluuioſe mala tp̄antes.
Hore fructuoſe bona p̄petrātes.
Prime ſignificāt fidei ſplēdorē.
Secūde deſignant gratie dulcorē.
Tercie v̄o deſignāt glorie decorē.

Primo igiṫ dico q i ueniūtur hore fidei ⁊ articuloꝝ. Iſte autem hore ſunt diei ⁊ nō noctis. ſcȝ duodecim articuli fidei: q: ſcȝ dies artificialis qui nihil aliud ē q̄ ſolis latio ſup terrā. i. noticia vere fidei: que ſolis iuſticie cōtinet veros motus ſuiq; ſtatus articulos atq; pūcta. Un̄ de iſtis horis. i. d̄ duodecim articulis diciṫ Ioh̄. xj. Nonne duodecim ſunt hore diei? Onager eñ in equinoctio horas ſuo rugitu denotat duodecies de die: et duodecies de nocte clamat. quia. ſ. onager. id eſt p̄phete ⁊ ap̄li: horas et pūcta noſtre fidei cecinerūt. ⁊ tam de die q̄ de nocte. id eſt tā p̄ſperitatis q̄ aduerſitatis tp̄e duodecim articulos docuerūt. Iſte ſunt igiṫ hore fidei et articuloꝝ. que ſcȝ habēt et docēt limpidā veritatē. Ioh̄. xij. Uenit hora vt clarificeṫ filius hoīs. Iſta aūt hora iſtius claritatis et noticie non ſemp fuit. quia ſcȝ poſt mortem et reſurrectioneȝ chriſti p̄cipue rutilauit. Ideo aū iſtud tempus fuit dictum illud Iohā. ij. Quid mihi et tibi mulier: nondum enim venit hora? Et aduerte q chriſtus habet vel habuiṫ quatuor principales horas videlicet.

Horam veniētis ad hoc exiliū.
Horā patiētis crucis ſupplicū.
Horā redeūtis ad carnis hoſpitiū.
Horā ſcientis ſui iudicium.

Xp̄s igiṫ habuit vnaȝ horaȝ qua carnem aſſumpſit. Et iſta eſt hora diuine incarnatio-

nis. q̄ ſcʒ xp̄us venit vocare peccatores ad penitentiā. Un̄ de deo patre dicit̄. Lu. xiiij. ꝙ homo quidā fecit cenā magnā: et vocauit multos: ⁊ miſit ſeruū ſuū hora cene dicere inuitatis vt venirēt. Cena em̄ magna ſeu conuiuiū generale qđ deus fecit a principio fuit fides: ſ hora cene fuit ille pūctus fidei in q̄ comedēdꝰ erat vitulꝰ ſaginatus. i. ſacramentum altaris ⁊ ſtatꝰ gratie. In iſta igit̄ hora miſit deꝰ pater ſeruū xp̄m ꝑ beatā incarnationē: vt ſcʒ hoies inuitaret ad tam letā et lautā refectionē. Iſta eſt igitur hora q̄ carnem aſſumpſit. Itē habuit xp̄us vnam horā q̄ mors hūc conſumpſit. Iſta fuit hora paſſionis: qua ſcʒ quo ad vitā corporeā ipe fuit aſſumptꝰ. Iob. xxxiij. Cōſumpta eſt caro eiꝰ a ſupplicijs. Un̄ de iſta hora dicitur Math. xxvj. Ecce appropinq̄bit hora: ⁊ filiꝰ hoīs tradet̄ in manꝰ peccatorum. Unđ Ioh. xix. dr̄. ꝙ xp̄us hora ſexta emiſit ſpiritū. Itē habuit xp̄s vnā horā qua corpꝰ reſumpſit. Iſta em̄ fuit hora reſurrectiōis et ꝓprie glorificatiōis: de qua Ioh. xvij. Pater venit hora: clarifica filiū tuum. Item eſt alia hora chriſti q̄ magna ꝑſumpſit: ſumendo ſcʒ ꝑteritū ꝓ futuro. id ē hora futuri iudicij ⁊ vltime reſurrectiōis aut reꝑationis. De qua Ioh. v. Uenit hora et nunc ē quando mortui audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Et Apoca. xiiij. Uenit hora iudicij eiꝰ. Patet igit̄ quomodo i ſcriptura reperit̄ hora ſeu hore fidei et articulorum. Secundo dico ꝙ ibi repiūt̄ hore gratie ⁊ ſacramētorum. Dies em̄ gr̄e hʒ ſuas horas ⁊ ſua pūcta. Circa qđ nō ꝙ in ſcp̄tura repit̄ hora

Prima: que eſt hora meditantiū.
Tercia: que eſt hora penitentiū.
Sexta: q̄ eſt hora miſerentiū.
Nona: q̄ ē hora contemplantiū.

Prima igit̄ hora diei gratie eſt hora meditantiū: ſeu cogitātium: ſeu vigilantium quādo ſcʒ homo euigilat a peccato: ⁊ vigilat conſiderans quid agere debeat. Mathei. xxvj. Non potuiſti vna hora vigilare mecum. Tertia eſt hora penitentium.

Pn̄ia ei hʒ tres ꝑtes. ſ.
Cordis contritionem.
Oris confeſſionem.
Operis ſatiſfactionē.

Et iſta eſt illa hora tercia. De q̄ dicit̄ Math. xx. ꝙ paterfamilias circa horā terciā inuenit in foro ocioſos ⁊ miſit eos i vineā ſuam. Uinea em̄ laborem penitētie ſignat: vbi paterfamilias deus ocioſos peccatores inuitat: ⁊ labori et abſtinētie eos artat. Act. ij. Non em̄ ſicut eſtimatis hij ebrij ſunt cum ſit horē diei tertia. Sexta hora eſt hora miſerentiū illorum. ſ. qui ſex opa miſericordie libenter exercent. Et iſta ē illa hora qua febris. i. ardor auaricie curatur. Sicut de filio illiꝰ dicit̄ Ioh. iiij. ꝙ hora ſexta reliquit eū febris. ꝓ eo q2 qui ad opa miſericordie liberalis exiſtit: nunq̄ ꝑ auariciā inflamat̄. Un̄ etiā in eodē ca. dr̄. Or qn̄ mulier ſamaritana venit ad haurendū: aquā vbi inuenit ieſum iuxta puteum ex itinere fatigatū: hora erat quaſi ſexta: ad denotandū ꝙ hora ſexta. id eſt virtꝰ miſericordie ieſuʒ in ſuis paupibus fatigatū recreat. Iuxta illud Eſa. xxviij. Reficite laſſum et ecce hoc meū refrigeriū eſt. Uirtus miſericordie etiā puteum et aquā beneficiorum cōmunicat: et mulierē. id eſt pauperes refrigerat ⁊ cōfortat. Nona hora eſt hora cōtēplantiū. Et iſta bene vadunt per ordinē: vt ſcʒ hora ꝓma homo vigilet ſtatū ſuuʒ conſiderādo. Tercia hora peniteat a peccatorum ocio ſurgendo ⁊ laborādo. Sexta hora homo ad puteū nūc vadat ieſuʒ i ꝑſona pauperum adaq̄ndo ⁊ recreādo Nona vō contēplatiōi itēdat deū orādo ⁊ celeſtia cogitādo. Act. iij. Petrꝰ ⁊ Iohānes aſcēdebāt in tēplū ad horā oratiōis nonā. Iſta eſt em̄ angelorum hora qui nouē ordinibus cōtinent̄: et ideo horā nonā. id eſt virtutē contēplationis ſectant̄. Un̄ et Act. x. dicit̄. ꝙ hora nona angelus apparuit Petro. Sicut enim ponit Raſiel in libro ſuo. Certi angeli deputati ſunt ſuper horas: et ſinguli ſupra ſingulas Ad qđ fat̄ alludit illđ vbū ſcp̄ture. Apo. ix. vbi dicit̄ ꝙ angeli parati erāt in horā et diē: mēſem ⁊ annū. In quo moraliter notabo ꝙ angeli bti ſolēt iſtas ſp̄uales horas et pūcta gr̄e ⁊ vtutū ſeruare: ⁊ ad bn̄ opandū hoies adiuuare. Generalr̄ igit̄ de hora et ſtatu gratie notabo ꝙ iſta eſt hora

Uenie et remiſſiōis.
Salutis et curatiōis.
Feruoris et orōnis.
Audacie ⁊ expugnatiōis.
Labori et occupatiōis.
Studij ⁊ meditatiōis.
Doctrine ⁊ ꝑdicatiōis.
Cōnubij ⁊ ꝯiugatiōis.
Laudis ⁊ benedictiōis.
Gaudij ⁊ exultatiōis.

Iſta igit̄ hora culpa remittitur. Ioh. x. Peccaui ⁊ ad horam pepciſti mihi. Item iſta hora ſalus immitit̄. Math. viij. Sanatus eſt puer in illa hora. Itē iſta hora feruor emittitur. ſcʒ orationis. Lu. j. Ois multitudo populi erat orās foris hora incēſi. Item iſta hora hoſtis excutit̄. Un̄ Iudith holofernem ꝑcuſſura ⁊ occiſura dicebat. Iudith. xiij. Cōfirma me deus in hac hora. Itē iſta hora opus ꝑagit̄. Ecci. xxxix. Omne opꝰ in ſua hora ſbminiſtrabit̄. Itē iſta hora ſtudio ſiſtitur. Dan̄. v. In eadem hora apparuerūt digiti ſcribentis in pariete. Itē iſta hora quis cogere loquitur. ſcʒ ꝑdicando ⁊ docēdo: Math. x. Dabit̄ vobis i illa hora q̄d loq̄mini. Item iſta hora Marie iūgitur. ſcʒ ꝑ charitatis et deuotiōis cōnubiū. Un̄ đ illa dicit̄ Ioh. xix. ꝙ ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuā. Iteʒ iſta hora laus dei ꝓmitur. Unde Luce. ij. dr̄. de Anna ꝓphetiſſa ꝙ hec ipſa hora ſuꝑueniēs cōfitebat̄ dn̄o et loq̄batur de hieſu. Itē iſta hora gaudiū gignit̄. ſcʒ exultatio in ſanctoſpiritu. Lu. x. dicit̄. ꝙ in ip̄a hora exultauit ieſus in ſpirituſancto. Sic igitur patet quō hora diuine gratie varia habet puncta: ⁊ varia virtutū et ſp̄ualiū bonorum remedia. Dico igitur ꝙ in ſcriptura repiuntur hore gratie et ſacramentorum. Tercio dico. ꝙ in ſcriptura reperiūtur hore glorie. et celi honorum Et iſta eſt hora beata in qua ꝑdeſtinati recipiūtur ad vitaʒ et miſeri poſt labores recipiunt̄ ad gloriaʒ. Pauperes em̄ poſt marculi. id eſt mallei ſonitū ſeu ſignū a diſpēſatore regis vel domꝰ datū cōueniunt. ⁊ poſt hora ordinata mediāte ſigno vel marculo ꝑcedente domū ſeu cōuiuium introeunt vel aſcendūt. Sic vere ꝑdeſtinati ⁊ iuſti mediāte ſigno gratie: hora certa a deo inſtituta intrāt ad cōuiuū paradiſi et ꝑtingunt ad prandium dei viui. Unde chriſtus videtur dicere cuilibet anime vel ꝑſone ſancte illud quod ſcribitur Ruth. ij. Quando hora veſcendi fuerit veni huc et comede panē. Et breuiter de iſta hora celeſtis glorie poteſt exponi illud qđ ſcribit̄ Apoc. viij. vbi dr̄. Or factū eſt ſilētiū i celo quaſi dimidia hora. Quia ſcilicet nullum eſt verū ſilentiuʒ nulla quies niſi in celo. id eſt in gloria ꝑadiſi: que tamen q̄ſi media hora dumtaxat modo tribuitur ꝓ eo: ꝙ iſto tempore ſcʒ ante iudiciū ſola anima ſine corpore beatificatur: et ſic media pars hoīs et non totꝰ homo in pace et ſilentio collocatur. Patet igitur ꝙ in ſcriptura reperiūtur hore glorie et celi honorum. Et ſic patet ꝙ hora ſumit̄ in bono. Si vero vis accipere in malo. Nota ꝙ ſicut ſm̄ aſtrologos in anno ſunt multe hore infortunate ⁊ male: et hoc ratiōe malorum planetarū qui dominantur in illis. Sicut patet de illis horis vbi aſcendunt gradus puteales in q̄bus puer qui naſcitur cecꝰ aut alr̄ monſtruoſus vel mancus efficitur. Sicut etiam patet certis horis que ſunt in diebus egypciacis: in quibus non eſt bonum aliquid facere: alr̄ non ſolet exinde finis laudabilis prouenire. Tales hore ꝓcerto videntur eſſe ſtatus et conditiones malorum: et vite ipſorū tēpora vel momenta: vel etiaʒ iſtius mundi proſperitas ſeu ſtatus. Omnia enim iſta ſunt mala. et a malis planetis. id eſt a malis ſpiritualibus vl̄ hominibus gubernata. Et ideo non poſſunt eſſe aliqua bene facta. Et ideo nota ꝙ in ſcriptura reperitur hora.

Caliginoſa.
Periculoſa.
Inſidioſa ſeu tēpeſtuoſa.

Eſt dico hora caliginoſa. Et iſta eſt vita peccatorum quam concomitant̄ tenebre ignorantie vel peccati: de q̄ Luce. xxiij. Tenebre facte ſunt fere ab hora ſexta vſqꝫ ad horā nonā ⁊c. Et illud Ecci. xj. Malicia hore obliuionē facit. Itē ē hora ꝑiculoſa. Et iſta ē hora ꝓſperitatis mūdane: q̄ ſcʒ quādoqꝫ videtur clara et ſerena: et tamen ſubito fit terribilis et obſcura. Exodi. ix. En pluam hac ipſa hora cras grandinem multam nimis.

Item eſt hora inſidioſa et tempeſtuoſa. Et iſta eſt hora mortis: eſt hora futuri iudicij et inferni: que ſcilicet occulta eſt et ignota: et ſubito proueniens et incerta. Unde hora mortis: et iudicij: et inferni: comparatur aduentui furi q̄ bn̄ cauet ꝙ aduētꝰ ipius nō ſciat̄. Lu. xij. Si em̄ ſciret pr̄familias q̄ hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō ſinēt ꝑfodi domū ſuā: vigilate itaqꝫ q2 neſcit̄ diē neqꝫ horam. Et breuiter dicā ꝙ hora mortꝭ ē hora ꝓuidenda. Hora iudicij

eſt hora metuenda. Hora inferni ē hora p̄cauenda. Nam hora mortis ſubito nos tenebit. Mat. xxiiij. De die illa et hora nemo ſcit. Hora iudicij grauiter nos terrebit. Apoc. xj. In illa hora factus ē terremotus. ⁊ Apoca. xviij. Una hora venit iudiciũ tuũ. Hora iferni penitꝰ ñ delebit. apoc. xiiij. Uenit hora vt metat̄ q̄m maturauit meſſis terre. Et Apoca. xviij. Una hora deſtitute ſunt tante diuitie. Expone ſi vis iſtas duas auctoritates p̄ moduʒ figure. Et vide ibi. Sic igit̄ patet quō hora in bono ſumit̄ ⁊ in malo ⁊c̄.

Horreum Nota ꝙ cum horreum ſit illud ſeu illa concauitas vbi grana pro cuſtodia reponuntur. ideo in ſcriptura poteſt multiplex horreũ reperiri tam in bono q̄ȝ in malo ſignato. videlicet.

Horreum mundi.
Horreum impij.
Horreum inferni.
Horreum iuſti.
Horreum xp̄i.
Horreum celi.

Primũ eſt horreũ quo auari terrena reponũt. Secũdũ eſt horreum quo maligni peccata componũt. Terciũ eſt horreũ quo damnati ſe ip̄os ſupponũt. Quartũ ē horreũ q̄ deuoti virtutes diſponũt. Quintũ ē horreũ quo p̄fati fideles apponũt. Sextũ ē horreum quo angeli beatos deponũt. Primo igit̄ eſt vnũ horreũ hoim auarorꝫ. q̄r. ſ. iſti ſumme cupiunt bona terrena accumulare ⁊ in horreis recōdere ⁊ ſeruare. Exemplo illius q̄ dicebat Lu. xij. Hoc faciā. deſtruā horrea ⁊ maiora faciā. ⁊ illic cōgregabo oia q̄ nata ſunt mihi. ⁊ dicam anime mee Aia multa bona habes repoſita in ānos plurimos. comede ⁊ bibe ⁊c̄. Iſta igit̄ ē cogitatio tota auarorꝫ. oia in horreis cōgregare. ip̄miq̄ȝ claudere ⁊ ſerare ⁊ nihil paup̄ibus erogare. Cũ tñ ip̄a deberēt potius aperire. ⁊ neceſſitatꝭ tē- pore paup̄es enutrire. Exemplo Ioſeph qui aperuit horrea ⁊ vendidit egiptijs. Et merito. q̄r ꝓcerto p̄ talē ap̄tionem ⁊ erogatōnem horrea huius mũdi ſolēt amplius exuberare ⁊ bonis oĩbus abundare. Prouerb. iij. Honora dñm de tua ſubſtantia. ⁊ de primitijs frugũ tuarꝫ da pauperibꝰ. ⁊ implebũtur horrea ſaturitatē. ⁊ vino torcularia redũdabũt. Et merito. q̄r ꝓcerto. ſicut Prouerb. xxviij. dicit Sapiēs. Qui dat pauperi nō indigebit. Iſtud ē igitur horreũ hoim auarorꝫ. Secũdo dico. ꝙ ē vnũ horreum hoim impiorꝫ. Et iſtud ē archa ꝓprij cordis ſui. vbi. ſ. ip̄i reponũt vicia ⁊ peccata. Iſta auteȝ horrea. ſ. impiorꝫ corda ſunt hodie p̄ vicia demolita ⁊ multipliciter diſſipata. Ioelis. j. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. demolita ſunt horrea. diſſipate ſunt apothece. Tercio dico ē vnũ horreũ hoſtiũ malignorꝫ. Et iſtud ē infernꝰ vbi diaboli reponũt ſuũ p̄cioſum theſaurꝫ. quē cũ tantis diligentijs nũc acq̄runt. ſ. hoies impios ⁊ damnatos. Uñ diabolo pōt dici illud Deu. xxviij. Maledictũ horreum tuũ. ⁊ maledicte reliquie tue. Quarto eſt vnum horreum cordium deuotorum. ⁊ iſtud nihil aliud eſt q̄ȝ mens ⁊ cōſciencia viri iuſti. vbi ſcilicet reponit merita ⁊ virtutes. Unde xp̄us videtur cuilibet dicere illud Malachie. iij. Inferte omnem decimationem in horreum meum. id eſt omnem virtutem in cor veſtrum. vt ſit cibus in domo mea. Et. ij. Paralip. xxxj. Prepararent horrea in domo domini. Quinto eſt vnum horreum hominum perfectorum. ⁊ iſtud eſt eccleſia vel religio que proprie eſt horreum vbi chriſtus ſub fidei diſciplina fideles reponere conſueuit. Luce. iij. Triticum congregabit in horreum ſuum. Eccleſia etiaȝ poteſt dici horreum publicum. vbi ſcilicet beneficia pro ſufficientibus. ⁊ diuitie pro indigentibus reponuntur. ſicut Gen. xlvij. dicitur. ꝙ ex horreis publicis dabantur cibaria ſacerdotibus. ⁊ ideo non ſunt compulſi vendere hereditatem ſuam. Iſta tamē horrea non videntur hodie eſſe publica. quia ſcilicet inde plus recipiunt filij et nepotes. q̄ȝ viri ſcientifici aut domini ſacerdotes. Sexto dico. ꝙ eſt vnũ horreum hominum beatorum. ſcilicet paradiſus vbi theſaurus eterne glorie et ſanctorum ſocietas reponuntur. Unde chriſtus in iudicio dicet angelis illud Math. xiij. Colligite primum zizania ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meũ. Et ideo de talibus horreis poteſt dici illud xp̄o Deutro. xxviij. Benedicte caule ouiũ tuarum. ⁊ benedicte reliquie tue ⁊c̄. Patet igit̄ quō horreum in bono ſumitur ⁊ in malo ⁊c̄.

Horror. Horribilis. Cuȝ horror ſit animi paſſio cauſata ex improportionalitate potentie ad obiectũ. vtpote. quia q̄ñ obiectum intantũ p̄cellit vires potentie ꝙ non ſufficit ad comp̄henſionem ip̄ius. quidam ſtupor et quedam deteſtatio generat̄ in ip̄a. que horror vulgariter nũcupatur. notabo igitur ꝙ aliquid dicit̄ horribile vel horrendum Ratione.

Autoritatis immenſe.
Iniquitatis intenſe.
Calamitatis extenſe.
Fallacitatis offenſe.
Penalitatis incenſe.

Et ſic dico ꝙ horribilis poteſt dici et admirabilis et ſtupenda maieſtas creatoris q̄ vtutem excedit. Prauitas peccatoris q̄ deo nō obedit. Uanitas deceptoris mũdi qui non ꝓcedit. Falſitas temptatoris q̄ nil boni concedit. vel cui nullus tute credit. Grauitas extortoris. ſ. inferni qui p̄petuo ledit. Dicam igitur primo ꝙ inuenitur quidam horror qui concipitur de deo ſummo creatore. Sicut eñ videmus omne quod ē imbecillis virtutis ſolet horrere illud quod ē reſpectu ſue infirmitatis ineſtimabilis quantitatis. intolerabilis claritatis. inſup̄abilꝭ p̄tātis. immitigabilis ſeueritatis. Et ſic dico ꝙ.

Horret ſenſus celorum tenorem.
Horret viſus ſolarem ſplendorē.
Horret auditus nubiũ fragorem.
Horret tactus igniũ ardorem.
Horret guſtus amarũ ſaporem.
Horret olfactus fetidũ odorem.

Hec duo membra ſi q̄s vult proſeq̄. accipiat q̄d ſibi cōgruit ex autoritate. Sap̄. xj. Or deꝯim- mittere potuit ⁊c̄. q̄ ponit̄ infra. §. Secũdo dico. Nũc ad deductionē priorꝫ quatuor. Nota inter ſenſum ⁊ ſenſatum debet eſſe ꝓportio. Et ideo quando ſenſatum nimis excedit. in ſenſu generat̄ quidam horroris et ſtuporis concuſſio et incurſio. Unde de illa inſolita ⁊ mirabili viſione. de qua fit mentio Ezech. j. vbi. ſ. vētus turbinis veniebat ab aquilone. ⁊ nubes magna. ⁊ ignis inuoluens. ⁊ ſplendor in circuitu. quē ſcȝ quatuor ſtupenda animalia ⁊ quatuor rote mirabiles cōcomitabant̄. dicitur ibi ꝙ ſtatura erat in rotis ⁊ horribilis aſpectus. ⁊ totũ corpus in circuitu plenũ oculis. Tali igitur mō dicam. deũ eſſe noſtre infirmitati horribilem ⁊ ſtupendũ rōe eſſentie q̄ manet infinita. Et ideo ꝯp̄atur celo cũcta continēti. Ezech. j. Similitudo firmamēti quaſi aſpectus criſtalli horribilis ⁊ extēti. Itē rōne ſcie q̄ nihil eſt oblita. ⁊ ideo ꝯp̄atur ſoli ſemp̄ radiāti. vñ de ꝓfunditate diuine ſcie dr̄ Iob. iiij. Porro ad me dictũ ē verbũ abſconditũ in horrore viſionis nocturne. q̄ñ. ſ. ſolet ſopor occupare hoies. pauor tenuit me ⁊ tremor. ⁊ Iob. vij. dr̄. Terrebis me p̄ ſomnia. ⁊ p̄ viſiones horroreȝ concuties.

Item rōe potentie q̄ nũq̄ȝ ē contrita. ⁊ ideo cōp̄at̄ nubi fulmē emitēti. vñ illud p̄dictũ Ezec. j. Nubes magna ⁊ ignis inuoluēs. Seq̄t̄. Et horribilis aſpectꝰ. vñ de ſua potentia pōt dici illud Malach. j. Horribile nomē meũ in gētibus. ⁊. ij. Paralꝭ. xvj. Horribilis dñs ſuper omnes deos.

Item rōe iuſticie. q̄ nũq̄ȝ ē lenita. ⁊ iō ꝯp̄at̄ igni cuncta deuorāti. vñ Gen. xv. dr̄. ꝙ pauor irruit ſup̄ abraam ⁊ horror magnus. Seq̄t̄. Or facta eſt caligo tenebroſa. ⁊ apparuit clibanus fumās ⁊ lampas ignis trāſiēs. Iſte horror potiſſime erit in die iudicij. vbi ꝓcerto xp̄s apparebit horribilis vniuerſis. ⁊ maxime p̄ctōribus ⁊ dānatis. Nam q̄r mō nolũt horrere. nec timere ſuā potētiā. horrebũt tũc ſuam iuſticiā. Malach. iiij. Dies dñi magnꝰ ⁊ horribilꝭ. Uñ de iſta die dr̄ ip̄is p̄ctōribꝰ. Sap̄. vj. Horrēde ⁊ cito apparebit. q̄r iudiciũ duriſſimũ fiet his q̄ p̄ſunt. Nā q̄r tũc xp̄s habebit iudicare p̄ctōres terribiles ⁊ horrēdos. cōgruum erit ꝙ horribilis app̄eat ⁊ horrēdus. vt. ſ. horrende ⁊ terribilit̄ timeat̄. iuxta illud Sap̄. viij. Diſponā pp̄los ⁊ nationes mihi erũt ſbiecte. timebũt me audiētes reges horrēdi. Et ſic pȝ ꝙ in ſcriptura rep̄itur q̄dam horror q̄ cōcipit̄ de ſummo creatore. Scd̄o dico ꝙ inuenit̄ quidam horror qui concipitur de vili peccatore. quia reuera ſicut ſunt aliqua animalia q̄ tante ſunt deformitatis. crudelitatis. vel venenoſitatis. ꝙ horrorē faciũt intuenti. Sic dico ꝙ multi ſunt peccatores. qui ita in moribus ſunt deformes in actibus ſic crudeles. in exemplis ⁊ geſtis ⁊ ſermonibus ſic venenoſi ⁊ infames. ꝙ ſine dubio ip̄i ſunt horribiles ad vidēdũ: deteſtabiles ad ꝯuerſandũ. ⁊ intolerabiles ad ſuſtinēdũ. vñ de p̄ctōribus notabis ꝙ ip̄i ſunt horrēdi. ſ. ratione.

Superbie.
Iactantie.
Seuicie.
Auaricie.

De ſuperbia horrēda dr̄ Sap̄.x.ꝙ moyſes ſtetit ꝯtra reges horrēdos in portētis ⁊ ſignis. Reges horrendi ſunt ſuꝑbi. De iactantia horrenda dr̄ Ozee.xiij. Loquente effraym horror inuaſit iſrael. De ſeuicia ſeu crudelitate horrenda dr̄ Sapien.xj.ꝙ deus immittere potuit egiptijs multitudinem vrſoꝝ aut audaces leones. aut noui generis ira plenas ⁊ ignotas beſtias. aut vaporē igneū ſpirantes. aut odorem fumi ꝓferentes. aut horrendas ſcintillas ab oculis emittētes. De horrore vero auaricie pōt dici illud Abacuc.j. vbi dn̄s dicit ſic cōminatiue loquēdo. Suſcitabo inquit chaldeos gentem amarā ⁊ velocem. ambulantē ſuꝑ multitudinem terre. vt poſſideat tabernacula nō ſua. horribilis ⁊ terribilis ē ex ſemetip̄a. Iſte eſt igit̄ horror q̄ concipit̄ ex vili peccatore. Tercio dico ꝙ inuenit̄ q̄daꝫ horror qui ꝯcipit̄ ex mūdo deſertore ſeu deceptore. quia.ſ. mūdus bene cōſideratus nihil aliud ē q̄ꝫ quoddā deſertū horribile ⁊ vitandū p̄s. Inuenit eū in terra deſerta. in loco horroris ⁊ vaſte ſolitudinis. Quarto dico. ꝙ concipitur ex hoſte temptatore.ſ. ex diabolo. qꝛ procerto demones dici pn̄t horribiles ⁊ ſtupendi. Vn̄ de peccatoribus ⁊ demonibus ip̄os opprimentibus dr̄ Iob.xx. Vadēt ⁊ venient ſuꝑ eos horribiles. Quinto vero dico. ꝙ ē horror q̄ cōcipitur ex graui cōbuſtore. id ē ex penis infernalibus. qꝛ ſcꝫ in inferno ē terror horror ⁊ error. De terrore dr̄ Sap̄.v.ꝙ videntes turbabūtur terrore horribili. Et Sap̄.xvij. Pauentes horrende. ⁊ ꝑturbatione nimia perturbati. de horrore dr̄ Iob.x. Qꝛ infernus eſt terra miſerie ⁊ tenebrarum. vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo ſed ſempiternꝰ horror inhabitat. De errore vero dr̄ Exod.x.ꝙ tenebre horribiles facte ſunt in vniuerſa terra egypti. ita ꝙ tribus diebꝰ nemo vidit fratrem ſuū ⁊c. Sufficit.

Horrere vide ſupra vbi contemnere vbi fugere ſimiliter in alijs titulis.

Hoſpes. Hoſpitalitas. Hoſpitiū. Nota ꝙ hoſpitalitas eſt illa liberalitas qua q̄s ꝑegrinos ⁊ extraneos ſolet hoſpitio recipe et eis neceſſaria miniſtrare. Hoſpes vero nō ſolum eſt ille qui recipit. immo etiam ille qui recipit̄. qꝛ iuxta ſniam grāmaticoꝝ vbi. Hoſpes qui recipit ⁊ quiſqꝫ receptus habet̄. Sic eſt qui nutrit ⁊ qui nutritur alūnus. Accipiatur igitur hoſpes ſiue actiue ſiue paſſiue notabo ꝙ in ſcriptura inuenit̄ hoſpes.

Magnus ⁊ admirabilis.
Malus ⁊ deteſtabilis.
Vagus et ſemꝑ mobilis.
Iuſtus ⁊ miſerabilis.

Primus hoſpes eſt xp̄us qui debet percipi. Secūdꝰ hoſpes eſt diabolus qui debet excipi. Tercꝰ hoſpes eſt homo vanus q̄ debet corripi. Quartus hoſpes eſt egenus qui debet recipi. Primo igitur dico. ꝙ xp̄us eſt hoſpes mentaliter recipiēdus. Ipſe em̄ ē hoſpes honeſtatis ⁊ autoritatis immenſe. ⁊ ideo hoſpitiū latum mūdum. tutum ⁊ quietum requirit. quia videlicet cū iſte de corde humano faciat hoſpitium ſuum. neceſſe eſt ꝙ iſtud.

Per innocētiam ſit purum.
Per charitatem ſit latum.
Per trāq̄llitatē ſit quietum.
Per fidē et ꝯſtātiā ſit val

de firmū. In tali autē hoſpitio vult xp̄us hoſpitari. ⁊ ibidē humiliter honorari. ⁊ cum ſuis fidelibus recreari. Vn̄ ip̄e ē qui regratiando dicit Math.xxv. Hoſpes erā ⁊ recepiſtis me. nudus eram. in carcere eram ⁊c. Et merito recepiſtis. qꝛ iſte illos q̄ eū honorabiliter hoſpitāt ſolet ditare ⁊ gratijs ⁊ virtutibꝰ impinguare. Sicut ad lr̄am faciūt nobiles liberales. q̄ illis apud quos hoſpitant̄ ſolēt qn̄qꝫ plura apportare q̄ꝫ hij expendere. ⁊ plꝰ tribuere quā auferre. Ad qd̄ facit narratio quā facit Ouid. de pauꝑculis cōiugibꝰ pilemone ⁊ baucide. li.viij. Fabula ſeptima. q̄ iouē ⁊ mercuriū ab alijs refutatos hoſpitio receperūt. q̄ eos liberauerūt ⁊ alios ſubmerſerūt. ⁊ de eorū domo templū fecerūt. vbi ip̄os in ſacerdotium ꝓmouerūt. Et finaliter pylemonē in fruticem ⁊ baucidē in tiliam liam mutauerūt. In quo notat̄ ꝙ illi qui in domo cordis ſui volūt iouē ⁊ mercuriū.i. xp̄m ⁊ ſāctos hoſpitio recipe. ip̄i ſolent bona ſp̄ualia eoꝝ ſic illos hoſpitio recipientium multiplicare. ⁊ a cūctis eos ꝑiculis liberare. ⁊ ip̄oꝝ corda in templum domicilij conſecrate ⁊ eos ꝑ deuotionem ſacerdotes facere. ⁊ finaliter in arbores. id ē in immortales ⁊ durabiles commutare. Tales igit̄ hoſpites in corde debent deuote recipi. ꝑ quos tot bona pn̄t ꝑcipi. Figura Geñ.xix. vbi dr̄.ꝙ angelus quē loth recepit hoſpitio ip̄m liberauit a ſubuerſione ⁊ incendio. Vn̄ de nūcijs cornelij ab angelo miſſis dr̄ Act.x.ꝙ Petrus introducens eos recepit hoſpitio. Patet igit̄ ꝙ xp̄s eſt mentaliter ꝑcipiēdus

Secūdo dico. ꝙ diabolus ē hoſpes viriliter reijciēdus. Hoſtes em̄ ſub figura hoſpituꝫ qn̄qꝫ ciuitates ⁊ hoſpitia ſubintrant. ſ; cū introducti fuerint ⁊ recepti omnia iugulant ⁊ deuaſtant. Sic iſte falſus hoſpes diabolus hoſpitium cordis ſub figura boni qn̄qꝫ ſolet intrare. ⁊ in corde ſꝰ aliquo bono colore aliquā malam complacentiā generare. Sed ſtatim cū ibi fuerit cuncta bona ſolet rapere ⁊ auferre. ignē concupiſcentiaꝝ accendere ⁊ oīa deſolare. Similis illi auicule que ſcalpendo intrat ventrem crocodilli q̄ cum intrauerit omnia viſcera eius lacerat. ⁊ ſic pariter facit diabolus. qd̄ pōt applicari contra falſos ypocritas. cōtra etiam ꝓditores. etiam cōtra falſos cōſanguineos ac amicos. q̄ ſub ſpecie boni intrant. et poſtq̄ꝫ introducti fuerint omnia diripiūt et moleſtant. Patet de ypocritis q̄ ſꝰ ſpecie ſanctitatis intrant eccl̄as. occupant p̄laturas. cum autē ibi fuerint. hoſtes nō hoſpites ſe declarant. Item de ꝓditoribus q̄ ſub ſpecie ſocietatis intrant alioꝝ cōſortia. vt ſecreta ſcrutētur. et poſtea nocumēta machinētur. Itē Item etiā de malis amicis et conſanguineis: q̄ ſub ſpecie cōſanguinitatis hoſpitia dominaꝝ ſolent intrare. vbi cum recepti fuerint cūcta nitūtur cū luxuria maculare. Quod etiam de falſis religioſis multotiens eſt compertū. Et ido tales mali hoſpites figurari pn̄t in illo principe tributorū antyochi q̄ loquēs verba pacifica in dolo receptus eſt in hierlm. ſ; ſtatim vbi ſe receptū vidit. ciuitatē occupauit et ſpoliauit. ip̄am ſuccēdit. et muros eiꝰ diſſipauit. ſicut ponitur.j. Mach.j. Sic vere diabolus in cor humanū ⁊ ypocrita in eccleſie vel p̄lature domū. et ꝓditor iniq̄tās cōſcientie archanū. et luxurioſus ſub ſpecie pacis et amici introeūt. ſ; cū intrauerint oīa bona inde rapiunt. et q̄dē dyabolus ꝑ ſuggeſtionē. ypocrita per exactionē. ꝓditor ꝑ rapinā. luxurioſus ꝑ ꝯcupiam. vniuerſa ſuccendūt: muroſqꝫ oīs diſcipline ſꝰuertūt. De tali igit̄ fraudulente hoſpite dr̄ Eccli.xxix.c. Vbi hoſpitat̄ non fiducialiter aget. hoſpitabit̄ ⁊ paſcet. ⁊ potabit ⁊c. Sed nota ꝙ diabolus non ſolū ē fraudulentus hoſpes accipiēdo hoſpiteꝫ paſſiue. imo etiā accipit̄ qn̄qꝫ actiue. Quia reuera iſte eſt ſicut hoſpes ſeu ſtabularius q̄ hoſpites gratanter recipit. ſ; tandem receptos ſpoliat ⁊ occidit. Siles illi hoſpitiſſe ſeu ſtabularie de qua loquit̄ Aug. li. de ciui. dei. Que hoſpites ſuos mutabat in aſinos. Vel illi circe filie ſolis. q̄ oēs ad ſuū hoſpitiū declinantes ꝯtinue mutabat in porcos ⁊ diuerſas beſtias. Sicut de ſocijs vlixis ponit Ouidi. in reditu de excidio troiano. lib.xiiij. fabula.v. Similes etiam illi gigāti q̄ vocabat̄ Cercion qui hoſpites grate recipiebat. ⁊ ꝓ pedibus lauandis ſuꝑ arbores quas violenter compliceuerat ſedere faciebat inter quas compreſſi ⁊ vincti exanimabātur. ⁊ poſt per eum in mare proijciebantur. Ouidius lib. vij. fabula.xiiij. Quia procerto diabolus ⁊ heretici. ⁊ etiam mali p̄lati ſolent illos qui ad ſua hoſpitia veniūt blande attrahendo decipere. ſ; tandem ſolent eos deſtruere et grauare. Diabolus em̄ peccatores ad ſuū hoſpitiū. id eſt ad mūdanū ſtatum benigne recipit. ita ꝙ pleroſqꝫ ſuꝑ arborem. id eſt ſuper ambitionem dignitatum p̄ficit ⁊ diſponit plures. tn̄ porcos ꝑ delicias efficit. ⁊ alios in aſinos laborioſos ꝑ auariciā cōmutat ⁊ vertit. ſ; procerto finaliter oēs deſtruit ⁊ occidit. ⁊ in mare.i. in inferni amaritudineꝫ ꝓijcit ⁊ ſꝰuertit. Qd̄ etiā heretici faciūt. qꝛ.ſ. ſimplices ⁊ illitteratos blande attrahūt. quos tandem deſtruūt ⁊ corrūpunt. Et hoc etiā mali p̄lati ſolent facere. qꝛ omnes ſubditos ſuos ſolent ſuis malis exemplis corrumpere ⁊ in porcos ⁊ in aſinos.i. in luxurioſos ⁊ auaros mutare. De tali igit̄ hoſpitalitate. imo certe in hoſpitalitate pōt dici illud Sap̄.xix. Etem̄ inq̄t deteſtabilē hoſpitalitatē inſtituerunt. Alij q̄dē ignotos nō recipiebāt aduenas. Alij bonos hoſpites in ſeruitutē redigebāt. Iſta ē igit̄ peſſima hoſpitalitas tā paſſiua q̄ꝫ actiua. Et ſic bene oſtēſum eſt ꝙ diabolꝰ ē hoſpes viriliť reijciēdus. Tercio dico. ꝙ peccator eſt

hoſpes verbaliter exaſperandus. Hoſpes eñ eſt ille qui ꝑ
alia vagaᷣ hoſpitia non ꝑ ſua. Et ideo mundani hoſpites
dicuntur. q̄ꝛ. ſ. ſicut quidam ſunt qui rariſſime penes ſe. ſe
piſſime aũt penes alios hoſpitanᷣ ſicut hodie faciũt mul-
ti milites ⁊ barones. qui ſicut archipꝛ̄ſbyteri vadũt penes
alios continue deuaſtando. Sic loquẽdo ſpũaliter. Mũ-
dani in nullo ſunt ſtabiles neq̃ꝫ firmi. nec in hoſpitio pro-
prio. ſ. in fide vel in gratia. vel etiã per ſpem in celeſti pria
ſunt fixi. ſꝫ in mũdi hoſpitio circa diuitias ⁊ eminẽtias cir-
cũcurunt vagabũdi. Vñ Eccli. xxix. Tranſi hoſpes. orna
menſam ⁊c̄. Exemplo theſei de quo narrat Ouidiꝰ. Qꝛ re
diens a vellere aureo conq̄rendo a p̄re ſuo rege athenien
ſiũ non fuit cognitus. ſꝫ prima fronte repulſus. Vñ iſti eti
am ſunt qui in alienis hoſpitijs tamdiu ꝑ affectioneꝫ mo
ranᷣ. ꝙ reuera timenduꝫ eſt ꝙ qñ ad ſuũ ꝓpriũ reuenient
hoſpitiũ. ſ. ad paradiſum a p̄re ⁊ fratribus. i. a xp̄o ⁊ ange
lis minime cognoſcẽtur. Judi. xix. Sedebãt in platea ciui
tatis. ⁊ nullus eos recipe volebat hoſpitio. Iſti igitur ca-
ueãt ne eos oporteat ad malũ hoſpitiũ ⁊ ad hoſpites ma-
los. ſ. ad infernũ diuertere. vbi q̄ hoſpitanᷣ nũq̃ꝫ p̄nt dece
tero reuenire. Taliũ igiᷣ vagoꝝ hoſpitiũ in terra vagatio
rep̄hendiᷣ. Sap̄. v. vbi dr̄. ꝙ ſpes impij tanq̃ꝫ lanugo que
a vento tolliᷣ. ⁊ tanq̃ꝫ ſpuma gracilis q̄ a vento diſpergiᷣ
⁊ tanq̃ꝫ fumus q̄ a vento diffuſus ē. ⁊ tanq̃ꝫ memoria ho-
ſpitis vnius diei p̄tereũtis. Hic eſt igiᷣ verbaliter exaſpe-
randus ſeu corrigendus. Actu. xvij. Athenienſes ⁊ adue-
ne hoſpites ad nihil aliud vacabãt niſi aut dicere aut au-
dire aliquid noui. Sed reuera tales hoſpites non ſunt iu
ſti. q̄ꝛ ip̄i non ſunt ciues ⁊ domeſtici paradiſi. Vñ ephe. ij.
Fratres non eſtis hoſpites ⁊ aduene. ſꝫ eſtis ciues ſancto
rum ⁊ domeſtici dei ⁊c̄. Hic eſt igiᷣ hoſpes corrigendus ⁊
exaſperandus. Quarto vͦo dico. ꝙ iuſtus ſeu egenus ē
hoſpes realiter recipiendus ſeu refocillandus. Oẽs eñ
iuſti ſpũaliter dicũtur hoſpites. q̄ꝛ cum in hoc mundo ma
nentẽ nõ habeant ciuitatẽ. neq̄unt ꝓprie dici ciues. Heb̄.
xj. Peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſuper terrã. Iſti eñ ꝑegrini
ſunt in hoc mũdo. q̄ꝛ iſtoꝝ hoſpitiũ ē in celo. Vñ deno-
ta ꝙ mũdus eſt hoſpitiũ in quo cũcti naſcũtur. omnes bo
ni ⁊ mali cõueniunt ibi ſicut in hoſpitali cõmuni. In iſto
eñ hoſpitio ꝑ natiuitatẽ intramus. ⁊ inde ꝑ mortẽ eximꝰ
Judi. xix. Ingreſſus ē homo hoſpitiũ meũ. Item eccle
ſia vel religio ē hoſpitium in quo iuſti verſanᷣ vel in quo
cuncti ſaluãtur. q̄ꝛ. ſ. in hoſpitio eccl̄ie ꝑ fidem. gr̄am ⁊ pe-
nitentiã eſt ꝓprie vera ſalus. In tali igiᷣ hoſpitio moraba
tur Petrus. de quo dr̄ Actu. x. ꝙ hic hoſpitabaᷣ apud ſy-
monẽ coriariũ ſup mare. Mare eñ amaritudinem peni-
tẽtie ſignat. Item infernꝰ ē hoſpitiũ in quo mali ligã-
tur ſeu incarceranᷣ. Iſtud ē hoſpitiũ ceraſtũ q̄ oẽs hoſpi
tes ſuos dijs ſuis immolabãt ꝓpter quã crudelitatem ſc̄m
fabulas ip̄os mutauerũt in thauros. Ouid̄. li. x. fabula. vj
Sic vere maligni ſpũs illos quos in hoc ſuo hoſpitio reci
piũt viuificãt ⁊ occidũt. Et iō thauri. i. ſupbi et petuli dici
p̄nt. Vñ de damnatis dici p̄ot illud Judith. xiij. vbi dr̄. ꝙ
ſerui holofernis feſtinauerũt ad hoſpitia ſua ⁊ clauſit va-
gao oſtia cubiculi. Item p̄adiſus ē hoſpitiũ. in quo bea
ti letanᷣ. q̄ꝛ. ſ. ſicut opariȷ̄ q̄ tota die laborauerũt. ⁊ põdus
diei ⁊ eſtus ſuſtinuerũt. Viatores etiã q̄ tota die decurre-
rũt. ſolent qñ de ſero ad hoſpitiũ veniũt exultare ⁊ ibi epu
lari ⁊ gaudere. Sic iuſti q̄ in hoc mũdo ſunt curſores ⁊ la
boratores. in ſero mortis ad hoſpitiũ p̄adiſi veniunt. ⁊ ibi
paſcũtur ⁊ letãtur exultãt dormiũt ⁊ quieſcunt. Iſtud eñ
ē hoſpitiũ ſummẽ neceſſariũ. q̄ꝛ ꝓcerto illi qui extra iſtud
hoſpitiũ remanẽt. lupis ⁊ latronibꝰ. i. demonibꝰ ſubiacẽt.
Nos igiᷣ bñ poſſumꝰ dicere illud Judi. xix. Nulla re in-
digemꝰ niſi hoſpitio. Igiᷣ q̄ in hoc mũdo adhuc laborare
⁊ peregrinare noſcũtur. ⁊ q̄ ad iſtud hoſpitium ꝓperant ⁊
mouẽtur. hoſpites ꝓprie nominanᷣ. Juxta illud p̄dictum
Hebreos. xj. Peregrini ⁊ hoſpites ſunt ſup terraꝫ. In ce-
lo aũt erimus in ꝓprio hoſpitio. nõ in alieno. ita ꝙ tũc ꝓ-
prie non erimus hoſpites immo ciues. Ad qđ facit illud
p̄dictuꝫ. Fratres. iam nõ eſtis hoſpites ⁊ aduene ⁊c̄. Ad
qđ facit Aug. de verbis domini ca. xxxij. dicẽs. Ip̄e ē xp̄ia
nus qui ⁊ in domo ſua peregrinũ ſe eſſe noſcit. patria nr̄a
ſurſum eſt. ibi hoſpites nõ erimus. Iſtis igitur hoſpitibꝰ

⁊ omnibus alijs extra ꝓpriam domũ ex iuſta cauſa ꝑegri-
nantibus. ⁊ maxime paupibus ⁊ egenis domũ aut hoſpi-
tium nõ habentibus. ſꝫ ad celi hoſpitiũ anhelantibꝰ. debet
hoſpitalitas fieri. et omnis humana liberalitas impertiri.
Virtus eñ hoſpitalitatis ſumme deo ſolet placere. Et iō
ip̄am debent qui poſſunt libẽter et liberaliter exercere. In
archa eñ Noe ad animalia introducenda fuit oſtiũ. ſicuᷣ
dicitur Geñ. vj. et tabernaculum federis a parte orientis
fuit aptũ. ſicut dr̄ Exod̄. xxvij. In q̄ notaᷣ ꝙ oſtia nr̄a de-
bẽt ſꝑ eſſe apta bonis et honeſtis hoſpitibꝰ. et maxime ꝑe
grinis et paupibus. vt dicamus illud iob. xxxj. Foris non
mãſit ꝑegrinus. oſtiũ meũ viatori patuit. Et ad hoc horta
mur ad Heb̄. xiij. vbi di. Hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Et
merito hoſpitalitas obliuiſci non dꝫ. q̄ꝛ ꝓcerto iſta facit.
Deo placere. Deo dico facit hoſpitalitas placere.
Opes augere. quia reuera quicq̄d ꝑ hoſpitalitateꝫ
Malũ arcere. fit pauperi: deus reputat factũ ſibi.
Celum habere. ſicut ip̄e dicit math̄. xxv. Hoſpes erã
⁊ collegiſtis me. Seq̄tur. Qñ te vidimꝰ hoſpitem et colle
gimus te ⁊c̄. Et r̄ndet. Amen dico vobis. qđ vni ex mini-
mis meis feciſtis. mihi feciſtis. Et ꝙ talis munificẽtia deo
placeat ſatis patet Gene. xix. Vbi angeli recepti hoſpitio
ſuos hoſpites ſaluauerũt. nõ ſolũ eñ angeli. immo etiam
xp̄s qñq̃ꝫ ſub figura hoſpitis latuit. vñ Aug. li. cõtra q̄nq̃ꝫ
hereſes dicit ſic. Diſcite xp̄iani nõ indiſcrete exhibere ho-
ſpitia. ne forte cui domũ clauſeritis ip̄e ſit xp̄s. Que tamẽ
omnia ſunt cõtra multos. Qui. ſ. aut recipiunt nullos aut
malos. Quia ꝓcerto multi ſunt qui bene faciũt hoſpitali-
tatem malis et nõ bonis. diuitibꝰ et nõ pauperibus. ſuper
bis et non humilibus. ſimiles mari mortuo quod nihil vi-
uum poteſt in ſe recipere nec immergere. omne vͦo mortu
um ſolet in ſe continue profundare. Sicut ponit Solinꝰ
⁊ magiſter in hyſtoria ſcholaſtica. Sic vere iſti libentiꝰ re-
cipiunt in hoſpitio mortuos q̄ꝫ viuos ſeculares q̄ꝫ religio
ſos. malos q̄ꝫ bonos. quia ſcilicet malos ſolent in ſuis ho
ſpitibus honorare. bonos autem aut refutare aut de eis
non curare. Talis igitur hoſpitalitas nõ placet. immo di-
ſplicet ip̄ſi deo. quia pro certo boni potiſſime ſunt recipiẽ-
di. ⁊ ad hoſpitium pre ceteris admittẽdi. De athlante eñ
rege Affrice legimus ꝙ in corde ſuo diſpoſuerat nunq̃ꝫ ſe
aliquem iouis filium hoſpitio recepturũ. Et hoc quia po-
ma aurea que hortus ip̄ius producebat ſe metuebat ꝑ io
uis filios amiſſurum in cuius vindictam Perſeus iouis
filius ab eo refutatus ip̄ſum mutauit in lapidem. ⁊ corpꝰ
eius giganteum transformauit in montem. Sicut poniᷣ
Ouidius de transformatis libro. iiij. fabula. xvij. Sic vere
multi ſunt magni ⁊ gigantei diuites. qui omnino abhomi
nantur filios iouis. id eſt religioſos bonos et clericos ho-
ſpitio recipere. ſemper timẽtes quia poma ſua aurea. id ē
vxores eorũ vel filias debent rapere vel fedare. Perſeus
igitur id ē xp̄s ab his in perſona talium refutatus finaliᷣ
tales punit. ⁊ eos lapidificat. id eſt in malo facit obſtinatꝰ
⁊ montes per ſuperbiaꝫ fieri patiᷣ ⁊ ꝑmittit. Non ſic igiᷣ
ſed exerceamus hoſpitalitatem que deo debeat placere. ⁊
nos deo faciat complacere. Juxta illud p̄dictum Hebre.
xiij. Hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci. Per hãc eñ placuerũᷣ
q̄dam angelis hoſpitio receptis. Et ſi vis potes notare
ꝙ ad hoc ꝙ hoſpitalitas deo placeat. neceſſe ē ꝙ ip̄ſa ſit.
Liberalis in inuitatione. Quia ꝓcerto boni hoſpites de
Hylaris in proſecutõne. bẽt feruenter hortari vt introe
Fidelis in defenſatione. ant. Decẽter affari vt remane-
ant. Fidẽter tutari vt nõ timeãt. Dico igiᷣ. ꝙ hoſpites
debẽt vt introeant ferueẽter hortari. ſeu diligenter ⁊ effica-
citer inuitari: Quod eſt contra illos qui ſup̄ficialiter ⁊ len
te ⁊ ſine oſtenſione interioris affectus inuitãt hoſpites ad
manẽdũ. ſꝫ boni non ſic. ſimiles illi Laban filio Batuelis.
Geñ. xxiiij. Qui inueniens ſeruũ abrae qui delonge vene-
rat dicebat ſic. Ingredere benedicte domini. cur foris ſtas
p̄paui locum ⁊ domum. Sequitur. Et introduxit euꝫ in
hoſpitium. Item dico. ꝙ hoſpites debent vt maneant
decenter et dulciter affari. quia. ſ. iocunda verba et vtilia.
nõ vana nec detractoria debemus hoſpitibus noſtris da-
re. j. Petri. iiij. Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratione. Et
merito. quia ſicut dicitur. ij. Corinthios. ix. Hylarem da-

torem diligit deus. Item debent hoſpites vt nō timeāt
fidenter tutari.q.ſ.exquo quis ad noſtrū venit hoſpitiuʒ
ipm̄ debemus tutari.defendere.⁊ ſicut noſ.pos defendere.
ꝓtegere ⁊ fouere. Sic faciebat ille Iudi.xix. q̄ dicebat il‐
lud de leuita hoſpitio recepto volens ipſum ab impudicis
defendere. Nolite inquit facere malū hoc.ingreſſus eſt hō
hoſpitiū meū.Si igiṫ hoſpitalitas talis fuerit. nō ē dubiū
ꝙ deo ⁊ angelis complacebit.Sic igiṫ dicam.ꝙ bona ho‐
ſpitalitas facit deo placere. Itē hoſpitalitas facit opes
augere.Quia reuera hoīes hoſpitales ſolēt p̄ ceteris abū
dare.⁊ tp̄aliū ſufficientia plus gaudere.Exemplo helye q̄
hoſpitatus a vidua ⁊ ipſius farinula recreatus fecit ꝙ ſuꝰ
filius fuit a mortuis ſuſcitatus. ⁊ ꝙ farina in ydria ⁊ oleū
in lechito multiplicata fuerūt.Et de heliſeo etiam legitur
ꝙ ſue hoſpite oleū multiplicauit.eiuſqꝫ filiū ſuſcitauit.Et
Et de xp̄o ꝙ Marthe cuius comederat panem reſuſcita‐
uit lazarum fratrem.ſicut hec omnia patent.iij.Reg.xvij.
iiij.Reg.iiij.Et Ioh.xj.In Ouidio etiaʒ legiṫ.ꝙ cū lato‐
na mater apollinis ⁊ dyane fugitiua ⁊ vagabūda propter
iram iunonis non inueniret in orbe qui eam auderet aut
vellet recipe hoſpitio nec vt apud ſe pareret ſuſtinere.tan
dem inſula delos que tūc tempis erat mobilis ⁊ errans er
ranti compatiens ipſam recepit.⁊ in ea apud ſe parturire
p̄miſit.ꝓpter quā humanitātē ipſa inſula virtute dee lato‐
ne de erranti ⁊ mobili.ſtabilis ⁊ imobilis facta fuit. Quia
ꝓcerto ipſa eſt veritas ꝙ illi qui helyā helyſeū ⁊ latonā et
xp̄m.i.bonos hoſpites ⁊ indigentes recipiūt hoſpitio.ꝓ‐
merenṫ ditari tempali ⁊ ſpūali bñficio. Nam deus taliuʒ
bona terrena ſolet multiplicare.⁊ ſi errantes ſeu mobiles
fuerint ⁊ vagantes.ipſos ſolet ſtabiles facere.⁊ cōtra mo‐
tū temptationū firmare. fratrem ⁊ filios mortuos.i. inte‐
riores affectus p̄ peccatuʒ mortuos ⁊ ſopitos ſolet in eis
viuificare.⁊ eos in bonis tp̄alibus ⁊ ſpūalibus ampliare.
Iuxta illud Lu.vj.Date ⁊ dabiṫ vobis. Quia ſicut diciṫ
Prouer.xj.Alij diuidūt ꝓp̄ria ⁊ ditiores ſunt.alij rapiunt
nō ſua ⁊ ſemꝑ in egeſtate ſunt. Bene igitur monet ap̄lus
Roma.xij.dicēs. Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōicantes. Ho‐
ſpitaliatem ſectantes.Hoſpitalitas igiṫ facit opes auge‐
re. Item hoſpitalitas facit malis carere .Conſtat enim
ꝙ boni hoſpites gratāter ⁊ honeſte recepti.ſunt ſepiſſime
ſuis receptoribus cauſa damni vitandi ⁊ etiā lucri captā‐
di.Exemplū de meretrire que quia recepit nūcios ioſue ⁊
eos fideliter ſaluauit ⁊ ſeruauit.ab eis tandē capta hieri‐
cho liberata fuit.ſicut patet ioſue.vj. Xp̄s etiā receptus a
Zacheo dixit Lu.xix.Hodie huic domui ſalus facta ē.Ex
emplū etiā de loth q̄ per angelos hoſpites a ſubuerſionis
periculo fuit ſaluatus.Geñ.xix.vñ Aug.cōtra quinqꝫ he‐
reſes dicit ſic.Obſecutus loth angelis tanq̄ꝫ pegrinis.pro
conſuetudine hoſpitalitatis liberatus eſt. ciuitatis tēpale
euaſit incendiū.eternā conſecutus ē premiū. Item ho‐
ſpitalitas facit celo gaudere.quia.ſ.iſta ē que procurat vi
tam eternā.Cōi eñ iure ſeruaṫ ꝙ qui aliquē extraneū ho‐
ſpitio recepit.ſi ab eo in ſuis ꝑtibꝰ recipiaṫ vicē receptam
ſibi reddit.ipſmqꝫ gaudens recipere cōſueuit.Sic vere illi
qui n ñc in hac pegrinatione xp̄m in perſona peregrinoꝝ
recipiunt.ab eo tandē poſt mortē in ſua patria.i. in alio ſe
culo cognoſcūtur.⁊ in celi hoſpitio receptanṫ. Mat.xxv.
Hoſpes eram ⁊ collegiſtis me. Sequiṫ. Uenite benedicti
patris mei.ꝑcipite paratū vobis regnū. Patet igitur ꝙ in
ſcriptura quadruplex hoſpitalitas repitur ⁊c.Uide vbi re
cipere ⁊ introducere.

Hoſtia. Uide vbi ſacrificium.Uel ſi vis dic brevi
ter.ꝙ hoſtia generaliṫ ſignat q̄cquid deo
porrigitur vel offertur. Dico igitur ꝙ deo offertur.

Hoſtia vitalis.
Hoſtia mentalis.
Hoſtia vocalis.
Hoſtia realis.
Hoſtia letalis.

Hoſtia dico vitalis.⁊ iſta ē xp̄us q̄
patri fuit oblatus.q̄ fuit hoſtia pa‐
cificoꝝ. qꝛ mors eiꝰ pacē inter deū
⁊ hoīes reformauit.Martyres eti‐
am ſancti hoſtie dici potuerunt qꝛ
deo imolati fuerūt.Deu.xij.Sanguinē hoſtiaꝝ fundes in
altari. Itē ē hoſtia mētalis ſeu ſpūal. Et iſta nihil aliud
ē quā bona cogitatio vel affectio.⁊ etiā bona actio ⁊ opa‐
tio.Iſta eñ oia ſunt ſpūales hoſtie q̄ deo ſunt acceptabi
les.iij.Reg.iij.Mille hoſtias in holocauſtū obtulit Salo
mon.j.Pe.ij.capi. Offerte ſpūales hoſtias acceptabiles.
Item eſt hoſtia vocalis.vñ in p̄s. Tibi ſacrificabo ho‐
ſtiā laudis. Itē ē hoſtia realis.vñ Eſa.xix.Cognoſcent
dñm egiptij ⁊ colēt eū in hoſtijs ⁊ muneribꝰ. vñ Heb.viij
Oīs pōtifex ad offerendū munera conſtituiṫ. Itē eſt ho‐
ſtia letalis et iſta ſignat malos q̄ de ſe faciunt hoſtiaʒ dia‐
bolo.Iudi.xvj.Philiſtijm obtuleruntṫ hoſtias dagon deo
ſuo.Uel mala opa q̄ a malis q̄tidie offerūṫ.ꝓuer.xxj.Ho
ſtia impioꝝ abbominabiles. Si vis potes applicare quō
pctōr ꝯuertendo ſe ad deū facit de ſe ipūalem hoſtiaʒ.Et
ideo ſicut hoſtia primo ad oſtium tabernaculi ad ſacerdo
tes adducebaṫ. manꝰ ſacerdotū eiꝰ capiti imponebatur.
ſanguis effundi iubebaṫ. pellis a toto corꝑe detrahebaṫ.
artus in fruſta ꝯcidebaṫ. oia tandē lauabāṫ. cūcta finaliṫ
cōcremabāṫ.ſicut ꝑ oia dṙ Leui.j.Sic ꝓculdubio talis ho
ſtia dʒ eſſe hō.Debet eñ ad ſacerdotes applicari ꝑ bono‐
rum hoīm cōſiliū et frequētationē. vñ Ecci.vj. In multi‐
tudine p̄ſbroꝝ prudentiū ſta et ſapiē eoꝝ ex corde cōiūge‐
re.Debet manꝰ eius capiti imponi ꝑ boni ꝯſilij collatōeʒ
et ꝑ diuine gr̄e implorationem.Quia ſicut dṙ Act.xix.de
paulo.Cū impoſuiſſet eis manꝰ venit ſpūſſanctꝰ ſuꝑ eos.
Debet ſanguis peccati defluere ꝑ oīs carnalitatis expiati
onem.Pellis oīs excuſationis debʒ extrahi ꝑ purā et mū
dam ꝯfeſſionē.vñ Iob.j.Pellem ꝓ pelle et cūcta q̄ habʒ
hō dabit ꝓ aia ſua. Debent artus eiꝰ in fruſta cōminui ꝑ
oīm actuū et circūſtantiū declarationē. Debet poſtmodū
dū totaliter lauari ꝑ oīs vane glorie abſterſionē.Eſa.j.La
uamini mūdi eſtote.auferte mala cogitationum vr̄aꝝ ⁊c.
Debet tandē ignis oia cremare ꝑ penā dolorē et ſatiſfacti
onem.ſicut eñ dr̄ Heb.ix.Sanguis hircoꝝ et vituloꝝ.et
cinis vitule aſꝑſus inquinatas ſanctificat ad emūdatōeʒ.
Sic igiṫ peccator poterit deo offerri.et eius ſacrificium et
hoſtia ſpūaliter ordinari.vñ Ro.xij. Exhibeatis membra
veſtra deo hoſtiā viuentem.ſanctā.deo placentē. rōnabi‐
le obſequiū veſtrū:et nolite cōformari huic ſeculo ſ3 refor‐
mami in nouitate ſenſus vr̄i ⁊c. Uide infra vbi ſacrificiū.
Et vide in tabula de eucharīſtia et vbi de pane.

Hoſtis Nota ꝙ hoſtis pōt ſumi in bono et in ma
lo.Bonus eñ hoſtis ē ille q̄ ſe opponit et
hoſtem ⁊ rebellē oñdit malis hoībꝰ ꝑ iuſticiā. mūdo ⁊ vi
cijs per pn̄iam.hereticis ꝑ fidem et ſapiam.demonijs per
innocentiam.oñibus eñ talibus inimicis debemus nos
hoſtes oſtendere.⁊ eos totis viribus impugnare ⁊ ditio
ni noſtre hoſtiliter ſbiugare.vt de tali bona hoſtilitate di‐
catur illud quod dictum eſt filijs iſrael. Numeri.xxv.Ho
ſtes vos ſentiant madianite. Sed de tali hoſtilitate nihil
amplius ad p̄ſens cū vocales auctoritates deſint. Ma
lus enim hoſtis eſt ille qui alium ſine cauſa vel ob malam
cauſam perſequitur.ipſumqꝫ hoſtiliter odit ⁊ contra eum
machinatur.⁊ ſic dico ꝙ in ſcriptura reperiuntur.
Hoſtes nr̄i q̄ ſunt tp̄ales. Hoſtes iuſti qui ſunt ſpūales.
Hoſtes dei q̄ ſunt criminales. Hoſtes tp̄ales debemꝰ pla
care facto vl' loq̄la. Hoſtes ſpūales debemꝰ plicare vigo
ris tutela.Hoſtes criminales debemus vitare debita cau
tela. Primo igiṫ dico.ꝙ ſunt hoſtes placādi dulciṫ. Et
iſti ſunt hoſtes nr̄i tp̄ales.q̄s.ſ. nos ꝓ viribꝰ debemꝰ no‐
bis placare ⁊ recōciliare.⁊ ad pacem ⁊ cōcordiaʒ reuoca‐
re.Et ſi a nobis victi vel ſuꝑati fuerint ipſos debemus be‐
nigniter tractare ⁊ petentibus veniam dulciter indulgere
vnde Criſoſto.viij.lib.de compunctione cordis ſuꝑ mat.
vj.dicit ſic.Qualem vis erga te deū eſſe.talem te debes ex
ga hoſtes tuos exhibere.Ad quod facit Iſido.iij.de ſum.
bo.dicens.ꝙ fruſtra ꝓpiciari ſibi deū querit.qui delinquē‐
ti ꝓximo non placaṫ.Et nihil ē tam contrariuʒ in natura
quin poſſit ad cōcordiā reduci.ſicut patet de igne ⁊ aqua
que ſunt ꝯtrarijſſima elementa.q̄ tñ mediante forma cele
ſti in mixto corꝑe fiūt vnū.vtrūqꝫ eñ acieʒ ſui rigoris hebe‐
tat vt alteri conueniat ⁊ ſe iungat.Sic vere nullus debet
eſſe alteri ita rebellis vel hoſtis.q̄n mediāte forma celeſti.
id ē charitatis virtute ſibi eſſe debeat beniuolus atqꝫ mi‐
tis.⁊ q̄n omnē rigoreʒ odij taliter debeat tēꝑare ꝙ poſſinṫ
inuicem ꝯuenire. Igiṫ rancorē animi dimittamus. ⁊ oēs
hoſtiles actꝰ deponamꝰ.⁊ nr̄is hoſtibꝰ idulgētes ipſis nos
cordialiṫ vniamꝰ.ſicut.n. dicit Petrꝰ Rauen. in ſmone.

Dimittendo alteri tibi parcis. Et Seneca de moꝛū dicit. ꝙ magnarum virū eſt contemnere ledentē. Quod ē contra illos qui nūꝗ̄ volunt hoſtibus reconciliari. immo ſine pietate quacunqꝫ volūt de eis vindicari. ſimiles populis ſcbytie ꝗ poſtꝗ̄ hoſtes ſuos occiderint. nō contenti tamē hac crudelitate. ſ; etiam ſolent ſanguinē eoꝝ bibere. ⁊ cuꝫ cratere capitis in memoriā ꝑpetue vindicte ꝗ̄diu viuunt potū ſumere. vt dicit Plinꝰ. Quia vere multi ſunt ita crudeles ꝙ nō ſolū hoſtes ſuos ad interemptionē ꝓſternunt immo etiā eoꝝ ſanguinē. i. eoꝝ cōſanguineos ānihilare ⁊ exhaurire volūt. ⁊ poſt moꝛtē in eoꝝ capitibus. i. capitalibus ꝑdis potum ſumūt. Vñ Heſter. ix. Iudeis interfectō parabaꝶ. ⁊ hoſtes eoꝝ inhiabāt ſanguini. Non ſic chariſſimi hoſtibꝰ nr̄is inſidiemur. ſ; faciliter indulgentes ipſos nobis recōciliare curemus. Ad qđ facit documētū Senece in ꝓuer. vbi dicit. Optimū ē ſemꝑ ignoſcere tanꝗ̄ ſi tu ipē ꝗ̄tidie pecces. Seqꝛ. Alteri ſepe ignoſcito. tibi nunꝗ̄. Dico igiꝶ ꝙ ſunt ꝗdā hoſtes dulciꝶ placādi. Scđo dico ꝙ ſunt ꝗdā hoſtes foꝛtiꝶ ꝑlicādi. i. īpugnādi ⁊ ſuꝑandi Et iſti ſūt hoſtes aie. ꝗ. ſ. i triplici dr̄ia ſolēt eē: qꝛ. ſ. aia hꝫ.

Hoſtem ſuperbum qui allicit ad eminentiā. — Et de iſtꝭ
Hoſtem auarū qui allicit ad opulentiā. — tribꝰ ho-
Hoſtem infectū qui allicit ad immūdiciā. — ſtibꝰ. Pri

mus eſt diabolus ꝗ in alta animos eleuat. Secundus eſt. mūdus ꝗ in yma aīos degrauat. Tercꝰ ē ꝓpꝛiū coꝛpꝰ qđ ad feda aīos depꝛauat. Sic igiꝶ dico. ꝙ īuenitꝶ vnꝰ hoſtis.

Potens ⁊ callidus. — Et iſti tres hoſtes videnꝶ eſſe ſi-
Ardens ⁊ auidus. — miles tribus generibus aquilaꝝ
Fetens ⁊ foꝛdidus. — ꝗ ſunt auibus innocentibus ini-

mice. Nam vt dicit mgr̄ de ꝓpꝛietatibus allegās Pli. Alique ſunt aquile ꝗ venanꝶ in aere. Aliꝗ in terra. Alique in aqua. Sic reuera de noſtris ſpūalibus hoſtibꝰ. Aliꝗ ſunt aerei. i. demōes ⁊ mūdane eminētie. Aliꝗ ſunt terrei. Iſti ſunt mūdus ⁊ mūdi opes ⁊ diuitie. Aliꝗ aquei. Iſti ſunt caro ⁊ carnis luxus ⁊ delicie. Iſti enim ſunt tres hoſtes qui nō impugnant ⁊ qui ꝑ multa vicia nos debellāt. Iſti aūt tres hoſtes potuerūt figurari in illis tribꝰ hoſtilibꝰ nocumentis. de ꝗbus fit mentio. j. Paralip. xxj. vbi diciꝶ ſic. Vnū de tribus tibi elige. aut per tres menſes fugere te hoſtes tuos. ⁊ gladiū eoꝝ non poſſe euadere. aut tribꝰ annis peſtilentiā. aut tribus diebus gladiū domini et moꝛtē verſari in terra tua. et angelū dn̄i percutientē in vniuerſis filijs iſrael. Angelus em̄ ꝑcutiens ē diabolus qui ſuperbie moꝛte nos ꝑcutit. Hoſtis ꝑſequēs eſt iſte mūdus qui auaricie face nos ſuccendit. Peſtilentia bona coꝛrūpens ē ꝓpꝛia caro que luxurie nos fece confundit. Primus hoſtis ſcꝫ diabolus ferit in tympoꝛe. i. in capite. quia. ſ. ſuꝑbia eſt illud viciū qđ ſūme facit hoīem fantaſiari ⁊ vana ⁊ inutilia ymaginari. Vnde Treñ. j. Facti ſunt hoſtes eius in capite. Secūdus hoſtis. ſ. mūdus ferit in pectoꝛe. qꝛ. ſ. auaricia eſt illud quod pectus et coꝛ facit inflamari et ad bona tempoꝛalia dilatari. ij. Parali. xxxvj. Incenderūt hoſtes domū domini. Tercius hoſtis. ſ. caro ferit i iecoꝛe ſeu in femoꝛe. quia. ſ. luxuria facit illas partes pꝛincipaliter inꝗnari. Vnde Heſter. ix. Hoſtes eoꝛum inhiabant ſanguini. Et bꝛeuiter ego poſſum concludere ꝙ tales hoſtes nō faciliter ſuppeditantur niſi dei auxilia nos defendant. Dicamus igitur deo et ſanctis illud Iob. vj. De ſubſtantia veſtra donate mihi. de manu hoſtis liberate me: et de manu robuſtoꝝ eruite me. Patet igitur ꝙ ſunt quidam foꝛtiter ꝑlicandi ſeu viriliter impugnandi. Ioſue. xxiij. Vnus ex vobis hoſtium perſequetur decem milia. Quod tamen eſt contra multos. qui. ſ. ita ſunt imbecilles ꝙ hoſtibus nūꝗ̄ foꝛtiter reſiſtunt. immo ad pꝛimos inſultus deficiūt ⁊ ſuccumbūt. Cum tamen iſti hoſtes ita debiles ſint ꝙ voluntarios ſolos vincunt. debilis eſt enim hoſtis qui non poteſt vincere niſi volentem. Vnde Ioſue. vij. dicitur. Domine deus quid dicam videns hieruſalem hoſtibus ſuis terga vertentem? Et Deutro. xxviij. Tradet te dominus coꝛruentem ante hoſtes tuos. Et reuera ſuꝑbia de victoꝛia habita. et inanis gloꝛia exinde concepta. vanaqꝫ ſecuritas ⁊ defectus diuini timoꝛis ꝓpꝛieqꝫ conſideratōnis ſunt quandoqꝫ cauſa ꝙ deus dimittit hominem quandoqꝫ coꝛruere ante hoſtes ſuos. et tandem multipliciter in peccata. vt. ſ. diſcat cognoſcere ſemetipſm̄. et virtute diuina nō ꝓpꝛia triūphaſſe. vñ Iudi. viij. Percuſſit caſtra hoſtiū ꝗ ſecuri erāt et nihil aduerſi ſuſpicabanꝶ. Iſti igiꝶ ſunt hoſtes foꝛtiter ꝑlicandi. Tercio dico. ꝙ inueniūtur hoſtes prudēter vitandi. Et iſti generaliter ſunt oēs pctōꝛes qui. ſ. dei. ſanctorū. innocentiū aduerſarij ſunt et hoſtes. qꝛ reuera ſicut neceſſariū ē ꝙ homo vitet ſocietates hoſtiū tꝑaliū. et hoc ne foꝛte ꝑ eos capiaꝶ. Sic homo debet vitare ſocietates maloꝝ ne ipoꝝ malis erroꝛibus coꝛrūpaꝶ. Homo em̄ libēter ſolet vitare illos quos amici ſui odiūt. et illos qui ſuis pꝛincipalibus inimicis confederati ſunt. Cū igiꝶ mali ſint inimici dei et ſanctoꝝ qui ſunt amici noſtri ſpecialiſſimi: demonibꝰ confederati vidētur ꝗ ſunt hoſtes nr̄i crudeliſſimi reſtat ꝙ eoꝛum ſocietas eſt vitanda et ipoꝝ cōditio contēnenda. Et nota ſi vis ꝙ tales hoſtes. ſ. peccatoꝛes.

Indignando ſolent reſpicere. — Tales igitur ho-
Subſannādo ſolēt deſpicere. — ſtes ſunt idignā-
Diſſipando ſolent diripere. — tis aſpectꝰ. Iob
Inaniter ſolent ſe tollere. — xvj. Hoſtis meꝰ
Faciliter ſolent deficere. — terribilibꝰ oculis

me intuitus ē. Item ſunt ſubſannātis deſpectus. quia ſcꝫ tales non ceſſant ridere et ſubſannare facta bonoꝛum Treñ. j. Viderunt eam hoſtes et deriſerūt ſabbata eius. Item ſunt diſſipantis effectus. qꝛ. ſ. omnia bona alioꝝ nitūtur rapere et furari. Treñ. j. Manū ſuaꝫ miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia eius. Item ſunt ſuꝑbientis affectus. qꝛ iſti ſunt ꝗ volūt ſuꝑ alios honoꝛari et in honoꝛibus eleuari. Exemplū aman. de quo dꝛ Heſter. iij. Qꝛ rex exaltauit aman filiū amadathi. Sequitur. c. vij. Hoſtis et inimicus nr̄ peſſimus ē iſte aman. Item iſti ſunt coꝛruentis defectus qꝛ videlꝫ tales a ſtatu ꝓſperitatis ſolēt cadere. et tꝑaliter et eternaliꝶ deꝑire. vñ de caſu tꝑali taliū dꝛ Iſa. xj. Hoſtes iuda ꝑibūt. De caſu vo taliū eternali. et de punitōe. qua deꝰ puniet in inferno dꝛ Eſa. j. Heu cōſolaboꝛ ſuꝑ hoſtibus meis. et vindicaboꝛ ſuꝑ inimicis meis Et Hiere. xlviij. In deſcenſu oꝛonaim hoſtes vlulatū audierunt. i. in deſcenſu inferni. qꝛ. ſ. oꝛonaim interꝑtaꝶ foꝛamen triſticie. Sic igiꝶ patet ꝙ inueniūtur hoſtes quos debes vincere. Hoſtes quos debes flectere. Hoſtes quos debes fugere ⁊c̄. Sufficit vide de Amico.

Hoſtium Nota ꝙ oſtiū idem eſt qđ introitꝰ ſeu ingreſſus. ianua ſeu poꝛta. Et iō vide infra in dictis titulis. Et vide infra in lr̄a O. vbi ponūtur ꝯcoꝛdātie de Oſtia. Nō em̄ dꝫ ſcribi cū aſpiratione ⁊c̄.

Hc Nota ꝙ huc ſicut hic eſt aduerbium loci. ſignat enim illum locuꝫ vbi inuitans ꝑſonaliꝶ cōmoꝛaꝶ. ⁊ ad quē aliqs ꝑ aliū

b

iuitaꝶ. Scđm igiꝶ diuerſos inuitatoꝛes iuenire poſſumꝰ diuerſos huc. ⁊ ſic notabo ꝙ i ſcꝑtura iuenitꝶ.

Vnum huc quod eſt laboꝛis. — Pꝛimo igitur di-
Vnum huc qđ eſt valoꝛis. — co ꝙ ē vnum huc
Vnum huc qđ eſt honoꝛis. — qđ ſignat ſtatū la-
Vnum huc qđ eſt doloꝛis. — boꝛis. hoc ē mun-

danā peſtilentiā. Iſtud ē em̄ vnū huc ad qđ ſꝑ dyabolus nos inuitat. ⁊ hoc vt nos polluamꝰ ꝑ immundiciā. vt res acꝗramꝰ ꝑ auariciā. vt alios ledamꝰ ꝑ inſolentiā. Hic eſt enim locus infectionis ⁊ luxurie. Vnde de iſto huc dicitur Gene. xix. Educ viros huc vt cognoſcamus eos. Et Eſa. lvij. Accedite huc filij auguratricis. ſemen adultere ⁊ foꝛnicarie. Item huc eſt locus ambitionis ⁊ auaricie. Et iđo iſtud huc. id eſt ſitim auaricie iuſtus refutat. ⁊ ab eo ꝓ viribus ſe elongat. dicens cū ſamaritana xp̄o illud Ioh. iiij. Domine da mihi hanc aquā vt nō ſitiam iterum. ⁊ nō veniam huc haurire. q. d. Omnis aqua. i. oīs tꝑalis ſubſtātia que eſt huc. non eſt ſufficiēs ad ſitim auaricie temperādam. nec eſt facilis ad acquirendū ſeu hauriendū. Item iſte eſt locus ſeditionis ⁊ violentie. quia. ſ. illi qui huc. id ē in mundi officijs ⁊ ſtatibus ſe ingerunt. bonos libenter fatigant ⁊ offendūt. Vñ de Saulo Actu. ix. diciꝶ ſic. Et huc ad hoc venit vt vinctos duceret in hieruſalē. ſ. illos ꝗ nomen domini inuocabant. Iſte autē erat Saulus qui erat ſpirans minaꝝ ⁊ cedis in diſcipulos domini. Iſtud ē igiꝶ vnū huc qđ ſignat ſtatū laboꝛis hoc ē mūdanā peſtilētiā. Secūdo dico. ꝙ ē vnū huc quod ſignat ſtatum valoꝛis

hoc eſt gratiam & pñiam. Penitentia eñ ꝛ gratia religio ſeu eccleſia ſunt quedaꝫ huc ad que dominꝰ nos aduocat ꝛ ad veniendũ ꝛ accedendũ iſtud huc iugiter excitat ꝛ inuitat. Et merito. qꝛ pcerto iſtud huc eſt locꝰ ſeu ſtatꝰ Ubi

Probantur ꝛ examinatur celum poſſeſſuri. — Eſt ei iſtud huc locꝰ examinis ꝛ pbationis.
Docent ꝛ illuminant fidem pfeſſuri.
Sanant ꝛ emũdant culpas dimiſſuri.
Morant ꝛ ſpaciant iuſte conuicturi.

Ideo Iſaac dixit iacob Geñ. xxvij. Accede huc vt tangam te et probem. ſi es filius meus. Item eſt locus ſcientie ꝛ inſtructionis. qꝛ. ſ. ibi audit ꝛ diſcit verbũ dei. Joſue. iij. Accedite huc ꝛ audite verbũ dñi. Item ẽ locus ſalutis ꝛ curationis. quia. ſ. ibi poſſunt oẽs qui per vicia ſunt infirmi per penitentiam mũdari et curari. qꝛ. ſ. ibi curant illi qui ſunt lunatici p incõſtantiã. vñ de lunatico Mat. xvij. dixit xp̄s Afferte huc illum ad me. et exiuit ab illo demoniũ ꝛ curatus ẽ puer. Illi etiam q̄ ſunt debiles p ſimplicitatẽ et ignorantiam. Luc. xiiij. Exi cito in plateas et vicos ciuitatis. et quoſcũqꝫ inueneris debiles et pauperes. cecos et claudos introduc huc. Illi inſuper qui ſunt ſine auribus. i. qui audire et obedire dedignant per obſtinationem maliciam et inſolẽtiã. vñ de illo q̄ aurẽ pdiderat dixit xp̄s Lu. xxij. Sinite vſqꝫ huc. et cũ tetigiſſet auriculã eiꝰ ſanauit eũ. Iſtud ẽ igit huc. i. locus ſalutis et curationis. Item iſtud ẽ locꝰ more et hitationis. qꝛ. ſ. in iſto huc ꝯuerſant et morãt oẽs viri iuſti et boni et q̄cũqꝫ deo volũt eſſe ꝯfederati et ꝯiũcti dicẽtes illud. j. Reg. xiiij. Accedamus huc ad deũ. vñ. iiij. Reg. viij. dr. Uir dei venit huc. Sic igit patet qd̄ ẽ vnum huc qd̄ ſignat ſtatũ valoris. ſ. grãm ꝛ pñiam. Tercio dico. ꝙ ẽ vnũ huc qd̄ ſignat ſtatuꝫ honoris. hoc ẽ dignitatis eminentiã. Ad iſtud eñ huc. i. ad ſtatũ honoris ꝛ dignitatis inuitant boni ꝛ inde repudiantur mali. Boni dico ad iſtud huc diuina gratia deducũtur ꝛ ad dignitatis excellẽtiam ſublimant. vñ dauid ſuã regiã dignitatẽ admirãs dicebat dño. ij. Reg. vij. q̄ ẽ domus mea qꝛ adduxiſti me huc vſqꝫ? q. d. Non erã dignus tanto honore. Mali etiam ab iſto huc repudiant. Et ſic aduerte ꝙ tria genera pſonarũ repudiant inde vicꝫ. Carẽtes priuilegio libertatis. Illi. ſ. q̄ ſunt in ſeruitute peti. ij. Paralip. xxviij. Non introducetis huc captiuos. Item torpẽtes ſub contagio facultatis. Illi. ſ. q̄ amore honoꝝ terrenoꝝ ſunt inuoluti ꝛ oppreſſi. Figurati in moyſe calciato cui dr Exo. iij. Nõ appropias inq̄t huc. tolle calciamenta de pedibus tuis. Locus eñ in quo ſtas terra ſancta ẽ. q. d. Locꝰ ecciaſtice dignitatis ſanctus eſt. Et iõ nõ vult hr̄e hoies calciatos. i. terrenoꝝ affectibꝰ inuolutos. Item egentes pãnitegio honeſtatis. ſ. illi q̄ veſtibꝰ honeſte cõuerſatõnis carẽt. vñ illi q̄ nõ habebat veſtẽ nuptialẽ. ꝛ tñ ad nuptias regis intrauerat dr Mat. xxij. Amice quõ huc intraſti nõ habẽs veſtẽ nuptialeꝫ? Et ſeq̄tur. Oꝝ ligatis manibꝰ ꝛ pedibꝰ pijectus ẽ in tenebras exteriores. Quia reuera illi q̄ ſunt egẽtes honeſtatis amene pannitegio. Illi qui ſunt torpẽtes facultatis terrene ſb cõtagio. Illi q̄ ſunt carẽtes libertatis ſerene puilegio. Si ad iſtud huc. i. ſi ad dignitates eccleſiaſticas pſumũt accedere. digni ſũt tenebras exteriores ſentire ꝛ duplici morte perire. vñ breuiter talibꝰ indignis huc intrãtibꝰ ſe indigne ingerentibus. dici põt rep̄henſiue illud Judicũ. xviij. Quis te adduxit? q̄d hic agis? quã ob cãm huc venire voluiſti? Patet igit ꝙ vnũ ẽ huc qd̄ ſignat ſtatũ honoris. id ẽ dignitatis eminentiã. Quarto dico. ꝙ eſt vnũ huc qd̄ ſignat ſtatũ doloris hoc ẽ mortalẽ defluentiã. Mors eñ ẽ vnũ huc ad qd̄ oportet oẽs accedere. ꝛ in quo oportꝫ oẽs manere ꝛ pſiſtere. ꝛ vltra qd̄ nõ ẽ licitũ tranſire vel pcedere. vnde dñs loquẽs defluctuoſo mari. i. de vita dicit Job xxxviij. Circũdedi mare terminis meis. ꝛ poſui vecteꝫ ꝛ oſtia. ꝛ dixi huc uſqꝫ venies. ꝛ hic confringes tumẽtes fluctus tuos. Mors eñ ẽ vnũ huc qd̄ ẽ malis ad damnationem. bonis ṽo ad gaudiũ ꝛ ſaluationẽ ſeu vite eterne acq̄ſitionem. Unde Hiere. l. dicitur de iuſtis in tempe illo venient filij iſrael ꝛ filij iuda ſimul ambulantes ꝛ flentes pperabunt ꝛ dominũ deum ſuũ querent. in ſyon interrogabunt viam. huc facies eoꝝ venient. ꝛ apponent domino federe ſempiterno quod nulla obliuione delebit. Iſta ẽ eñ veritas ꝙ flendo oportet dominũ querere ſi viam in ſyon id eſt in celi ſpeculam volumus inuenire. ꝛ ſi huc volumꝰ nos deo coniungere ꝛ vnire. et federe perpetuo copulare. Sic igit patet ꝙ in ſcriptura inuenitur vnũ huc quod eſt doloris. vnum huc quod eſt honoris vnum huc quod eſt valoris. vnum huc quod eſt laboris. Hoc eſt dictu. ſtatus mortis qui eſt vltimus. ſtatus dignitatis qui ẽ maximus. ſtatus gratie ſeu meriti qui eſt optimus. ſtatus mũdi ſeu peccati qui eſt peſſimus ꝛc̄.

Humerus.

Cum humerus ſit pars corpis ſuſtinẽdis oneribus magis apta. ita ꝙ quicquid ponderis corpi ſupponit. per humeros faciliter ſuſtentatur. Dicã ꝙ moraliter ꝛ ſpũaliter loquẽdo. vel etiam in corpe morali virtuoſo ꝛ myſtico. vel etiam in corpore ciuili et politico. per humeros ſignificant illi q̄ ĩ corpore eccĩe militantis ſciũt ꝛ poſſunt ſuſtentare alios. ſicut ſunt prelati et viri perfecti. vel in corpe morali per humeros deſignant ille virtutes q̄ omnia mala tolerant ꝛ que ſine murmure cũcta portant. ſicut eſt virtus patiẽtie. cõſtantie. miſericordie ꝛ prudẽtie. Cõſtat eñ ꝙ iſte virtutes ſunt humeri ſpũales. quia. ſ. tempantia ꝛ prudentia ſunt humerus dexter q̄ equanimiter ſuſtinet pſpera. Patiẽtia ṽo ꝛ miſericordia ſunt humerus ſiniſter qui fortiter ſuſtinet aduerſa. Dicã igit ꝙ in ſcriptura inuenit Humerus.

Dei qui portat omnia. — Primo igitur dico. ꝙ inuenitur humerus dei q̄ portat oĩa Ad Hebre. j. Portans oĩa verbo ṽtutis ſue.
Juſti q̄ portat grauia.
Impij q̄ portat leuia.

Deꝰ eñ ẽ ſicut elephas q̄ ita fortes habet humeros ꝙ caſtrum ligneum ſuper ſe portat. Sic iſte non caſtrum ligneũ ſed ſtelleum. ſ. ip̄m celum ꝛ quicquid celi ambitu continetur portat. Deus enim habet duos humeros. ſ. humerum dextrum qui ſignat eius ptectionem ꝛ potentiam. Et humerum ſiniſtrum qui ſignat diſſimulationem eius ꝛ patientiam. Et ſic dicam ꝙ diuini humeri.

Mala ſupportant. — Mala dico ſupportãt. quia. ſ. iſti humeri ſuſtinuerũt crucẽ ꝛ etiaꝫ patienter diſſimulando ſuſtinent
Bonos trãſportãt.
Bona reportant.

quotidie cũcta mala. Iſa. xxij. Erit. ſ. eliachim quaſi pater habitantibꝰ hieruſalẽ ꝛ domui iuda. Et dabo clauem domus dauid ſup humerũ eius. ꝛ aperiet et nõ erit qui claudet. claudet et non erit qui aperiat. Clauis dauid ẽ crux. Bonos dico tranſportant. ſ. ad gloriam celi. ꝛ ad requieꝫ paradiſi. Similis aquile que ĩ humeris ſuis pullos ſuos ſurſum eleuat. et claritatem luminis illis monſtrat. Un̄ de Deutro. xxxij. Expandit alas ſuas et aſſumpſit eum atqꝫ portauit in humeris ſuis. Seq̄t. Cõſtituit eũ ſup excelſaꝫ terrã vt comederet fructus agroꝝ ꝛc̄. Bona inſup reportant. qꝛ. ſ. dignitas et excellentia. tranquillitas et complacentia inuenit in iſtis humeris. De dignitate eñ dr Iſa. ix. ꝙ factus ẽ principatus eius ſup humerũ eius. et vocabit deꝰ fortis ꝛc̄. De tranq̄llitate ṽo dr in perſona cuiuſlibet beati. Deutro. ca. xxxiij. Beniamin amãtiſſimꝰ dñi habitabit ꝯfidenter. in eo quaſi in thalamo demorabit. et inter hũeros illius requieſcet. Sic igit patet ꝙ inuenit hũerus dei. Secũdo dico. ꝙ inuenit humerus iuſti qui portat grauia. Hũerus eñ patiẽtiã ſignat qua mediante grauia et difficilia cũcta portat. Uñ de homine patiente dicit Geñ. xlix. Iſachar aſinus fortis accubãs inter terminos vidit requiem ꝙ eſſet bona: et terrã ꝙ eſſet optima. et ſuppoſuit hũeros ad portandũ. factuſqꝫ eſt tributis ſeruiens Et bene dixit aſinus qui. ſ. portat crucem ſuper humeros quia. ſ. omnis crux. i. omnis cruciatus debet a iuſtis in patientia tolerari. Et ſic nota ꝙ humeri patientie ꝛ temperãtie charitatis et clemẽtie debẽt portare ꝛ ſupportare.

Infirmitatem fraternam. — Portet igitur ab humeris noſtris infirmitas fraterna pie compatiendo. ſicut de illo qui ouem perdiderat.
Aduerſitatem externam.
Seueritatem ſupernam.
Auctoritatem paternam.
Sagacitatem internam.

Dico igiẗ ꝙ reſpon dendo ad q̄ſtionem Tu q̄s es? Ipē pōt ſe vocare debilitatꝫ ſuſtentatoꝛē. Et ideo ipē pōt dicere illud Gen̄. xlvj. Ego ſum foꝛtiſſim⁹ deus pa⸗tris tui. Item vo cat ſe obſcuritatꝫ il luſtratoꝛem. Un̄ ipē pōt dicere illud Jo⸗hānis. viij. Ego ſum lux mūdi. Et illud Joh. xij. Ego lux veni in mūduꝫ. Itē vocat ſe iniq̄tatis expiatoꝛē. Un̄ Eſa. xliij. Ego ſum qui de leo iniq̄tates ꝓpter me dicit dn̄s. Itē vocat ſe antiq̄tatꝫ renouatoꝛē. Unde Eſa. xliij. Ecce ego facio noua. Et xliiij. Ego ſum dn̄s faciens oīa. Itē ipē vocat ſe auctoꝛitatis impatoꝛē. Un̄ ipēmet dixit pylato. Tu dicis qꝛ rex ſū ego. Et Eſa. xliij. Ego ſū dn̄s ⁊ abſq; me nō eſt ſaluatoꝛ. Itē vocat ſe ſagacitatis p̄dicatoꝛem. Unde Eſa. lxiij. Ego q̄ lo quoꝛ iuſticiā ⁊ ꝓpugnatoꝛ ſum ad ſaluandū. Item vo⸗cat ſe fertilitatis ſatiatoꝛē. Un̄ ipſe dicit Joh. vj. Ego ſuꝫ panis vite. Itē vocat ſe ſecuritatis conſolatoꝛē. Un̄ ipē dixit Math. xiiij. Ego ſum: nolite timere. et Eſa. lj. Fugiet doloꝛ et gemit⁹ ego ipē qui cōſolaboꝛ vos. ⁊ Eſa. lxvj. Ego cōſolaboꝛ vos in hieruſalē cōſolabimini. Iteꝫ vocat ſe benignitatis gubernatoꝛē. Unde ipē dixit Joh. x. Ego ſuꝫ paſtoꝛ bonus ⁊ cognoſco oues meas. Itē vocat ſe fide⸗litatis amplexatoꝛē. Un̄ Joh. xij. Que ego loquoꝛ ſicut di xit mihi pater ſic loquoꝛ. q̄ſi dicat. Nolo loq̄ niſi qd̄ mihi datū eſt mihi a patre q̄ miſit me. qꝛ deſcendi de celo nō vt faciā volūtatē meā: ſꝫ volūtatē eius q̄ miſit me. Itē iſte ſe vocat aduerſitatis toleratoꝛē. vn̄ Act. ix. Quis es? Ego ſum ieſus nazaren⁹ quē tu pſequeris. Itē ipē ſe vocat humilitatis executoꝛē vel miniſtratoꝛē. Un̄ Luc. xxij. Ego aūt in medio veſtri ſum ſicut q̄ miniſtrat. Item vocat ſe moꝛtalitatis reparatoꝛeꝫ. Unde Johānis. xj. Ego ſum reſurrectio et vita. qui credit in me etiam ſi moꝛtuus fue⸗rit viuet. Et Johānis. xiiij. Ego ſū via veritas et vita. Ad ieſum igitur eſt recurrendū ⁊ ipſius auxilium deuotiſſime requirendum. quia ſcꝫ tot bona poteſt hominibus facere: et tantis beneficijs fragilitatem hominum ſuſtinere. quod tm̄ oſtenditur cum dicitur. Ego ſum. Actuū. ix. ſcilicet Je ſus nazaren⁹ quem tu pſequeris. Req̄ramus ergo ⁊ dili⸗gamus ipm̄ ſicut ſuſtentatoꝛē. Secūdo dico. ꝙ debem⁹ ipm̄ querere ⁊ diligere ſicut prouidū liberatoꝛeꝫ. quod ſcꝫ oſtenditur quādo diciẗ Jeſus. quia ſcꝫ ieſus interpꝛetaẗ ſaluatoꝛ. Saluare eīm nihil aliud eſt q̄ꝫ aliquē de periculo liberare. Et ideo canimus. Jeſu ſaluatoꝛ ſeculi. Et de eius nomine dicitur Luce. j. Et vocabis nomen eius ieſum. ipē eīm ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ. Et nota ꝙ iſte diciẗ ſaluatoꝛ ſeu liberatoꝛ. quia ſicut vincti ⁊ incarcerati: per virtutem ſaphyri ſm̄ Dyaſ. de vinculis liberantur. vt dicitur in lapidario. Hic lapis vt perhibent educit carcere vinctos. Sic iſte vinctos in mendicitate ⁊ ferro de inferno pꝛimitus liberauit et ſaluauit. Nūc etiam illos qui ſibi de⸗uoti ſunt de vinculis peccatoꝛuꝫ educit. Sed ſicut iſte la⸗pis non ſaluat nec liberat hominē: niſi mūdus fuerit atq; caſtus. Sic procerto nec ieſus ſaluat aliquos niſi illos qui vitā bonam duxerūt ⁊ mūdā. Et nota ꝙ iſte liberauit nos

Diſcoꝛdes ad concoꝛdiam reuocando.
Toꝛmenta pro hominibus tolerando.
Mirandaꝫ inter homines operando.

Iſte enim di ſcoꝛdes ad cō coꝛdiā reuoca uit. Fecit eīm vtraq; vnū. ſcꝫ ex populo iudeo ⁊ gētili vnā eccleſiā cōſtituit ⁊ etiā diſcoꝛdiā dei pr̄is ⁊ hoīm concoꝛda uit. Iſte eīm fuit ſicut adamas q̄ eſt lapis reconciliationis Unde de ipō diciẗ Joh. xx. Stetit ieſus in medio et dixit.

Pax vobis. Itē iſte tormēta pro hoībus tolerauit. Uñ iſte fuit aries abrahā per cuiꝰ mortē fuit yſaac liberatꝰ. q̄a ſcꝫ per mortē xp̄i fuit genus hūanū liberatū ⁊ ſaluatū. vñ Math. xxviij. Ieſum q̄ crucifixus ē queritis. It eꝫ iſte miranda inter hoīes demōſtrauit. Uñ Joh. vlti. Multa q̄dem ⁊ alia ſigna fecit ieſus. Et ideo ſicut elephas ſeq̄tur ſuū de fouea liberatorē. Sic nos debemꝰ diligere iſtū noſtrū redemptorē ⁊ ſaluatorē dicentes illud Joh. xij. Dñe volumꝰ ieſum videre. Iſte eñ nō ſolum liberat de fouea peccati. imo etiā iuuat exiſtentes in fouea inferni. Legitur eñ ꝙ q̄dam ſanctꝰ vidit in inferno quendā. q̄ erat totus i igne: ⁊ req̄ſitus quare caput ſuū nō patiebat̃: Reſpondit Quia inq̄t nomen ieſus cū digito in fronte ſcribere deuote ſolebaꝫ. Iſtū igit̃ diligamꝰ ſicut ꝓuidū liberatorē. Tercio diligamꝰ ⁊ queramꝰ eum ſicut floridū cōuerſatorem. qđ notat̃ cum dicit̃. Nazarenꝰ. qđ interp̄tat̃ floridꝰ. Iſte eñ habuit floridam cōuerſationē. i. mūdā. purā. placidam ⁊ honeſtā Math. xxj. Hic eſt ieſus ꝓpheta a nazareth galylee. Figuratus in nazareo ſicut dr̃ ſupra de abſtinentia. et applica de flore ad ꝑfectionē vł ad ꝯuerſatōeꝫ ſic̃ ſupra. Ideo de iſto dr̃ Joh. xix. Hic ē ieſus nazarenꝰ rex iudeorum. Et vide iſtam auctoritatē diuiſam ⁊ proſecutā in ſecūdo ſermōe. Prope eſt eſtas ⁊c̃. Patet igit̃. Iſtius ꝯuerſatio que fuit nobilis. Iſtius liberatio q̄ fuit vtilis. Iſtiꝰ ſuſtentatio q̄ fuit ſtabilis. Si aūt de ieſu vis magis aliquātulū dilatare. dic ꝙ illud nomē ieſus eſt nomen oīs perfectōis ⁊ ꝟtutis. In iſto eñ inuenit hō oīa neceſſaria ad ſalutē. Teſte eñ Bernardo ſup Cant̃. Nomen ieſus. q̄ꝫ carum. q̄ꝫ vtile. Si vtile inq̄t nō eſſet nō me lucraretur. Ieſus mel in ore. melos in aure. iubilus in corde. Iſta eſt eñ veritas ꝙ ſi nomen ad nominatuꝫ referimus. ⁊ ſtatus et conditiones Ieſu attēdimus: certe in ipſo ſex exempla vtilia reperimus. Ergo vide ieſum.

Naſcentē. ecce ſignū dulcoris.
Pendentē. ecce ſignū doloris.
Surgentē. ecce ſignū vigoris.
Scandentē. ecce ſignū honoris.
Solantē. ecce ſignū fauoris.
Tonantē. ecce ſignū rigoris.

In ieſu naſcente concipies humilitatē. In ieſu pendente ſeu moriente cōcipies aſperitateꝫ ſcꝫ penitētie. In ieſu ſurgente ⁊ de inferis redeūte concipies ſtrēuitatē. In ieſu aſcendēte ⁊ triūphante cōcipies felicitatē In ieſu ſolante ſeu dona ſpūſſācti tribuente cōcipies liberalitatē. In ieſu tonante vel iudicante cōcipies ſeueritatē. Iſta eñ ſunt ſex exempla que nos inuenimꝰ in ieſu. vicꝫ. Exemplū dulcoris ⁊ amicicie ⁊ hoc cū naſcit̃ humiliter. Exēplū doloris ⁊ penitētie. ⁊ hoc cū morit̃ flebiliter. Exēplū vigoris ⁊ ꝑmanentie. ⁊ hoc cuꝫ reſurgit viriliter. Exēplū honoris ⁊ excellētie. ⁊ hoc cū triūphat nobiliter. Exēplū fauoris ⁊ beniuolentie. ⁊ hoc cum conſolatur diſcipulos liberaliter. Exemplū rigoris atq̄ꝫ iuſticie. ⁊ hoc cum iudicabit terribiliter. Dico igit̃. ꝙ in ieſu naſcente nos inuenimꝰ exemplū dulcoris. Quid eñ dulcoroſius. Quid humiliꝰ. Quid benigniꝰ. q̄ꝫ ꝙ deus hō fieret. carnē ſumeret. paup viueret. nullū lederet. oībus ſubueniret. Sicut eñ dr̃ Joh. j. Uidit iohānes ieſum venientem ad ſe ⁊ ait. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mūdi. Agno eñ nihil manſuetiꝰ. humiliꝰ. ſeu dulcius. Unde ipſe eſt qui dixit Hiere. xj. Ego quaſi agnus māſuetus q̄ portatur ad victimā. Et bene agnus: in quo quicq̄d eſt totum eſt bonū ⁊ vtile. ſcꝫ pellis. lana. ⁊ caro. Quia procerto i ieſu nihil fuit niſi bonuꝫ: ⁊ niſi humano generi vtile ⁊ proficuū. ⁊ hoc nō ſolum in carne fluide cōpaſſiōis. aut in lana doctrine ⁊ eruditōis. imo etiā in pelle honeſte ꝯuerſatiōis Et ſic nōbis ꝙ ihs naſcēs fuit hoībus exemplū et ſignum.

Puritatis ⁊ innocentie.
Ueritatis ⁊ ſapientie.
Humilitatis ⁊ patiētie.
Debilitatis ⁊ impotentie.
Benignitatis ⁊ ſuſtinentie.

Fuit eñ ieſus innocētiſſimus ſine malicia. Et ideo dr̃ Luce. ij. Remanſit puer hieſus in hieruſalem. Ite fuit ieſus ſapientiſſimꝰ ſine ſtulticia. Unde Luce. ij. Ieſus aūt proficiebat ſapiētia ⁊ etate corā deo ⁊ hominibꝰ. Item fuit ieſus patiētiſſimꝰ ſine proteruia ſeu ſuperbia. Unde cū ſe poſſet defendere quādo voluerūt eū lapidare. tamen dicit̃ Joh. viij. Ieſus aūt abſcondit ſe ⁊ exiuit de templo. Item fuit ieſus penitentiſſimus ſeu maceratiſſimꝰ ſine blandicia. quia ſcꝫ ſemper vixit in penitentia ⁊ penuria. Unde Mathei. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum vt tentaretur ⁊c̃. Deſertum eñ penitentie et penurie aſperitatem deſignat. Item fuit ieſus miſeratiſſimus ſine duricia. Quia ſicut dicitur Johis. xj. de morte lazari. Lachrymatꝰ eſt ieſus. ſcꝫ pre compaſſiōe. Unde ille cecus Luce. xviij. dicebat. Ieſu preceptor miſerere mei. Et ideo iſte ieſus. i. ſaluator. quia oībus ſemp voluit benefacere ⁊ oībus miſericorditer adiuuare Luce. j. Uocatum eſt nomen eius ieſus. Patet igitur. ꝙ nos inuenimus in ieſu naſcente exemplū dulcoris. Item inuenimus in ieſu pendente ſeu moriente exemplum doloris. Conſtat eñ ꝙ chriſti paſſio fuit nobis in exemplum: vt penas ⁊ miſerias pro ipo ſuſtinere loco ⁊ tēpore debeamus. Quia chriſtus paſſus eſt pro nobis: vobis relinquēs exēplum vt ſequamur veſtigia eius. j. Petri. ij. Unde de chriſto dicit̃ Johis. xix. Exijt ieſus portans ſpineam coronaꝫ ⁊ purpureū veſtimentū. Et dixit pylatus. Ecce homo. q̄ſi diceret. Ecce exemplū penitētie ⁊ doloris. Unde Bernardus ſup Canti. dicit ſic. Habemꝰ chriſtū ieſuꝫ ex patre naſcentem. in patre cubantē. etiam cū patre ſedentē. ſub p̄re pendentem. a patre ambulantē. pro patre ſtantem. ſine patre morienteꝫ. Item dico. ꝙ nos inuenimꝰ in ieſu ſurgēte exemplū vigoris. Conſtat eñ ꝙ ieſus in triduo illo: demones debellauit. inferos ſpoliauit. patres liberauit. ⁊ tādem reſurgens mortis potentiā ſuperauit: in quo vigoreꝫ ſue infinite potentie demonſtrauit. ⁊ exempluꝫ pugnandi contra vicia ⁊ vincēdi hoſtiles impetꝰ nobis dedit. Eccli. xlvj. Fortes in bello ieſus naue Mathei. xxviij. Ieſum q̄ crucifixus eſt queritis. ſurrexit nō eſt hic. Itē inuenimꝰ in ihū ſtante ſeu aſcēdente exempluꝫ honoris. In hoc eñ ꝙ chriſtꝰ ieſus teſte apoſtolo: ſemetipm exinaniuit formā ſerui accipiens: ⁊ hūiliauit ſemetipm factus obediens vſq̄ꝫ ad mortem. propter quod deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen qđ eſt ſuper oē nomen. vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtium. terreſtriū ⁊ infernoꝝ. ⁊ omnis lingua confiteatur. quia dominus ieſus chriſtꝰ in gloria ē dei patris. ſicut dicitur Phyl. ij. Datum eſt exemplū fidelibus: ꝙ per viam pene. martyrij vel laboris. peruenitur ad faſtidium excelſi premij vel honoris. Et ꝙ per exercitium laborioſum nomen acquiritur glorioſum. In nomine inquit ieſu omne genu flectatur. Et reuera iſtud nomen eſt fortiſſimum ⁊ honorabiliſſimū angelis. eſt ſanctis gratiſſimum. demonibus vero eſt terribiliſſimū. Teſte eñ Bernardo ſuper Canti. Nomen ieſu lucet predicatū. paſcit cogitatum. lenit inuocatum. Hoc eñ reparat ſenſus. roborat virtutes. vegetat bonos mores. caſtas fouet affectiones. Si vis narra de illo milite. qui cum iuiſſet peregrinari hieruſalem ⁊ circuiſſet oīa loca que chriſtus in ſcriptura legitur ambulaſſe. ⁊ finaliter veniſſet ad montem oliueti vnde ieſus in celum aſcendit. tunc ieſum amplius ſequi non valens. nimia cordis affectione letatus expirauit. ⁊ ꝓdentibus medicis ꝙ pre gaudio mortuuꝫ eſt corpus eius. in medio cordis inuentum eſt ſcriptuꝫ. Amor meus ieſus Breuiter iſtud eſt nomen ſūmi honoris. Unde Luc. xxiij. Hic eſt rex iudeorum. Ergo vide in ieſu ſcandente exemplum honoris. Item inuenimus in ieſu ſolante apoſtolos et promiſſionem ſpiritus mittente exemplum fauoris Ad regem eñ in regni ſolio pacifice et potenter dominantem et diuitijs abūdantem bene ſpectat ꝙ ſe fauorabilem et liberalem oſtendat. ⁊ ꝙ de bonis ſuis omnibus ſibi deuotis largiter tribuat ⁊ concedat. Sicut fecit chriſtus qui iam regnans in celis ſpiritūſanctum miſit. ⁊ diſcipulos ſuos donis varijs ditauit. ipoſq̄ꝫ conſolatione multiplici cōfirmauit. oībus ſcꝫ dans exemplum. ꝙ illi qui ſciūt ⁊ poſſunt debent alijs ⁊ maxime indigentibꝰ ⁊ deſolatis benefacere ⁊ cunctis fauorabiles ſe prebere. Iſte eñ confert

Gratiam penitentibus.
Leticiam contēplantibus.
Gloriam triūphantibus.

Eſt eñ ieſus penitentibus gratioſus. Johis. j. Gratia et veritas ꝑ ieſū xp̄m facta ē

Eſt etiā ihs ꝯtēplātibꝰ gaudioſus. vñ Abacuck. iij. dr̃. Ego autem in dño gaudebo: et exultabo in deo ieſu meo.

Eſt inſuper ieſus beatis ſeu triumphantibus glorioſus vnde ipſi dicere poſſunt illud Hebreo. ij. Uidemus ieſum gloria et honore coronatū. Et illud Act. vij. Ecce video ce

los aptos ⁊ ieſum ſtantē a dextris virtutis dei. Patet igit̄ ꝙ nos inuenimꝰ in ieſu ſolante exēpluꝫ fauoris. Sexto dico. ꝙ nos inuenimꝰ in ieſu tonāte exēplū rigoris. hoc eſt dictu in ieſu iudicāte. Decet enī principē eſſe nō ſolū amoroſum bonis. imo etiā iuſtum ⁊ rigoroſum malis. Ideo ieſus nō ſolum ē pius grām bonis dādo. imo etiā eſt in iudicio rigoroſus ⁊ iuſtus impios puniēdo. Unde Act. x. dicit̄ Verbū miſit dn̄s filijs iſrl'. annūcians pacē per ieſuꝫ xp̄m Seq̄tur. Queꝫ cōſtituit iudiceꝫ viuoꝝ atq̄ȝ mortuoꝝ. De rigore etiā ieſu dū viueret habemus exēplū Johis. ij. Ubi eiecit ementes ⁊ vendētes de templo. facto flagello de funiculis. Et Marci. iij. dr̄. Et circūſpiciens eos cū ira contriſtatus eſt. Et ſic igit̄ bene dico. ꝙ ſm̄ diuerſos ſtatus ſuos datus ē nobis in exemplū. Rigoris. Fauoris. Honoꝝ. Uigoris. Doloris. Amoris. ſeu Dulcoris. Hec ſufficiāt de Jeſu. Uide de chriſto ⁊c̄.

Jehu. Fuit rex iſrael. q̄ q̄uis eſſet malus: tamē ad puniēdum ioram. q̄ erat deterior. ⁊ ad delēdum domū ip̄ius necnō ad extirpādū cultū baal ⁊ ꝓphas ip̄ius: fuit a dn̄o rex electus. Sed q2 in multis alijs peccauit: ⁊ exequēdo dei volūtatem exceſſit. ideo domus eiꝰ finaliter perijt: ⁊ ſemen eiꝰ de regno iſrael abijt ⁊ receſſit. ſicut dr̄ Oſee. j. Interp̄tat̄ aūt parcens vel commotio ſiue maleficꝰ ſeu maleficiū. Uide hyſtoriā de iehu. iiij. Regū. ix ⁊ deinceps Et. ij. Paral'. xix. Et applica ꝓut volueris ⁊c̄.

Jezrabel. Nota. ꝙ Jezrabel fuit q̄dam particularis ꝓuincia in terra ꝓmiſſiõis. agris fertilibus inſignita. vbi finaliter illa regina Jezabel vxor achab fuit canibꝰ deuorata. ꝓpter hoc ꝙ ibidem naboth occidi fecerat ſine cauſa ⁊c̄. Interp̄tatur autē ſemen dei vel ſeminauit dn̄s. ſicut hec apparēt. iij. Reguꝫ. xxj. et iiij. Regū. ix. Expone ſi vis quō mūdi fertilitas ⁊ ꝓſperitas poſſeſſores ſuos facit diuerſ vicijs inq̄nari. ꝓpter qđ neceſſe eſt ip̄os finaliter ab infernalibꝰ canibꝰ deuorari ⁊c̄.

Jezabel. Uxor achab regis iſrael q̄ interp̄tatur fluxus vanus vel fluxꝰ ſanguinis. ſiue cohabitatrix aut ſterq̄liniū fuit mulier luxurie plena fetoribus. Seuicie ſpirās ardoribꝰ. Anguſtie preſſa doloribus. Iſta enī habitu meretricio legit̄ ornatu. Prophetaꝝ ſeu innocentū ſupplicio fuit ſatiata. Et tandē canina laceratione fuit deuorata. Sicut hec oīa patent. iij. Regū. xviij. et xxj. Et. iiij. Regū. ix. Et ſic bene fuit interp̄tata fluxus vanus quo ad luxuriā q̄ fuit poſſeſſa. fluens ſanguine q̄ ad ſeuiciā quā fuit profeſſa. ſterq̄liniū quo ad miſeriā ſeu anguſtiā qua fuit depreſſa. Et ſi vis hec applica contra malas ⁊ improbas dn̄as ⁊ reginas que fetent luxurie carnalitate. Unde de iſta legit̄. iiij. Regū. ix. ꝙ ita ornauit ſe ⁊ depinxit ſtibio oculos ſuos vt Jehu ad libidinē prouocaret Et ideo de talibus dr̄ Apocal'. ij. Permittis mulierē Jezabel que ſe dixit ꝓphetare. docere ⁊ ſeducere ſeruos meos. fornicari ⁊ comedere de idolotitis. ⁊ dedi illi tēpus vt penitentiā ageret. Itē que ſtrident ſeuicie crudelitate. Sicut de iſta legit̄ ꝙ ꝓphetas dn̄i occidit. Helyam etiā ſummuꝫ prophetaꝫ occidere voluit ⁊ naboth iuſtū (q2 vineam ſuā noluit vendere) interfici ꝓcurauit. iij. Regū. xviij. Cuꝫ interficeret Jezabel prophetas dn̄i. tulit Abdias centū prophetas ⁊ abſcondit eos. Item q̄ finaliter dolent anguſtie ſeu miſerie calamitate. videlicet i inferno. q2. ſ. ſicut canes dei iudicio comederūt iſtam peſſimā mulierē corporalit̄. Sic tales a canibꝰ infernalibꝰ deuorabūtur eternalit̄. iiij. Regum. xxj. Canes comedebāt Jezabel in campo Jezrabel ⁊c̄. Sufficit.

Gitur. Cum igitur ſit aduerbium cōcluſiuū. diffinitiuū ⁊ allegatiuū. ⁊ alicuius preſumpte vel vere certitudinis oſtenſiuū. Notabo ꝙ moraliter loquēdo Igitur ſignificat cōcluſionem ⁊ terminū oīs rei. ⁊ coertionem ⁊ concluſionem ad aliquid faciendum vel ad aliquid ſuſtinendum. Et ſic notemus ꝙ igitur ſiue actiue ſiue paſſiue ſumatur. poteſt referri Ad deum. Ad iuſtum. Ad hominē. Ad mūdū. Ad impium. Per igitur enim poteſt intelligi concluſio

- Summi creatoris.
- Viri viatoris.
- Mundi deceptoris.
- Dyaboli turbatoris.
- Juſti ſectatoris.
- Uani peccatoris.

Dico igitur primo. ꝙ eſt vnū igitur ſpectans ad creatorem. Iſte enī et oratiões ſanctoꝝ ⁊ eorum merita ⁊ opera ſunt vnū igitur: quo deus artatur ⁊ concluditur ad queſita miſericorditer concedendū. j. Paralyp. xxij. Prebete igit̄ corda veſtra ⁊ aīas vt queratis dn̄m deum veſtrum. Sic volebat eum cōcludere ille Ezechias. ij. Paralyp. xxix. vbi dicebat ſic. Nunc igitur placet mihi vt ineamus fedus cum domino deo noſtro: vt auertat a nobis furorem ire ſue. Et ſi vis dic ꝙ ad deum ſpectat multiplex igitur concluſiuū ⁊ determinatiuum. tam actiue q̄ȝ paſſiue. videlicet vnum igitur

- Predeſtinationis.
- Dure punitionis.
- Tute ſaluationis.
- Tute confeſſionis.

Ad deum enī ſpectat vnū igitur cūcta predeſtinans. Concluſiue enī et determinatiue potentia predeſtinatiua ꝑmanet apud ipſum. Unde Roma. ix. dicit̄. Igitur nō eſt volentis neq̄ȝ currentis: ſed dei miſerantis. Item ad eum ſpectat vnū igitur malos exterminans. Iſte enī finaliter ⁊ concluſiue perdit ⁊ diſſipat oēs malos Ezech. ix. Igitur ⁊ mens nō parcet oculus: neq̄ȝ miſerebor. Et Ezech. xx. Ego igit̄ leuaui manū meaꝫ ſuper eos in deſerto ne introducerē eos in terram fluentē lac et mel. Item ad ip̄m ſpectat vnū igitur bonos illuminans. quia ſcꝫ finaliter ⁊ concluſiue oēs boni per euꝫ ſaluabūtur Job. xxxvj. Eripiet pauпереꝫ de anguſtia ſua. ⁊ reuelabit in tribulatione aurem eius. Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſſime ⁊ nō habente fundamentū ſubter ſe. Iſtud autem igitur. i. iſta concluſio erit in patria. quando ſcꝫ deus ceſſare faciet a beatis oē malum. dicēs illud Geñ. viij. Non igitur vltra percutiā oēm animam viuentem. Et quādo ipis conferet oē bonū Math. xij. Igitur peruenit in vos regnū dei. Item ad ip̄m ſpectat vnum igitur laudans ⁊ carminans. quia ſcꝫ ſancti ⁊ angeli laudant ⁊ magnificant ip̄m in patria dicendo. ſ. illud. j. Paralypo. xxix. Nūc igitur deus noſter confitemur ⁊ laudamꝰ nomen tuū inclitum. Patet igitur. ꝙ eſt vnū igit̄ ſpectās ad creatorem. Secūdo dico. ꝙ eſt vnū igitur ſpectās ad viatorem. ſcꝫ ad hominem mortalem. Iſte enī habet igit̄ actiuuꝫ ⁊ non paſſiuum. concluditur enī ⁊ non concludit. Quia ſcꝫ mors ⁊ ſepulcrū ip̄m ſolent finaliter concludere ⁊ infra ſuos limites coartare. iiij. Regū. xiij. Mortuus eſt igit̄ helyſeus ⁊ ſepelierūt eū. Tercio dico ꝙ eſt vnū igitur quod ſpectat ad deceptorem. id eſt ad mūdum. qui ſcilicet decipiendo mentes humanas ⁊ eas ad voluptates alliciendo videtur inferre illud igitur ⁊ illam concluſionem que ſcribitur Eccleſiaſtes. viij. Ubi in perſona mūdi poteſt dici. Laudaui igitur leticiam ⁊ ꝙ non eſſet homini bonum ſub ſole niſi ꝙ comederet biberet ⁊ gauderet. Et ſm̄ veritatem iſtud eſt euidens. ꝙ ſcilicet mūdus ⁊ mūdani nullam aliam concluſionem cōmendāt: niſi ꝙ homo ſit in preſenti gaudio vel quiete. Quarto dico. ꝙ ē vnum igitur quod pertinet ad turbatorem. id eſt ad dyabolū temptatorem. qui ſcilicet ad nihil aliud videtur concludere aut intendere q̄ȝ ad ledendum. tentandum. vel ad occidenduꝫ damnando Job. ij. Egreſſus igitur ſathan a facie domini: percuſſit Job vlcere peſſimo. Quinto dico. ꝙ eſt vnuꝫ igitur ſeu vna concluſio que ſpectat ad iuſticie ſectatorem hoc eſt dictu ad virum iuſtum. Iſte enim poteſt dici igit̄. et dicere igitur. quia ſcilicet vir iuſtus debet bonam concluſionem facere. ⁊ ex oībus premiſſis cogitationum et affectionum ſuarum aliquem bonum finem ⁊ bonam diffinitionem inferre. primo Paralypo. xxij. Surge igitur et fac et erit dominus tecum. Supponendo igitur ꝙ ꝑ igitur intelliguntur ſancti viri ⁊ homines virtuoſi ⁊ docti. q̄ optime ſciunt concludere facta ſua ⁊ oīa fine ⁊ concluſione debitis terminare. Juxta illud. iij. Regum. vj. Igitur edificauit ſalomon domum ⁊ conſūmauit eam. Notare poſſum ꝙ tales ſunt ⁊ dici poſſunt vnum igitur. ſcilicet

- Conuerſionis et penitentie.
- Diſcretionis ⁊ ſapientie.
- Remiſſionis ⁊ indulgentie.
- Subiectionis ⁊ obedientie.
- Deiectionis ⁊ ſubiacentie.
- Affectionis ⁊ confidentie.
- Orationis et reuerentie.
- Subiectionis et prouidentie.

Dico igitur. ꝙ in iuſtis inuenitur vnum igitur. id ē vna concluſio penitentie atq̄ȝ conuerſionis. Uñ Actuum. iij. Penitemini igitur et cōuertimini vt deleantur peccata veſtra. Item habet etiā vnuꝫ

Turbationis atq̄ triſticie.
Cōpaſſionis atq̄ clementie.
Predicationis et eloquentie.
Expectationis ⁊ tēperantie. vel
Perdurationis ⁊ permanētie.
Emūdationis ⁊ continentie.
Cōuerſationis ⁊ apparentie.
Inquiſitionis ⁊ diligentie.
Contēplationis ⁊ eminentie.
Circūſpectionis ⁊ vigilantie.
Federationis ⁊ amicicie.
Tolerationis ⁊ patientie.
Delectationis ⁊ affluentie.
Sublimationis ⁊ excellentie.
Conſolationis ⁊ complacentie.

igitur ſapiētie ⁊ diſcretionis Rom̄.xvj. Gaudeo igitur i vobis: ſed volo vos ſapiētes eſſe in bono. Item habēt vnū igitur indulgentie vel remiſſionis. Indulgēt eīn miſericorditer delinquentibus in ſe. vt cuilibet tali dicat̄ illđ Mathei.v. Si igitur offers munꝰ tuū ad altare ⁊c̄. Uade prius reconciliari fratri tuo ⁊ poſt veniens offeres munus tuum. Talibus etiā remittūtur peccata Actuū.xiij. Notum igitur ſit vobis fratres: qꝛ remiſſio peccatoꝝ vobis annūciatur. Item iſti habent vnū igitur Obedientie ⁊ ſubiectionis. Quia ſcꝫ iſti ſeruiūt obediūt ⁊ ſubſunt alijs diligēter. Quia reuera ad iuſtum ptinet ꝙ ſit diligens ⁊ ſeruicialis. deo. ſibi. ⁊ proximo. Deo dico. Roma.vij. Igit̄ ego ipſe mente ſeruio legi dei. Iuxta illud Deutro.v. Cuſtodite et facite que precepit vobis dn̄s. Sibi etiaꝫ. prima Coꝝ.viij. Ego igitur ſic curro ⁊c̄. Seq̄tur. Et caſtigo corpus meum ⁊ in ſeruitutem redigo. Proximo inſuper Romanos.xv. Nūc igitur proficiſcar hieruſalē miniſtrare ſanctis. Iteꝫ iſti habent vnū igitur ſubiacentie ⁊ deiectionis ſeu humiliatōis. pma Petri.v. Humiliamini igit̄ ſub potenti manu dei vt vos exaltet ⁊c̄. Item iſti habent vnū igitur cōfidentie ſeu ſpei ⁊ deuotiōis. Quia ſcꝫ iſti in deo ⁊ celeſtibꝰ ſpeꝫ et deuotionē reponūt. Unde ſcđa Coꝝ.iij. Habentes igit̄ talem ſpem multa fiducia vtimur. Iteꝫ iſti habent vnū igitur reuerentie ⁊ oꝛonis. pma Thymoth.ij.ca. Obſecro igit̄ primū omniū fieri: obſecrationes. oꝛones. poſtulationes. gratiarūactiones pro oībus hoībus. pro regibꝰ ⁊ omnibus q̇ in ſublimitate ſunt conſtituti. vt tranq̄llam vitam agamus in om̄i pietate ⁊ caſtitate. Item iſti habēt vnū igitur prouidētie ſeu beneficentie ⁊ ſubuentionis. quia ſcꝫ iſti ſubueniūt ⁊ prouident indigētibꝰ iuxta poſſe. ⁊ ad hoc tendit totum ſuū igit̄. i. ſua concluſio ⁊ intentio vniuerſa Unde indigens amicus loq̄tur tali igit̄ primo Regū.xxj. Nūc igitur ſiq̄d habes ad manū vel q̄nq̄ panes da mihi Et pmo Regū.xxv. Feſtinauit igit̄ abigail ⁊ tulit ducētos panes. ſ. ad Dauid in deſertum. Item iſti habent vnuꝫ igitur triſticie ⁊ turbationis. Quia ſcꝫ iuſti in vita iſta ſemper ſunt in triſticia ⁊ tremore Iohis.xvj. Et vos igit̄ nūc triſticiam q̄dem habetis. iteruꝫ autē videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ veſtrū. Item iſti habent vnū igitur clementie et compaſſionis. qꝛ ſcꝫ clementer ⁊ flebiliter ſolent compati deſolatis. Unde amicis ſuſanne caſui ſuo compatientibꝰ dicitur Danielis.xiij. Flebant igitur ſui ⁊ om̄es qui nouerant eam. Item iſti habent vnū igitur eloquentie ⁊ predicationis. quia ſcꝫ iſti ſolent inſtruere ⁊ docere. Act.viij. Igitur qui diſperſi erant pertranſibāt euangelizātes regnum dei. vt cuilibet tali dicatur illud. ij. Reguꝫ.xix. Nūc igitur ſurge et procede ⁊ alloquens ſatis fac ſeruis tuis.

Item iſti habent vnū igitur temperantie ⁊ moderatiōis ſeu expectationis ⁊ perdurationis. quod maxime debꝫ eſſe quando prouectōꝛes loquentur. Unde dicit̄ Iob xxxij. Igitur Heliu expectauit Iob loquentem. Item iſti habent vnum igitur continentie ⁊ emūdationis. Unde ſcđa Corinth.vij. Has igitur promiſſiones habētes chariſſimi mūdemus nos ab om̄i iniquitate. Item iſti habēt vnuꝫ igitur apparentie et cōuerſationis. Unde Ruth.iij. Laua re igitur ⁊ vngere ⁊ induere cultioꝛibꝰ veſtimentis. Itē ipſi habent vnum igitur diligentie et inquiſitionis. Act.j. Igitur qui cōuenerant interrogabant ieſuꝫ dicentes. Domine ſi in tempoꝛe hoc reſtitues regnum iſrael. Iteꝫ iſti habent vnum igitur eminentie ⁊ contemplationis. quia. ſ. mens talium ſemper eſt eminens ⁊ eleuata. ſcꝫ celeſtia appetendo ⁊ contēplando Iuxta illud pma Choꝛinth.xv.c. Igitur ſicut poꝛtauimꝰ imaginem terreni. poꝛtemus imaginem celeſtis. Unde Colocēſes.iij. Igitur ſi conſurrexiſtis cum chꝛiſto: que ſurſum ſunt querite vbi chꝛiſtus eſt i dextera dei ſedens. que ſurſum ſunt ſapite ⁊ que ſuper terram. Exemplo illius qui dicebat Daniel.iiij. Igitur poſt finem dierum ego nabuchodonoſoꝛ oculos meos ad celuꝫ leuaui. Item iſti habent vnum igitur vigilantie ⁊ meditationis. quia ſcꝫ iſti in om̄ibus operibus ſuis ſunt circūſpecti vigiles ⁊ aſtuti. Unde. j. Theſſal.v. Igitur non doꝛmiamus ſicut ⁊ ceteri. ſed vigilemus ⁊ ſobrij ſimus. Itē iſti habent vnum igitur amicicie ⁊ federationis. Non enī diligunt guerram ſed pacem habere cum omnibus Iob. xxij. Acquieſce igitur ei ⁊ habeto pacem. ⁊ per hoc habebis fructus optimos. Et Rhomanos.v. Iuſtificati igitur ex fide pacem habeamus. Item iſti habent vnuꝫ igitur patientie ⁊ tolerationis Iacobi.v. Patientes igitur eſtote fratres vſq̄ ad aduentum domini noſtri hieſu chꝛiſti. Et Paulus dicebat ſcđa Choꝛintheoꝝ.xij.capit. Libenter igitur gloꝛiaboꝛ in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus chꝛiſti. quaſi diceret. Non ſolum patiens ero: imo etiam gloꝛiaboꝛ. Item iſti finaliter habebunt vnum igitur affluentie et delectationis. videlicet in patria vbi abūdabunt ⁊ affluent cunctis bonis in gloꝛia paradiſi. Romanos.xv. Habeo igitur gloriam in chꝛiſto hieſu ad deum.

Item iſti habebunt vnum igitur ⁊ excellentie ⁊ dominationis. quoniam ſcꝫ in honoꝛe perpetuo ſublimabūtur. ita ꝙ deus cuilibet beato dicet illud Heſter.xv. Accede igitur et tange ſceptrum. Sceptrum eīn honoꝛem ⁊ dignitatem deſignat. pma Petri.ij. Uobis igitur honoꝛ credentibus.

Item iſti habent vnum igitur complacentie ⁊ conſolationis. quod ſcꝫ fiet inter eos inuicem quando cogitabunt de ſecuritate ſalutis dicendo illud quod ſcribitur Romanos.v. Igitur magis nūc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Sic igitur patet ꝙ eſt vnū igitur qđ ſpectat ad iuſticie ſectatoꝛem. Sexto vero dico. ꝙ eſt vnum igitur quod ſpectat ad nequicie profeſſoꝛem. ſcꝫ ad peccatoꝛem. Peccatoꝛ eīn poteſt dici igitur. Quia ſcilicet ſicut igitur de ſui natura ſignificat Immutabilem concluſionem. Deteſtabilem elationem. Perturbabileꝫ rebellionem. Sic peccatoꝛ. Eſt eīn immutabilis concluſionis. quia procerto ſicut igitur eſt vnum aduerbium concluſiuū. ⁊ vna dictio que videtur ponere ⁊ imponere finē verbis. Sic peccatoꝛ ita eſt fatuus ⁊ obſtinatus: ⁊ ita i malo propoſito confirmatus. ꝙ quicq̄d dicit ⁊ facit vult immobiliter ſtare: ⁊ nihil de malis operibus imutare. Eſt deteſtabilis elationis. Quia ſicut igitur eſt vna dictio que ſcribitur aliquando tali modo in oꝛthographia. ꝙ vnum i que eſt littera valde parua. ponitur ſuper vnū g. que eſt littera groſſa et magna. hoc modo ġ. Sic ſepe fit ꝙ peccatoꝛ paruus. ⁊ iuuenis inſufficiens et ineptus preeſt ⁊ preficitur groſſe littere i. alicui ſtatui magno ⁊ ſolenni. vel ꝙ alicui magno viro per ſuperbiam ⁊ elationem ſe preficit ⁊ preponit. Eſt etiam perturbabilis rebellionis. Quia ſicut igitur ſemper habet vim redargutionis ⁊ argumentationis. Sic vere peccator ſemper vult rebellando ⁊ cōtradicendo redarguere ⁊ om̄ibus que dicūtur q̄ q̄ꝫ benedicta fuerint obuiare. Et breuiter de igitur. id eſt de peccatore poſſum notare ꝙ iſte concluſiue ⁊ obſtinate.

Carnaliter fedatur.
Mendaciter effatur.
Crudeliter predatur.
Finaliter damnatur.

Fedatur dico carnaliter. quia ſcilicet tales vt cōmuniter ſūt luxurioſi. Unde de im̄ūda perſona cum ſuo igitur id eſt cum ſua obſtinata intentione dicitur Ezechielis.xxiij. Foꝛnicata ē igitur oolla ⁊ inſaniuit in amatoꝛes ſuos. Effatur etiā mēdaciter. quia ſcilicet tales ſunt vt cōmuniter mendaces atq̄ verboſi. Unde ſcđo Paralyp.xviij. Nunc igitur dedit dominus ſpiritū mendacij in oꝛe omniū prophetarum.

Predatur inſuper crudeliter. quia ſcꝫ tales vt cōmuniter ſunt rapaces ⁊ ſedicioſi. Sicut de rege Anthiocho legitur ſcđo Machabeoꝝ.v. Igitur antiochus mille octingētis ablatis de templo talentis velociter antiochiam regreſſus eſt. extimans ſe pre ſuperbia terram ad nauigandum pelagus vero ad iter agendum deducturum. Antiochus interpretatur pauper ſilens. quia ſcilicet raptoꝛes vt communiter ſp ſꝫ pauperes. licet hoc taceant ⁊ ſileāt. Prouerbioꝝ.xj. Alij rapiūt nō ſua ⁊ ſemꝑ in egeſtate ſunt. Dānatur cum talis igitur finaliter et perhēniter. Quia ſcilicet

tales finaliter mortis ⁊ dānatiōis erūt capaces ⁊ obnoxij
Vn̄ Prouer.j. dicit͛ ſic. Comedūt igit͛ fructꝰ vie ſue ⁊ con-
cilijs ſuis ſaturabūtur. Et Hiere.v. Quid igit͛ fiet in noui-
ſimo eius? Vide ſupra in primo. §. eodē titulo. Patet igit͛
quō igit͛ in malo ſumit͛ ⁊ in bono. Vide de ergo ⁊ ſilibus.

Ignis. Nota q̄ ignis multipliciter ſignificat i ſcri-
ptura. ſignificat em̄ quecūq̄ ardorē vel fer-
uore donū vl' malū. vl' qdcūq̄ feruēſ deſideriū vl' appetitū
Diſtinguamꝰ igit͛ breuit͛ de igne. q̄ ē m̄ltiplex ignis. i. ignis

Luminoſus. Ignis luminoſus eſt ſpiritusſanctus.
Virtuoſus. Ignis virtuoſus eſt amor inclitus.
Vicioſus. Ignis vicioſus eſt feruor vetitus.
Doloroſus. Ignis doloroſus eſt dolor inſitus.

Primo igit͛ dico. q̄ eſt q̄dam ignis q̄ eſt luminoſus. Et
iſte eſt ignis ſpiritusſācti q̄ illuminat oēm hoiem venientē
in hūc mūdum. ſicut em̄ tēpore noctis obſcuro nō habemꝰ
lumen niſi p ignem. Sic in tenebroſa vita p̄ſenti nō poſſu-
mus habere lumen qd̄ nos dirigat niſi ignem ſanctiſpūs
habeamus. Iſte eſt em̄ illa colūna ignis que filios iſrl' de
nocte illuminabat. quando de egypto ipōs dn̄s ducebat.
Sicut dr̄ Exodi.xiij. Vn̄ in pſ. dr̄. Expādit nubē in ꝓtecti-
onem eorum ⁊ ignē vt luceret eis p noctē. Spūs em̄ ſctūs
Eſt fortificatiuꝰ. quia dicit͛ colūna. Vn̄ de eo dr̄ Eſa.l.
Eſt refrigeratiuꝰ. quia dicit͛ nubes. Ambulate in lumie
Eſt illuminatiuꝰ. quia dicit͛ ignis. ignis. Quare? Certe
quia dr̄ Eſa.x. Erit lumen iſrael in igne. De iſto igit͛ igne
ſcʒ de ſpūſancto nō oportet amplius dicere. q̄ in p̄mo mē-
bro diſtinctionis vltime inuenies ſatis plene. Iſte ē igitur
ignis luminoſus. Secūdo dico. q̄ eſt q̄daʒ ignis qui eſt
virtuoſus. Et iſte ē ignis dilectionis ⁊ amoris vel cuiuſcū-
q̄ boni deſiderij ⁊ feruoris. De iſto igne loq̄tur dn̄s Luc.
xij. Ignem veni mittere in terrā. ⁊ q̄d volo niſi vt ardeat.
Iſte ē ignis inflāmatiuus. quo ſcʒ viri ſancti fuerūt accen-
ſi. ⁊ quo etiam totum mūdum accenderūt ⁊ inflāmauerūt
Sicut em̄ dicit Plinius. Eſt q̄dam mons in india vbi cre-
ſcit piper. Ibi tamen ē tanta ſerpentū copia q̄ nullus au-
det accedere. Incole igitur pipere maturo in eſtate ignem
in ſiluam accendūt. ⁊ ſic ſerpentes ignem metuētes fugiūt
⁊ incole piper accipiūt. quod poſtmoduʒ ad nos mittunt.
Sic vere chariſſimi: q̄ ſerpentes. i. demones totam ſiluā
huiꝰ mūdi ſolebant occupare. ideo dn̄s ignem charitatis
per incolas ſuos. i. p apoſtolos in iſta ſilua accendit. ⁊ ſic
eos fugauit ⁊ expulit. Et piper quod cuſtodiebāt. i. pecca-
tores ſuos ſibi retinebant. mediante iſto incendio ad par-
tem ſuam reſumpſit. Vnde Trenoꝝ.iiij. Succendit dn̄s i
ſyon ignem. De iſto em̄ igne poſſumus exponere illd̄ Lu-
ce.xxij. vbi dicitur. Q̄ accenſo igne in medio atrij ⁊ circū-
ſedentibus illis erat Petrus in medio illorum. In q̄bus
verbis nota. q̄ ſicut ignis habet v̄tutem inflāmatiuaʒ. vir-
tutem induratiuam. v̄tutem copulatiuam. Quia ſciʒ per
ignem ligna inflāmantur. per ignem mollia indurantur. ſi-
cut patet in vaſis luteis. Per ignem metalla copulantur.
Sic dico q̄ ignis charitatis habet inflāmare cordium tepi-
ditatem. Accenſo inq̄t igne in medio atrij. i. in corde. Ro-
borare cordium debilitatem. quod oſtendit͛ in verbo Pe-
trus. quia dr̄ de petra: Copulare cordium diuerſitateʒ. qd̄
oſtenditur cum dicit͛. In medio illorum. Dico ergo. q̄
per charitatem corda tepentia inflāmantur. quia ſcʒ p cha-
ritatem in medio atrij. ſcʒ in corde quod eſt in medio ho-
minis. accenditur ignis. i. feruor affectionis ⁊ ſanctoruʒ de-
ſideriorum. Sicut em̄ ignis facit aquam ferueſcere. ⁊ ſicut
ſurſum facit flāmam aſcendere. ⁊ ſicut cera ⁊ metalla ſolet
liquefacere ⁊ diſſoluere. Sic vere charitas corda liquefa-
cit per deuotionem ⁊ compūctionem corda facit feruere
per deſiderium ⁊ affectionem. ⁊ ipā ſurſum aſcendere. ſci-
licet ad deū per amorem ⁊ dilectionem. Iſte ē igitur ignis
accenſus in medio atrij. i. in corde. quia ſicut precepit do-
minꝰ Leuitici.vj.ca. Ignis in altari debebat ſemp ardere.
Altare em̄ dei eſt cor. qd̄ per quatuor cardinales virtutes
debet eſſe quadratum. In quo ſcʒ ignis charitatis ⁊ ſpiri-
tusſancti nunq̄ debet deficere vel ceſſare. Aduerte tamen
q̄ duo filij aaron qui ſuper altare dn̄i ignem alienū poſue-
runt: igne celeſti perierūt. ſicut dicit͛ Leuitici.x. capitulo.
Ad denotandū. q̄ illi qui in altari cordis ſui qd̄ deo debet
eſſe totaliter conſecratū ⁊ dedicatū offerūt ignem alienuʒ.
id eſt ardorem ⁊ feruorem malorum deſideriorꝝ. ſcʒ ignem
carnalitatis. ignem cupiditatis ⁊c. a deo finaliter feruēter
⁊ igne perpetuo cremabūtur. Vnde de talibꝰ ꝓprie poſ-
ſet dici illud Ezechiel'.xv. capitulo. De igne egredient͛ ⁊ ig-
nis conſumet eos. Quia em̄ tales egrediūtur de igne cha-
ritatis ipm̄ derelinquēdo. ideo ipōs conſumit ignis perpe-
tue aduerſitatis penam eternam infligendo. In medio igi-
tur atrij cordis debet accendi ignis. Vnde Ezechiel'.x.ca.
Sume ignem de medio rotarū. Et ibidem dr̄. Ingredere
in medio rotarum. ⁊ imple manū tuam prunis ignis. q̄ ſūt
inter cherubin. Quatuor rote ſunt quatuor cordis affecti-
ones. ſuper q̄bus ⁊ ſup quas cor ſemp voluitur ⁊ moue͛t.
Media igitur iſtarum rotarū. i. profunda cordis noſtri in-
grediamur per meditationē. ⁊ de igne q̄ eſt inter cherubin
id eſt de perfectōe charitatis que eſt inter bonas perſonas
et ſanctos viros debemus implere manus noſtras p ipſiꝰ
actualem executioneʒ. Accenſo igitur igne in medio atrij.
Accendamur igitur iſto igne. Sicut abeſton lapis q̄ ſi ſe-
mel accenſus fuerit: nunq̄ quocūq̄ vento poteſt amplius
extingui. Quia ſcʒ ignis charitatis nunq̄ per tribulatōem
debet extingui: ſed potius augmentari. Vnde Prouerbi.
xxxj. cap̄. Nō extinguet͛ in nocte lucerna eius. Et illd̄ Eze-
chielis.xv. cap̄. Vtramq̄ partem eius conſumpſit ignis.
Charitate igitur corda tepida inflāmantur. Deniq̄ di-
co. Q̄ per ignem charitatis corda debilia roborantur. Si-
cut em̄ vaſa teſtea valde ſunt mollia ⁊ debilia. tandem ve-
ro cum igne cocta fuerint fiūt ſtabilia atq̄ dura. Sicut pa-
tet de lateribus. Sic vere cor q̄ʒtum eſt de ſe valde eſt de-
bile atq̄ molle. ⁊ ad cadendum in peccatū facile: ⁊ ad reſi-
ſtendū fragile. Si vero ignis charitatis ipm̄ perfecte deco-
xerit: tūc efficitur ſtabile atq̄ firmū. ⁊ ad perſeuerandū du-
rabile ſeu durum Iob.xl. Cor eius indurabitur quaſi la-
pis. Vnde Geneſis.xj. Venite faciamus lateres ⁊ coqua-
mus eos igni. habuerūtq̄ lateres pro ſaxis et bytumen p
cemento ⁊ dixerūt. Venite faciamus nobis ciuitatē ⁊ tur-
rim cuius culmen pertingat ad celum. Quando em̄ late-
res: i. homines igne charitatis coquūtur: tūc ſaxei per fir-
mitatem. bytuminoſi per concordiam ⁊ vnitatem efficiun-
tur. ⁊ ſic ciuitatem paradiſi ſibi edificant. ⁊ turrim celeſtis
celſitudinis ſibi parant. quod oſtendit͛ cum dicit͛. Petrus
qui dr̄ a petra. Quia ſcʒ tales ſic cocti: fortes ⁊ petrei effi-
ciūtur. Vnde Marci.xv. Petrus vero ſedebat cum mini-
ſtris ⁊ calefaciebat ſe ad ignem. Inſuper dico. q̄ p igneʒ
charitatis corda contraria concordant͛. qd̄ oſtenditur cuʒ
dicitur In medio eoꝝ Sicut em̄ ignis habʒ diuerſa corda
cōglutinare ⁊ inuicē vnire. ſic charitas hʒ diuerſa corda cō-
glutinare ⁊ inuicem adunare. Interrogatꝰ em̄ Dyogenes
qui eſſent veri amici? Reſpondit. Q̄ illi q̄ in duobꝰ corpo-
ribꝰ habent animā vnam. quaſi diceret. Amor ē tante po-
tentie: q̄ in diuerſis pſonis vnam efficit volūtatē. vn̄ Ber-
nardꝰ dicit. O felix amor q̄ dulciter capis ⁊c. V de cā ſu-
pra de charitate. In medio inq̄t eoꝝ. Charitas. n. eſt ſicut
mediū qd̄ habet ꝯiūgere extrema. Vn̄ de hoc pōt ꝓprie
dici illud qd̄ Dan.iij. de tribꝰ pueris dr̄. Q̄ ceciderūt i me-
dio camini ignis colligati. Per iſtū igit͛ ignem corda ꝯtra-
ria concordant͛. Patet igit͛ q̄ ignis charitas eſt inflāmati-
uus ⁊ elatiuꝰ. Eſt induratiuꝰ ⁊ roboratiuꝰ. Eſt cōcordati-
uus ⁊ cōglutinatiuꝰ. Tali igit͛ igne fuerūt ſancti inflāma-
ti figurati in filio hoīs. Apocal'.j. Qui habet oculos q̄ſi flā-
ma ignis: ⁊ pedes eius ſil'es auricalco ardenti. Et Ezechie-
lis.viij. vbi dr̄. Et vidi. ⁊ ecce ſilitudo q̄ſi aſpectus ignis ab
aſpectu lūboꝝ eius ⁊ deorſum ignis aſpectu. Figurati etiā
Ezech.j. In illis ſctis anialibus quorum ſilitudo q̄ſi aſpe-
ctus carbonū ignis ardentiū ⁊ q̄ſi lāpadarū. quia ſcʒ cha-
riſſimi: ſancti viri q̄cq̄d habent debent totū habere igneū.
Quia ſcʒ in oībus actibꝰ ſuis debet ignis charitatis relu-
cere. Iuxta illd̄ Apoſtoli.j. Coꝝ.xvj. Oīa opera veſtra in
charitate fiāt. In oculis em̄ diſcretōis. In pedibꝰ ſue affe-
ctiōis. In lūbis ſue dilectōis. In aſpectu ſue benignitatis
⁊ cōpaſſiōis. In oībus dico iſtis debet ignis charitatis a-
moris appere. ⁊ bonꝰ amor ⁊ feruor ⁊ bona intētio ⁊ affe-
ctio relucere. Et ſic erūt illi miſtri de q̄bus dr̄ Heb.j. Facit
angelos ſuos ſpūs ⁊ miſtros ſuos flamā ignis. Et iſtā au-

crozitatem vide ꝓſecutã ſupra de angelis ⁊ ibi inuenies q̄
modo vir ꝑfectus ⁊ igni ⁊ angelis cõparat̃. Iſte eſt ignis
ꝟtuoſus q̄ ſcȝ eſt charitas. Si v° vis hanc materiã magꝭ
ꝓlongare. adde qd̓ dicit̃ infra in. §. Adhuc dico ꝙ eſt qui-
dã ignis q̄ eſt ad virũ iuſtũ ⁊c. Tercio dico. ꝙ ē quidã
ignis q̄ eſt vicioſus. Et ſignificat ardorem: ⁊ tentationem
peccatorum. Et iſte diuiditur in quattuor partes. ſm̄ qua-
tuor ignis proprietates. Quia ſcilicet ignis habet

Surium aſcendere.
Copacta liquefacere.
Res ꝯiũctas affligere.
Res vicinas ꝯſumere.
Et ſm̄ iſta q̃tuor iue-
nitur in ſcriptura.
Ignis nubeus.
Ignis aqueus.
Ignis flãmeus.
Ignis terreus.

Ignis nubens ē ſuperior. q̄ ſig-
nificat mētalē ambitionē. Ignis
aqueꝰ eſt interior q̄ ſignificat car-
nalem infectionē. Ignis flãmeꝰ
eſt exterior q̄ ſignificat iracundie
inflãmationē. Ignis terreꝰ eſt in-
ferior q̄ ſignificat auaricie conſũ-
ptionē. Eſt igit̃ primꝰ ignis ⁊ ar-
dor ambitõis. Et iſte ē ignis nu-
beus. Iſto em̄ igne inflãmantur
hodie nubes noſtre. i. viri alti ⁊ in p̄lationibꝰ ⁊ officijs cō-
ſtituti. Iſte ē em̄ ignis ſuperior ſurſum aſcendēs ⁊ mouēs
q: ſcȝ ſemꝑ facit hoiem ſupiora appetere ⁊ inferiorē ſtatũ
contēnere: ⁊ de ſũmis ad ſũmiora velle ſi pōt conſcēdere.
Exemplũ in lucifero q̄ celũ magis ſuperiꝰ appetebat di-
cens Eſa. xiiij. Aſcendã in celũ ſuꝑ aſtra celi exaltabo ſoli-
um meũ ſilis ero altiſſimo ⁊c. Iſte ē ignis nubeus ⁊ ſupe-
rior. De hoc Ezech. j. Nubes magna ⁊ ignis inuoluens ⁊
ſplendor in circuitu. Tales em̄ nubes magne habent ho-
die ignem ambitiõis. q̄ dicit̃ ignis inuoluens. q: ſcȝ cũcta
cupit inuoluere ⁊ ſuis comodis aggregare. Iſte ē igit̃ ig-
nis nubeus ⁊ ſuperior. Itē eſt ignis aqueꝰ interior. Et
iſte eſt ignis luxurie quē aque ſcȝ deliciaꝝ nō poſſint extin-
guere ſed augere. Iſte ē em̄ ignis grecus q̄ aqua nō extin-
guitur ſ; aceto. Quia ſcȝ acetũ. i. acredo penitētie ignē; lu-
xurie extinguit. Iuxta illud Eccli. iij. Ignē; ardentē extin-
guit aqua. Aqua v° voluptatū ⁊ deliciarũ ipſum accendit.
Iſta em̄ aqua ē ſicut aqua ardens q̄ fit de vino q̄ videtur
habere naturã olei. q: ſcȝ ignem nō extinguit. ſ; accendit.
Vñ Sap̄. xvj. In aqua q̄ om̄ia extinguit. plus ignis vale-
bat. ⁊ aqua extinguētis nature obliuiſcebat̃. In talē; igit̃
aquã nō extinguentē ſed inflãmantē ſubmergit hodie dia-
bolus peccatores. Et ideo de filio q̄ erat obſeſſus a demo-
ne dicit̃ Marci. ix. Qꝛ diabolꝰ frequēter ipm̄ in aquã ⁊ in
ignem miſit vt eũ perderet. vtinã igit̃ nos ſimꝰ ſicut ligna
ſethim. q̄ nec igne cremari nec aq̄ putrefieri valebãt. vt ſic
nob̄ poſſit dicē dñs illd̓ Eſa. xliij. Cũ trãſierꝭ ꝑ aquas tecũ
ero: ⁊ flumina nō operient te. qñ ambulaueris ꝑ ignem nō
cōbureris ⁊ flãma nō ardebit te. Tecũ inq̄t ero q̄a ſcȝ be-
ne ē neceſſariũ ꝙ illi deũ ꝑ grãm ſociũ habeant. q̄ per aq̄s
et flumina deliciarũ habent trãſire. ſi volũt ꝙ ignis ⁊ flam-
ma carnalis tentatõis ipos vrere neq̄at vel cremare. Iſte
eſt igit̃ ignis aqueꝰ ⁊ interior. Itē eſt ignis flãmeus et
exterior. Et iſte ē ignis ſeuicie crudelitatis ⁊ iracũdie. inui-
die pariter ⁊ diſcordie. Sicut em̄ dracones tante ſunt cali-
ditatis ꝙ flãmam ab ore emittũt q̄bus aerem circũiacen-
tem inflãmant. Sic crudeles ⁊ iracundi ignem iracũdie et
crudelitatis ſemꝑ ſpirant. q̄bus om̄es alios inflãmãt cru-
ciant ⁊ moleſtant. Exēplũ de antiocho. de q̄ dicit̃. ij. Ma-
chabeoꝝ. ix. Qui erat ſuꝑbia repletus: ignem ſpirans ani-
mo in iudeos negocium accelerari iuſſit ⁊c. Iſta patēt de
raptoribꝰ. balliuis. tyrannis. crudelibꝰ. ⁊ vindicatiuis. Fi-
guratis in Nabuchodonoſor Daniel. iij. Qui om̄es q̄ ſi-
bi obedire nolebant: in fornacem ignis mittebat. Figura-
ti etiam in parabola de ramno Iudicũ. ix. Qui electus in
regem arborum. egreſſus eſt ignis ab eo qui deuorauit ce-
dros lybani. q: ſcȝ crudeles ⁊ tyranni. iniqui ⁊ vindicatiui
quãdo ad regnũ ſeu aliquod altum officium aſſumũt̃. om-
nes ſubditos ⁊ vicinos verbis. minis. exactionibꝰ et iniu-
rijs cōburere ⁊ inflãmare nitũtur. Vnde Iohelis. ij. Ante
faciem eius ignis vorans. ⁊ poſt eū; exurens flamma. De
igne vero iracũdie ⁊ inuidie ꝓprie poteſt dici illud Ezech.
xxviij. Ignem producã de medio tui q̄ comedat te. Quia
ſcȝ iſte ignis quando viget in medio cordis humani. ꝑmo
et principaliter ſuũ vrit ⁊ violat poſſeſſorem. Iſte ē ignis
flãmeus ⁊ exterior. Iſte ē em̄ gladius igneus ⁊ verſatilis
qui prohibet introitũ paradiſi. ſicut dicit̃ Geñ. iij. Item
eſt ignis terreus ⁊ inferior. Et iſte ē ignis auaricie q̄ circa
terram ⁊ terrena habet interius operari. In q̄buſdam em̄
montibꝰ aluernie ⁊ ruchine: eſt ignis q̄ terram cōtinue cre-
mat ⁊ vrit. ipamq; vſq; ad magna interualla deuorat ⁊ cō-
ſumit. Sunt em̄ in illis montibꝰ lapides ⁊ minime cōbu-
ſtibiles q̄ continue comburũt. ita ꝙ de locis iam cōbuſtis
etiam carbones fabrorũ in magna copia extrahũtur. Sic
vere chariſſimi: in mũdi ſuperbis diuitibꝰ latitat hodie ig-
nis auaricie. q̄ terras circũiacentes. i. poſſeſſores vicinorũ
ſuorũ conſumit. deuorat ⁊ ipas annihilat ⁊ deuaſtat. Iſte
eſt ignis vſq; ad conſũmationem deuorãs Iob. xxxj. Iſte
eſt ignis qui nunq̄; dicit ſufficit Prouerb. xxx. Iſte ē ignis
q̄ ſm̄ ꝙ plus de lignis apponit̃ amplius exardeſcet. ſicut
dicit̃ Eccli. xxviij. Quia ſcȝ ignis auaricie ꝑ ſtruem lignoꝝ
id ē diuitiarũ quãdo apponit̃ nō minuetur: ſ; augeť. Iſte
eſt igitur ignis terreus ⁊ inferior. Quia ſcȝ ꝑ iſtum ignem
terre ⁊ poſſeſſiones hominũ ab auaris ⁊ impijs conſumũt̃
Vnde Eſa. xxiiij. Erit terra eius in picem ardentē. Et So-
pho. j. In igne zeli mei deuorabit̃ om̄is terra. Patet igitur
ꝙ eſt ignis Terreus. Flãmeꝰ. Aqueꝰ ⁊ Nubeus. Quar-
to principaliter dico. ꝙ eſt q̄dam ignis q̄ eſt doloroſus. Et
iſte ē duplex. Vnus ē ignis preſentis tribulationis q̄ eſt in
patientia tolerandꝰ. Alius ē ignis future dãnationis q̄ eſt
cum vigilantia formidandꝰ. Ignis doloroſus p̄ſentis
tribulatõis q̄uis ſit afflictiuꝰ: eſt tamē purificatiuꝰ. Quia
ſicut ignis a metallis rubiginē tollit: ⁊ ipſa ad fabricã ⁊ ad
figurationē diſponit: ita ꝙ q̄diu durat ignis poſſunt for-
mari ⁊ figurari. ſtatim vero cũ virtus ignis defecerit: figu-
rari nequeũt vel malleari. Sic vere tribulatio tm̄ proficit
hominibꝰ ꝙ ab ipis rubiginem peccatoꝝ tollit. ⁊ ad obedi-
endũ diſpoſitioni artificis dei vel p̄lati ipos diſponit. ⁊ in
figuras ⁊ in formas variarũ virtutũ ipos occaſionalit̃ mu-
tari facit. Aurũ em̄ in igne purgat̃ ⁊ meliorat̃. Sic homo
in tribulatõe emendat̃. Sic em̄ dr̃ Eccli. ij. In igne proba-
tur aurũ ⁊ argentũ. homies vero receptabiles in camino
humiliationis. Et iſtud patet in multis q̄ dum ſũt actuali-
ter in igne tribulatõis: fiũt malleabiles cõuertibiles ⁊ boni
Si vero ignis iſte receſſerit: tũc ſicut prius indurant̃ ⁊ ob-
ſtinant̃ ⁊ ad ꝯuerſionē inabiles efficiũtur. Sancti igit̃ ta-
lem ignē ſuſtinuerũt. q̄ ſcȝ extinxerũt impetũ ignis: ⁊ fuga-
uerũt aciem gladij. ſicut dr̃ Hebreo. xj. Et inde probati et
purgati fuerũt. Iuxta illud pſ. Igne me examinaſti ⁊ nō
eſt inuenta in me iniq̄tas. Sancti em̄ ſunt ſicut quoddã ge-
nus ſalis qd̓ eſt in ſicilia. qd̓ in igne poſitũ ab igne nō reſi-
lit: ſ; ibi ſicut aqua liqueſcit. Quia ſcȝ boni nō refugiũt ig-
nem tribulatõis. ſ; etiam reſoluũtur ꝑ virtutē. deuotionis
⁊ ꝯpaſſiõis ⁊c. Multa poſſent dici de iſto igne. ſed in alijs
titulis iuenies. Iſte ē igitur ignis in patientia tolerandus.
Quod tamē non faciũt multi atq; ſtulti. ſilēs ſali nr̃o ſeu
etiam caſtanee nō inciſe. Sal em̄ noſtrũ igni applicatum
ſtatim crepitat atq; ſtridet. Caſtanea v° in igne poſita ab
igne reſilit ⁊ clamorē magnũ facit. Sic vere multi ſũt qui
ab igne correctõis vel tribulatõis refugiũt. ⁊ ſi eis a deo vl̓
a maioribus tali igne caſtigari cõtigerit ſtatim ſtridēt mur-
murando. ⁊ ſtatim clamorem faciũt impatiētiam oſtēden-
do: ⁊ ſtatim fugiũt ⁊ reſiliũt totum onus ſibi impoſitũ di-
mittendo. Iſta patent in illis q̄ penitētias iniũctas facere
nolũt. vel in illis q̄ apoſtatant occaſione correctõis ⁊c. Si-
cut em̄ dr̃ Prouerb. xv. Non amat peſtilens eũ q̄ ſe corri-
pit. Sed procerto q̄a tales fugiũt ignem tēporalis corre-
ctionis: ipi finaliter ponentur in igne infernalis damnati-
onis. Tales em̄ fugiũt arma ferrea ⁊ incidũt in arcũ ereũ
Iob. xx. c. Decidit in ſcilam q̄ vult vitare caribdim. Et de
hoc Ezech. xv. De igne egredient̃ ⁊ ignis conſumet eos.
Iſte ē igitur ignis doloroſus p̄ſentis tribulatõis: q̄ eſt to-
lerandus. ſ. in patiētia. Ignis vero doloroſus future dã-
nationis ē ignis formidãdꝰ. ſ. tribulatio infernalis. Sicut
em̄ ligna inutilia ⁊ arbores q̄ nec pro edificijs nec ꝑ fru-
ctibus aliq̄d valent ſolent in ignem mitti. Sic infructuoſi
peccatores q̄ paradiſi edificijs nihil valent ignibꝰ inferna-
libus cremabũtur. Iuxta ſniam ſaluatoris q̄ dicit Mat-
thei. iij. Et luce. iij. Om̄is arbor q̄ nō facit fructũ bonũ: ex-
cidetur ⁊ in ignem mittet̃. Infernus em̄ eſt ſicut q̄dam re-

gio q̄ dicit̄ Theozonia.q̄ ꝑpetuo igne flāmat.vt dicit Ger
uaſius in libro ſuo de mirabiliꝰ mūdi.Eſt aūt dicta regio
in finibus ethyopie a partibꝰ meridiei vbi pre nimio ſolis
ardore oceanꝰ dr̄ feruere vt cacabꝰ. Sic ꝓculdubio in in
ferno eſt ignis ⁊ flāma perpetua.⁊ feruor ⁊ ebulitio ſempi
terna.Ibi eñ dyabolꝰ facit feruefcere q̄ſi ollam ꝓfundū
maris:ſicut dr̄ Iob.xlj.Ibi etiam ſicut dr̄ ibidē alitus dia
boli prunas ardere facit.qr ſcꝫ ignis eoꝝ non extinguet̄ et
vermis eoꝝ nō morieт̄ Eſa.vlti.⁊ Marci.ix.ca.Ignis eñ
ſulphur ⁊ ſpūs ꝓcellarū pars calicis eoꝝ.pſ.In iſto igit̄
igne reponent̄ finaliter pctōres.Unde Apocal̄.xiiij. Qui
adorauerit beſtiā cruciabit̄ igne ⁊ ſulphure.Et Apocalip.
xix.dr̄.ꝙ beſtia ⁊ pſeudo ꝓpheta miſſi ſunt in ſtagnū ignis
⁊ ſulphuris.Beſtia eñ ſignificat demones.pſeudo ꝓphe-
ta malos.q̄ in iudicio pariter igne infernali cremabūt̄.Iō
de dyabolo ⁊ collegio reproboꝝ dicit dn̄s Ezech.xxxviij.
Ignem ⁊ ſulphur pluam ſup eum ⁊ ſup exercitum eius.
Hic ē igitur ignis doloroſus future damnationis q̄ eſt for
midandus ignis ſcꝫ infernalis. De igne aūt purgatorij
nihil ad pſens dico:neqꝫ de igne cōflagratōis in iudicio.ti
mens prolixitatem.Uide de eis alibi.Et ſic igitur ptꝫ qua
druplex ignis ſcꝫ luminoſus.Uirtuoſus.Uicioſus.⁊ Do
loroſus. Sed ſi adhuc vis aliq̄d ſupaddere.dic ꝙ i ſcri-
ptura reperitur ſextuplex ignis.ſcilicet ignis

Ethereus.	Primus erit ſpiritualis bonitas.	Pri
Pectoreus.	Secūdus erit mētalis charitas.	mo
Fulgureus.	Tercius erit ambiēs vanitas.	igitur
Sulphureus.	Quartus erit carnalis vilitas.	dico.
Cinereus.	Quintus erit opum cupiditas.	ꝙ in
Tartareus.	Sextus erit pene crudelitas.	ſacra

pagina reperit̄ ignis etherëꝰ.Et iſte ꝓcerto ſignificat diui
ni ſpūs bonitatem.Ignis eñ celeſtis luminis triplicis eſt
ꝟtutis.Nam ſicut dicit Dyoniſius de diuinis noibus.Ig
nis habet ꝟtutem cōmunicatiuā. Uirtutē viuificatiuam.
Uirtutē purificatiuā.Ignis eñ ſeſe cōmunicat.qd̄ patet.
qr vna candela pōt accēdere mille ſine ſui detrimēto.Ig-
nis etiam cūcta viuificat.Nam ſm naturales:nihil pōt vi
uere ſine ꝟtute ignei caloris ⁊ ſolaris.Ignis inſup purifi-
cat:ſicut patet ad ſenſum.ꝙ ſordes metalloꝝ purificant̄
in ignē.Et reuera chariſſimi:talis ignis ē ſpūſſanctꝰ.Quia
vere iſte ſeſe cōmunicat ꝑ liberalē compaſſionē.Mentes
viuificat ꝑ cordialem dilectionē.Corda purificat ꝑ crimia
lem abſterſionem.Habet dico ſpūſſanctꝰ compaſſionem
cōicatiuā.Uñ iſte ē qui ꝑ ſeptē dona nō ceſſat quotidie ſe
cōicare ⁊ diſtribuere.Ideo dr̄ a Dyoniſio vbi ſupra.ꝙ ig-
nis per oīa dare ſe venit.Uñ de iſta ꝟtute cōicatiua di-
cit Gregoriꝰ.Or ꝑ ſeptem gradus erit aſcēſus in ciuitatē
celeſtem.ſ.hieruſalē.i.ꝑ ſpiritū ſeptiformē vt ſcꝫ ſimꝰ Per
timorem humiles.Per pietatē miſericordes.Per ſciētiā
diſcreti.Per fortitudinem liberi.Per conſiliū cauti. Per
intellectū prouidi.Per ſapiam maturi.Iſte ē igitur ignis
compaſſionis cōmunicatiue. Item ſpūſſanctus ē ignis
dilectionis viuificatiue.Sicut eñ ſalamandra ex igne vi-
uit.Allec ex aq̄.Cameleon ex aere.Talpa de terra. Quia
ſcꝫ iſta quatuor viuūt ex iſtis q̄tuor elementis.Sic ꝟe cha
riſſimi:nos debemus viuere igne ſpūſſancti.ſcꝫ charitatis
Aere innocentie ⁊ puritatis.Aqua clementie ⁊ pietatis.
Terra patientie ⁊ firmitatꝭ.Ideo de iſta ꝟtute viuificati-
ua dicit Innocētius in ſermōe de ſpūſancto. Spūſſanctꝰ
ad diſcipulos i igne mittitur.vt ſplendeant ꝑ ſapiam ⁊ ca
leſcant ꝑ charitatem.Charitas eñ informat vitā ⁊ ſapia
informat doctrinam ⁊c̄. Itē ſpūſſanctus ē ignis abſter
ſionis purificatiue.Sicut eñ ignis aufert īmundiciā a me
tallis.Iuxta illd̄ Eccli.ij.In igne probat̄ aurū.Sic ſpūſ-
ſanctus ab aīalibus tollit maculas peccatoꝝ.Unde In-
nocentius ibidem.Ignis ꝑ ſplendorem illuſtrat.ꝑ calorē
purificat.Spūſſanctus illumiat mentē hoīs per ſapiam
purificat ꝑ charitatem.Igitur ſpūſſanctus eſt ignis puri-
ficatiuus.viuificatiuꝰ.cōmunicatiuꝰ.Cū eñ ignis habeat
duplicem qualitatē.ſcꝫ calorem ⁊ ardorem.iſte tamē quā
doqꝫ abinuicē ſeparant̄.Ignis eñ eſt in empyreo cū ſplē-
dore ⁊ ſine ardore.⁊ in inferno cum ardore ⁊ ſine ſplendo-
re.in hoc mūdo cū ſplendore ſimul ⁊ ardore.Iſte ignis q̄
eſt in hoc mūdo comparat̄ ſpūiſancto q̄ ardet ⁊ ſplendet.

qr ſpūſſanctus eſt ſplendēs per veritatem.⁊ eſt ardens ꝑ
charitatem.Ideo de iſto igne dr̄ Eccī.xxxix.Iniciū neceſ-
ſarie rei vite hoim aqua ignis ⁊ ferrū.Aqua dico pietatis.
Ignis charitatꝭ.Ferrum firmitatꝭ. Secūdo dico.ꝙ inue-
nitur ignis pectoreus.Et iſte procerto deſignat ꝑfectā ani
mi charitatē.Sed de iſto plene dictum eſt in iſto eodem ti
tulo ſupra. Tercio dico.ꝙ iuenit̄ ignis fulgureus ſigni-
ficans ardentis ambitus vanitatē.Quia ſcꝫ fulgur de ma
teria terrea fortiter ignita eſt ſurſum aſcēdens:ſed finali-
ter deorſum cadens.Sic ambicioſus igne ⁊ ardore dn̄an-
di accenſus.ſurſum q̄ꝫdiu viuit ſemꝑ nitit̄ aſcendere.ſ fi-
naliter in morte compellit̄ vſqꝫ ad infernū deſcendere et
tranſire.Uñ Ezech.j.Hec erat viſio diſcurrēs.ſplendor ig
nis ⁊ de igne fulgur egrediēs. Ubi aduerte.ꝙ ambitio hꝫ

Mentis laborem.diſcurrēs.	Iſte eſt igit̄ ignis fulgu-
Mentis ardorem.ignis.	reꝰ. Quarto dico.ꝙ in
Mentis furorem.fulgur.	uenit̄ ignis ſulphureꝰ ſi-

gnificās carnalis impetꝰ vilitatem.Quia ſcꝫ ignis ſulphu
reus ſignificat peccatū luxurie qd̄ valde fetet.in q̄ balneāt̄
luxurioſi.Uñ iſtud peccatū eſt illud ſtagnū ignis ſulphur̄.
in quo poſita eſt beſtia ⁊ pſeudo ꝓphete.Apocal̄.xix.Uñ
in pſ.Ignis ſulphur ⁊ ſpūs procellaꝝ pars calicis eorum.
Ubi aduerte.ꝙ iſtud peccatū vꝫit affectōem ignis.Habet
infectōem.ſulphur.Infert damnatōem.ſpūs procellarū
pars calicis eoꝝ.Hic eſt igit̄ ignis ſulphureꝰ. Quinto
dico.ꝙ iuenitur ignis cinereꝰ ſignificās auari aīi ꝑrauita-
tem ⁊ ardorem auaricie q̄ ſub cineribus.i.ſub mūdi diui-
tijs cuſtodit̄.Diuitie eñ ſūt ſil'es cineri iuniperi q̄ ſeruat
ignem grecum inextinguibilē.Sic diuitie ignē auaritie n̄
dimittūt extingui.imo ſemꝑ augent ipm.Hic ē ignis q̄ nū
q̄ꝫ dicit ſufficit.Prouerb.xxx.Unde Iob.xxxj.Ignis ē vſ
qꝫ ad perditōem deuorans.Hic eſt igit̄ ignis cinereus.

Sexto dico.ꝙ iuenit̄ ignis tartareus:ſignificās tormen
ti peſſimi grauitatem.Quia ſcꝫ ignis iſte eſt dānatio eter-
na qua inflamātur damnati ſil'es illi lapidi q̄ dr̄ abeſton.
q̄ ſemel accēſus nūq̄ꝫ ampliꝰ extiguit̄.Sic ꝟe aīa peccatrix
igne īfernali ſel' accēſa nūq̄ꝫ ampliꝰ extiguit̄. Uñ Eſa.vlt̄.
Ignis eorum nō extiguet̄ ⁊ vermis eorum nō morietur.
Quod vtiqꝫ preiudiciū erit nō ſolū in aīa.imo etiam in
corpore.Unde Eſa.ij.Succēdent̄ vtrūqꝫ ſimul ⁊ nō erit q̄
extinguat.Sed de iſtis ignibus vide plenius in alijs prece
dentibus.De ethereo in.§.pmo dico.ꝙ eſt q̄dam ignis q̄
eſt lumioſus.De pectoreo in.§.Secūdo dico.ꝙ eſt q̄dam
ignis q̄ eſt ꝟtuoſus.De fulgureo.ſulphureo.cinereo.ꝑ or-
dinem in.§.Tercio dico.ꝙ eſt q̄dam ignis q̄ eſt vicioſus.
De tartareo in.§.Quarto dico.ꝙ eſt q̄dam ignis q̄ eſt do
loroſus. Nota ſi placet ſpecialiter de igne ſpūſſancti diſ
ſerere.expone iſtum ꝟſiculum pſalmiſte. Expandit nubē
in protectōem eorum.⁊ ignem vt luceret eis per noctem.
In iſta eñ auctoritate patet.ꝙ ſicut ignis habet ꝟtutem

Sui diffuſiuam.	Quia ſcꝫ ignis ſine ſui diminuti-
Cito cōmotiuam.	one ſe diffundit ⁊ cōmunicat:ex-
Rerum ſeruatiuam.	pandit.Ignis eñ in quā agit ci-
Foris oſtenſiuam.	to mouet ⁊ viuificat:nubem. Ig
Simul ꝯiūctiuam.	nis ſcꝫ bene proporcionatus res
Sordis conſumptiuā.	cuſtodit ⁊ tutificat:in protectōē
Uiſus allectiuam.	Ignis res oſtendit atqꝫ demon-
Umbre ſublatiuam.	ſtrat.eorum inq̄t quod eſt prono

men relatiuū.Ignis res ꝯiūgit ⁊ conſolidat ⁊ ꝯiūctio co-
pulatiua.Ignis feces conſumit ⁊ res expurgat:ignē. Ig-
nis viſum reficit atqꝫ delectat:luceret.Ignis vmbram tol
lit ⁊ aerem illumiat:per noctem. Sic reuera dicamꝰ ꝙ ſpi
rituſſanctꝰ ad modum materialis ignis ſolet ſe vtiliter dif
fundere.quia deus ipm expandit.Solet mobiliter ſe infū
dere:quia vocatur nubes que ſemꝑ eſt in motu. Solet vi
riliter nos defendere.quia datur in protectōem.Facit vo
caliter verum dicere.quia facit nos eſſe eorum.i.pronomi
na relatiua.Solet ſilr̄ corda iungere.quia dicitur.et.que ē
cōiunctio copulatiua.Solet totaliter culpas tergere.quia
dr̄ ignis.qui ſcꝫ metalla purgat.Solet mentaliter letū fa
cere.quia dr̄ luceret. Et luce nihil conſolabiliꝰ eſt oculis.
Solet finaliter pandere.quia dr̄ illuminare per noctem.

Primo igitur dico.ꝙ iſte ignis ſcꝫ ſpūſſanctus ſolet vti
liter ſe diffundere.quia ſcꝫ ſicut ignis habet naturā ſuiipſi

us diffuſiuam ⁊ multiplicatiuā.quod patet extenſiue.q̇a
de vna candela poſſunt accendi:mille ⁊ ſine ſui diminuti-
one. Patet etiam intenſiue.q2 ignis multiplicat̃ in infini-
tum ſi materia miniſtretur.Sic ſpūſſanctus per diuerſas
gratias in hoīes diffunditur.⁊ ſm̄ ꝙ inuenerit cordis ma-
teriam ignibilem ⁊ ad recipiendum influentiam ipſius pre
paratam cōtinue augmentat̃.Quod bene apparuit i apo-
ſtolis Actuū.ij.Super quos ſpūſſanct⁹ in ſpecie ignis de-
ſcendit ſupra ſingulos eorum ſedit.⁊ domum vbi erant ſe
dentes repleuit ⁊ varijs donis ſpūalibus ipſos impleuit.
ſeq3 in eis diffudit ⁊ multiplicauit.Quia ſcilicet ſicut ibidē
dicitur.Repleti ſunt om̄es ſpūſancto ⁊ ceperūt loqui. Et
hoc oſtendit̃ cu3 dicitur.Expandit.quia ſc3 de⁹ pater iſtū
ignem expandit.diffudit.dilatauit ⁊ multiplicauit per di-
uerſa cariſmata gratiarum.Unde de ſpūſancto poteſt di-
ci illud Eſaie.vj.cap̄.Erit in oſtenſionem ſicut terebintus
et ſicut quercus que expandit ramos ſuos.De multiplica
ta autem magnitudine iſtius ignis dicitur Deuteron̄.iiij.
De celo audire te fecit dn̄s vocem ſuā vt doceret te.⁊ in
terra oſtendit tibi ignem ſuū maximū. Solet igitur ignis
iſte vtiliter ſe diffundere.Expandit inquit. Secūdo di-
co.ꝙ ip̄e ſolet mobiliter nos perfundere ſeu ſeinfundere.
Et hoc oſtenditur.cum dicit̃.Nubes.Nubes em̄ eſt quid
valde mobile ⁊ ſuijpſi⁹ ad diuerſas partes aeris tranſla-
tiuū.⁊ ſui etiam in formas varias cōuerſiuū.terre etia3 ſic
citatis irrigatiuū.⁊ ardoris ſolis refrigeratiuū.Ignis etiā
valde mobile quid eſſe dinoſcitur.quia ſemper ſe agitat et
mouetur.Et illam in quam agit materiam mouere ⁊ agi-
tare dinoſcitur ⁊ probatur.Sic vere ſpūſſanctus mobi-
lis eſt:vbi vult ſe diffundit.vnum dimittit alterum tangit.
Iuxta illud Johis.iij.Spūs vbi vult ſpirat.Sicut patet
Quia dauid ſuſcepit ⁊ ſaul dimiſit.Paulum intrauit.Iu
dam contēpſit.gentiles cōuertit.iudeos excecauit. Unde
Sapientie.vij.dicitur.ꝙ iſte eſt ſpūs intelligentie.vnicus
multiplex.ſubtilis.mobilis.incoinq̇nat⁹ certus.ſuauis ⁊c̄.
Mobilis etiam dicitur pro eo ꝙ illos quos inhabitat:ad
bonum mobiles diligentes ⁊ agiles facere comprobatur
Neſcit em̄ tarda molimina ſpūſſancti gr̄a.ſicut dicit Am-
broſius in quadam omelia.Et breuiter iſte eſt qui terram
cordis humani ſolet donis ⁊ gratijs irrigare.ardorem tri-
bulationū et tentationū temperare.⁊ totum ſubiectu3 qd̉
inhabitat bonis operibus fecūdare.Nubem inquit.Un-
de Ezechiel.j.Nubes magna ⁊ ignis inuoluens ⁊ ſplen-
dor in circuitu.Quia ſicut dicitur in Pſal. Tranſiuimus
per ignem ⁊ aquam ⁊ eduxiſti nos in refrigeriu3.Compa
ra ſi vis iſtum ignem illi:de quo dicit Plinius.ꝙ bitumē
quod dicitur naphata.quod alio nomie vocatur oleu3 de
bacuth.talis eſt nature ꝙ ignem vbicūq3 viſum rapit.De
longe em̄ ſolet ignis proſilire ⁊ accendi in re que tali bytu
mine fuerit inuncta.Unde luminaria inuncta tali bytumi
ne:per ſe vident̃ accendi acſi vna candela etiam a longe
oſtendatur eidem.Eſt em̄ iſtud bytumen cognatum igni-
bus ſicut ait.Tale bytumen eſt gratia diuina.Iſta em̄ co
gnata eſt igni ſpūſſācti.Quia reuera vbicūq3 fuerit ſtatim
ignis iſte ſpūſſanctus rapitur.⁊ cor illud p ſancta deſide-
ria inflammat̃.p̄s.Accēdatur velut ignis zelus tuus.So
let igitur iſte ignis mobiliter ſe infundere. Nubem inquit

Tercio dico.ꝙ ſolet viriliter nos defendere.In prote-
ctionem inq̇t.Nonne gladius igne⁹ ⁊ verſatilis datus eſt
angelo ad defendendū ⁊ cuſtodiendum paradiſum ⁊ viā
etiam vite ⁊ ligni vite.Iſte eſt ſpūs qui ſc3 ⁊ ignis ⁊ gladi
us poteſt dici.quia ſc3 ab inimicis noſtris nos protegit et
defendit.Unde Zacha.ij.Ego ero murus ignis in circui-
tu hieruſalem:⁊ in gloria ero in medio eius.Unde iſte eſt
qui dicit Gen̄.xv.Noli timere abraham ego protector tu⁹
ſum.Sequitur.Apparuit clibanus fumans ⁊ lāpas ignis

Quarto dico.ꝙ iſte ignis facit vocaliter vera dicere.et
hoc oſtenditur cum dicit̃.Eorum.quia iſtud eſt pronomē
relatiuū.quia ſc3 ſicut ignis nō eſt ſine vocali ſono ⁊ ſtrepi
tu.ſicut dicitur Exod̉.xix.Et clangor buccine vehementi⁹
perſtrepebat totuſq3 mons ſynai fumigabat.eo ꝙ deſcen-
diſſet dn̄s ſuper iſraelem in igne.Sic dico ꝙ iſtum ignem
ſemꝑ concomitat̃ ſonitus laudis dei.Quia procerto quā
do ſuper aliquos venerit:facit eos in dei laudem per pre-
dicationē prorūpere.facit eos relatiua inquantū facit eos
verba predicere ⁊ referre.Eorum inquit. Unde Actuū.ij.
dicitur.ꝙ apparuerūt.ſ.apoſtolis diſpartite lingue ſic̄ ig-
nis:ſeditq3 ſuper ſingulos eoꝝ:⁊ repleti ſunt om̄es ſpiri-
tuſancto:⁊ ceperūt loqui varijs linguis ꝓut ſpūſſanctus
dabat eloqui illis.facit igitur vocaliter vera dicere. Eorū
inq̇t.Eſa.lxvj.Ignis eorū nō extinguetur.figura de illo fi
lio hominis Apocal.j.Qui habebat oculos ſicut ſcintilla ig
nis.⁊ vox eius erat tanq̄3 vox aquarū multarū.Quicunq3
em̄ iſtum ignem habuerit:predicando ⁊ laudando voce3
ſuā faciliter exaltabit.Hiere.v.Ecce dedi verba mea i ore
tuo in ignem.Facit igitur vocaliter vera dicere.Eoru3 in-
quit. Quinto vero dico.ꝙ iſte ignis ſolet ſimiliter corda
iūgere.Sicut em̄ ignis habet ꝟtutem conſolidatiuā ⁊ con
iunctiuā.⁊ duoꝝ metalloꝝ in vnū effectiuā.Sic ſpūſſan-
ctus quādo eſt in cordibus hoīm:ipſos ad vnitatem ⁊ cō
cordiam reuocat:⁊ ꝑ pacis ⁊ charitatis vinculum eos li-
gat.Et hoc eſt quod oſtendit̃ cum dicit̃.Et.que eſt cōiun-
ctio copulatiua.Quia ſc3 ignis ſpūſſancti ſolet diuerſa in-
uicem concordare.Et inq̇t Joelis.ij.Sup ſeruos meos ⁊
ancillas meas effundam ſpiritū meu3.⁊ dabo prodigia in
celo ⁊ in terra ſanguinem.⁊ ignem ⁊ vaporē fumi.Aduer-
te tamen.ꝙ ꝑ ignem nō conſolidant̃ aut vniūtur niſi aliq̄
pinguedine mediante.Sicut patet quādo aliquod metal
lum deaurat̃.⁊ quādo aurū alteri copulat̃ quod nō vniū
tur ſibijnuicē:niſi aliqua terra pingui interueniente.Sicut
etiam patet quādo ferrū cum ferro iūgit̃.q2 ſemꝑ lutū vel
terra pinguis interuenire ⁊ apponi probat̃.quo ſc3 medi-
ante vnū efficiūtur.Sic vere dicam.ꝙ mediāte igne ſpūſ-
ſancti nunq̄3 poſſunt diuerſa corda ligari.vel vnū per cha
ritatem fieri:niſi terra ⁊ lutū.i.cōſideratio nr̄e terree mor-
talitatis interueniat.aut niſi pinguedo diuine gratie inter
cedat.Unde de tali terra ⁊ de tali igne poteſt dici illd̉ Lu-
ce.xij.Ignem veni mittere in terram.⁊ q̇d volo niſi vt ar-
deat.Reuera qn̄ cum igne.i.cum ſpūſſācti gratia.terra.i.
noſtre terreitatis conſideratio iūgit̃.neceſſe eſt ꝙ per cha-
ritatem ⁊ concordiam accendat̃.Eſa.l.Succendet̃ vtrū-
q3 ſimul ⁊ nō erit q̇ extinguat.Solet igit̃ ignis iſte ſil'r cor-
da iūgere. Sexto dico.ſc3 ꝙ iſte ignis ſolet totaliter cul
pas tergere.Ignem inq̇t.Ignis em̄ habet ꝟtutem abſter-
ſiuam.purgatiuam.⁊ mūdificatiuā.Patet in metallis ſo-
phiſticatis.ſicut eſt argentū vel aurum cū plumbo vel cu-
pro mixtū.Quia ſi in igne ponūtur:ꝟtute ignis totum illd̉
inutile qd̉ ſupadditum fuerat conſumit̃.⁊ vera auri ſub-
ſtantia purgata remanere probat̃.Sic vere dicam de ſpū
ſancto.Quia procerto qn̄ in cor humanū diffundit̃.omnē
peccati maculam ⁊ omnē mixtionē maloꝝ deſiderioꝝ vel
labem quācūq3 ſuperfluam vicioꝝ exinde tollere adhibfla
re ⁊ conſumere noſcit̃.ita ꝙ homo mūdus ⁊ purus ſan-
ctus ⁊ impollut⁹ efficit̃ dum purgat̃. Deutro.iiij.De⁹ tu
us ignis conſumens eſt.Teſte em̄ Plinio.Fulgur qn̄ per
cutit animal venenoſum:om̄e venenū in ip̄o conſumere
conſueuit.Sic ſpūſſanctus qn̄ inſufflat in hoīem pctōrem
om̄e peccatū ſeu om̄e peccati venenū conſumit ⁊ deſtruit
in eodem.Sicut apparuit in paulo ⁊ ſil'ibus.Unde illud
Sap̄.xvj.In aqua q̇ om̄ia extinguit:plus ignis valebat.
Bene igit̃ dicit̃ de talib⁹ ſic purgatis illud Ecci.ij.In ig-
ne probat̃ aurū ⁊c̄.Quia ſicut dr̄ Eſa.ix.Succenſa eſt q̄ſi
ignis impietas.Solet igit̃ totaliter culpas tergere.Ignis
inq̇t. Septimo dico.ꝙ iſte ignis ſolet mentaliter letum
facere.qd̉ oſtendit̃ qn̄ comparat̃ luci:vt luceret inq̇t eis.
Nihil em̄ conſolabili⁹ luce.Quia ſicut dicit̃ Ecci.xj.Dul
ce lumē ⁊ delectabile ē oculis videre ſolē.De ſpū ſc̄o ſctō
dicit̃ Johis.xiiij.Et paraclit⁹.i.conſolator per ip̄m dn̄m
appellat̃.Bene igit̃ dicit̃ Eſa.x.Erit lumen iſrael i igne.
vt luceret inq̇t.Prouer.xv.Lux oculoꝝ letificat animam.
Solet igit̃ ignis iſte mentaliter letū facere. Octauo di-
co.ꝙ ignis iſte ſolet totaliter vmbra3 tollere.i.vmbrā igno
rantie vel erroris.Qd̉ oſtendit̃ cū dicit̃.Per noctē.Quia
ſc3 iſte eſt q̇ mētē ꝑ inſpiratōem ⁊ reuelatōem illuminat ⁊
oēm noctē erroris inde fugat.p̄s.Eduxit eos in nube diei.
et tota nocte in illuminatōe ignis.patet igit̃ quō iſte ignis
Errores tollit.Letū facit.Culpas euellit.Simul ꝯiungit.
Uera ꝓponit.Tute defendit.Cito operat̃ ⁊ agit. Et vtilit̃

ſe ɔmunicat ⁊ diffundit. Et ſic bene dico. ꝙ deus expandit nubem in protectionē eoꝝ. ⁊ ignem vt luceret eis per noctem. Iſte ē igit̃ quidā ignis q̄ eſt de ſpūſancto ſpecialiter expoſitus. Adhuc dico. ꝙ eſt q̄dam ignis q̄ eſt ad virū iuſtum ⁊ etiam ad charitatis ⁊ dilectionis affectum referendus. Dicamus ergo aliquid de viro iuſto prelato vel quolibet ſancto viro. de angelo. de xp̄o.   Primo de viro iuſto prelato vel ſancto dico ꝙ eſt ignis. Quia ignis eſt

Sui purgatiuus.
Sui diffuſitiuus.
Sui occultatiuus.
Sui augmētatiuus.

Sui dico purgatiu⁹. Ignis em̄ ē elementū puriſſimū: nō recipit em̄ aliquā ꝟtutē. quia ſcʒ quicq̄d ei accidit cōſumit. Et ſic in puritate ſua neceſſario ſiſtit.   Itē ignis eſt elementū cōmunicatiſſimū. q̄ ſcʒ in oīa ſe diffundit: ⁊ ꝟtutem ſuā cunctis diſtribuit ⁊ effundit. Et inde ē ꝙ oīe corpus penetrat ⁊ intime cuʒ corpore ſe ɔiūgit.   Itē ignis ē elementuʒ occultiſſimum. Qui ſcʒ ignis de ſui natura eſt iuiſibilis: nec ab oculo corporali videt̃. niſi qn̄ alicui materie terreſtri vel aeree incorporat̃. Item ignis eſt elemētū infinitū ſeu maximū. Quia ſcʒ ignis ſi applicet̃ materia in quā agit in infinitum ſolet creſcere. ⁊ ſe continue augmētare. Sicut hec oīa patēt ꝑ ſanctū Dyoniſiū. ca. xij. de angelica ierarchia. Sic vere dico. ꝙ vir iuſtus habet puritatem imaculabilem. Nihil em̄ immūdum recipit: q̄ quicq̄d male ſuggeſtionis vel cogitationis ſibi adiūgitur: illud ſtatim conſumere comprobat̃. Nullam em̄ prauā imaginatōem ꝑ dilectionē recipit: imo ſtatim ꝑ firmitatē boni propoſiti illā annihilat ⁊ cōfundit. ⁊ ſic purus ⁊ imaculatus perſiſtit. Et ſic dico. ꝙ iuſt⁹ ſm ps̄. Eſt ſicut ignis q̄ comburit ſiluā malarū. ſ. cogitationū. Et ſicut flāma cōburens mōtes vanarū. ſ. elationū.   Itē dico. ꝙ habet bonitateʒ cōcreabilē amicicie. q̄ ſcʒ neminē ſolet contēnere: ſ cūctis benigniter ſe incorporare ⁊ cōiungere ⁊ bn̄ficia ſua cōmunicare ⁊ diffundere. Actuū. ij. Ignis ſedit ſuꝑ ſingulos eoꝝ. ⁊ repleti ſunt oīes ſcʒ bn̄ficijs huius ignis.   Itē dico. ꝙ iſte ignis habet inuiſibilitatem nō demonſtrabilē. Quia ſcʒ iuſtus ſemꝑ vult eſſe incognitus ⁊ ignotus: ⁊ ꝑ iactantiā ⁊ oſtentatōem nunq̄ hoībus ꝓpalatus. Et nunq̄ niſi ꝑ adiūctionem terreſtris materie id eſt niſi ꝑ incorporatōem alicui⁹ actualis operis ꝟtuoſi ſit libenter hoībus manifeſtus. Vn̄ Seneca. Eſto occultator ꝟtutum ſicut alij vicioꝝ. vn̄ iſte ē ignis ille abſconditus. de quo dicit̃. ij. Macha. j. Q̄ ſacerdotes tūc dei cultores erant: acceptū ignem de altari occulte abſconderūt. eū in valle vbi erat puteus altus ⁊ ſiccus. Expone de iuſto. ſ. qui ſemꝑ vult abſcondi in puteo ꝓfundo humilitatis ⁊ in ſiccitate abſtinentie ⁊ pauptatis Prouerb. vj. Nunq̄d pt̄ quis abſcondere ignem in ſinu ſuo. ps̄. Cōſiderabā ad dexteram ⁊ videbam. ⁊ nō erat q̄ cognoſceret me.   Item habet quātitatē ſupcreſcibilem. q̄ ſcʒ iuſtus non ceſſat q̄diu viuit ꝟtutibus creſcere. ⁊ ſi ligna. i. occaſiones ⁊ bene operandi materia eidem apponit̃ ſe ſemꝑ ſolet in melius augmentare Eccli. xj. A ſcintilla vna augetur ignis. Et Eccli. xxviij. Secūdum ligna ſilue ignis ardebit. Breuiter igitur dico. ꝙ vir iuſtus ignis dicitur: ⁊ igni merito comparatur Unde de helya propheta dicitur Eccli. xlviij. Surrexit helyas propheta q̄ſi ignis.   Ubi aduerte. ꝙ ſicut ignis

Superius gaudet.
Interius ardet.
Exterius ſplendet.
Aſperius mordet.

Sic vere iuſtus gaudet ſuperius deitatis celo. Surrexit. Ardet interius charitatis zelo helyas. Splendet exterius decētie velo propheta Mordet aſperius iuſticie telo. Quaſi ignis.   Primo igitur dico. ꝙ ſpūalis ⁊ moralis ignis. ſ. homo iuſtus. ⁊ maxime bonus eccl'iaſticus vel prelat⁹ ſuperi⁹ gaudet contemplādo celū. Surrexit inq̄t. Quia reuera ſicut ignis habet regionem ſuā ſuperi⁹. ita ꝙ inferius nunq̄ detinet̃ niſi qn̄ terreſtri materie incorporat̃. ⁊ tūc continue ſurſum tendit et vt ſurſum euadat ⁊ erūpat continue agitat̃. Sic vere iuſti ſuperius ꝑ contēplatōem habitant: ⁊ celuʒ viſitāt ⁊ frequentāt dicentes ſcʒ illud Phyl. iij. Cōuerſatio nr̄a in celis eſt: q̄nimo ſi neceſſitate alicui⁹ negocij in terra. i. in terrenis occupationib⁹ detinent̃. nunq̄ ibi mente q̄ſcere cōprobant̃. imo ſemꝑ tentant ⁊ conant̃ inferiora dimittere ⁊ ſuperius agitant̃. ſurſumq̄ per deſideriū circūeūt ⁊ mouētur dicentes ſcʒ illud. Non habem⁹ hic manentem ciuitatem: ſ futuram inq̄rimus. Hebreo. xiij. iuxta illud Col. iij. Que ſurſum ſunt q̄rite vbi xp̄us ⁊c. Surrexit inq̄t Ioſue vij. Surge cur iaces ꝓnus in terra. Vn̄ de talis ignis motu ⁊ aſcenſu dicit̃ Iudicū. vj. Aſcēdit ignis de petra ⁊ carnes azimoſq̄ panes conſūpſit. Expone igit̃ dico ꝙ tal' ſpiritualis ignis ſuperi⁹ gaudet contēplando celum. Surrexit inq̄t.   Secūdo dico. ꝙ iuſtus interius ardet demonſtrando zelum. Et hoc oſtendit̃ cuʒ dicit̃. Helyas q̄ ſcʒ inter ceteros ſanctos plus inuenit̃ zelaſſe pro fide ⁊ veritate. ſicut ipe dicit. iij. Regū. xix. Zelo zelatus ſum pro domino exercituū ⁊c. Et iſte zelus ſatis apparuit qn̄ ignem ſuꝑ quinq̄genarios deſcendere iuſſit. iiij. Regū. j. Et qn̄ ꝓphetas baalim interfecit. iij. Regū. xviij. Sicut em̄ ignis ex natura ꝓpterea feruet ⁊ ardet. Sic iuſtus pro fide ⁊ veritate zelat. ps̄. Accendetur velut ignis zelus tuus. j. Macha. ij. Helyas dū zelat zelum legis receptus ē in celū. qđ ſcʒ factum fuit in curru igneo. ſicut dicit̃. iiij. Regū. ij. Igitur iuſtus ad modū ignis interius ardet demonſtrādo zelū. Helyas inq̄t. Ignis em̄ zeli ⁊ ꝓfundi amoris ē ille ignis q̄ in ſtupis cōtineri nō poteſt q̄n appareat. Vn̄ Hieremias de ſermone dn̄i ad ſe facto dicit ſic. Hiere. xx. Dixi non recordabor dn̄i neq̄ loquar in noīe illius. Seq̄tur. Et factus ē in corde meo quaſi ignis exeſtuās clauſuſq̄ in oſſib⁹ meis ⁊ defeci ferre nō ſuſtinens. Ignis igit̃ iſte interi⁹ ardet demonſtrando zelū. Helyas inq̄t.   Tercio dico. ꝙ iuſt⁹ exterius ſplendet illuſtrando velū. i. exterioreʒ habitū. Quia ſcʒ ſicut ignis habet innatū ſplendorē annexū eſſentie ſue: per quē non ſolū in ſe ſplendet ⁊ rutilat: imo etiam alia illuſtrat ⁊ illuminat. Sic vere iuſtus habet annexū duplicē ſpūalem ſplendorē. ſ. vnū interius q̄ eſt ſplendor veritatis fidei ⁊ ſapiētie. De quo illud Eſaie. iiij. Creauit domin⁹ ſuper omnē locum montis ſyon ſplendorē ignis flāmantis in nocte. Et aliū exterius: ⁊ iſte eſt ſplendor honeſtatis ⁊ decentie ſeu bone apparentie. De quo Eſa. x. Erit lumen iſrael in igne. Igit̃ talis ignis. ſ. homo iuſtus ⁊ in ſe lucet ⁊ alios illuminat. Quia ſcʒ in ſe lucet interius per fidem ſapientiā ⁊ veritatem. exterius ꝑ decentiā ⁊ honeſtatem ſeu cōuerſationis ſanctitatem. Et alios illuminat q̄tuʒ ad primū per ſcientiā ⁊ doctrine vtilitatem ⁊ ſubtilitateʒ. Et q̄tum ad ſecūdum ꝑ honorū exemploꝝ regulam ⁊ puritatē Unde de tali directiuo ſplendore dicitur Ezech. j. Q̄ illa ſancta aīalia viros iuſtos ſignificantia erant ſplendentia et ignea. Unde ibidem dicit̃ ſic. Hec erat viſio diſcurrens in medio animaliū ſplendor ignis: ⁊ de igne fulgur egrediens. Fulgur dico. ſ. honoꝝ exemploꝝ. Igitur iuſtus exterius ſplendet auferendo velum. ſ. caliginis ⁊ erroris: ſeu illuſtrando velum. i. habitū honeſtatis. Et hoc oſtendi cū dicitur propheta. Quia ſcʒ propheta ⁊ interi⁹ ſplendet ꝑ diuinas reuelationes. ⁊ exterius fulget per cōuerſationes directiuas et exēplares ſanctitatis conditōes. ita vt ſibi ab alijs poſſit dici illud Iohis. iiij. Dn̄e vt video q̄ propheta es tu. Et Math. xj Quid exiſtis videre prophetam inquit. q. d. Tales propter ſuam exemplarē vitam digni ſūt ab oīibus inſpici ⁊ videri. Ignis igitur. i. iuſtus exterius ſplendet auferendo velū. Propheta inq̄t.   Quarto vero dico. ꝙ iuſtus aſperius mordet infigendo telū. Et hoc oſtēditur cum dicit̃. Quaſi ignis. De natura em̄ ignis eſt non ſolum ꝙ ſplendeat: imo etiā ꝙ ledat affligat atq̄ mordeat Unde etiā apes habent ſeu telum qđ ignee fertur eſſe virtutis. q̄ ſcʒ dolorem ⁊ aduſtionē inducit. Ignis em̄ ⁊ quelibet res ignea vel ignita: habet ledere ⁊ affligere: purgare ⁊ abſtergere: attenuare ⁊ conſumere. Sic vero dico. ꝙ iuſtus ⁊ maxime iudex vel prelat⁹ debet habere exēplo apū telū igneū. i. rigoreʒ ⁊ ſeueritatē iuſticie. q̄ ſcʒ ⁊ verbo corrigendo: ⁊ ope puniēdo: ⁊ vultu ſeueritatē ꝓtendendo: debet eſſe igneus: vt ſcʒ poſſit malos corrigere abſtergere et purgare: ⁊ ſi forte noluerint: poſſint eos cōſumere vel delere Malach. iij. Ipe em̄ quaſi ignis ɔflans: ⁊ q̄ſi herba fullonū: ⁊ ſedebit ɔflans ⁊ emūdās argētū: ⁊ purgabit filios leui: ⁊ colabit eos q̄ſi aurū ⁊ q̄ſi argentū. ⁊ erūt offerentes dn̄o ſacrificia in iuſticia. Et breuit̃ de talib⁹ dicit̃ Zach. xij In die illa ponā duces iuda ſicut caminū ignis in lignis: ⁊ ſicut faciem ignis in feno. Aduerte tn̄ ꝙ ignis in metallis nobilibus nō cōſumit ſbſtātiā: ſ accidēs ⁊ feculētiā inter-

mixtã:ſicut eſt argentũ ⁊ aurũ. Ad denotandũ ꝙ intentio
boni iudicis ⁊ iuſti ꝑlati debet eſſe ad exterminãdũ vicia
⁊ nõ naturam: ⁊ ad purgandũ ⁊ purificãdũ hoiem nõ dã-
nandũ. Siĺes illi igni vbi fuerũt poſiti Sydrach. Miſach
et Abdenago. q̃ ſcꝫ viros ipos nõ leſit aut ꝯturbauit: vicu
la tamẽ dirupit ⁊ eos liberauit. Ad denotãdũ ꝙ iudex (q̃
uis igneus ſeu ſeuerus) nõ debet ad conſũptionẽ ꝑſonaꝝ
intẽdere: ſ3 ad diſſolutõem ⁊ cõſumptõem vinculoꝝ. i. cul-
parũ principalit̄ anhelare Math. iij. Cõgregabit triticum
in horreũ: paleas aũt cõburet igni inextinguibili. Cuiꝰ ta-
mẽ ꝯtrariũ eſt in multis: q̃ ſcꝫ nõ curãt niſi ꝙ poſſint emẽ
das ⁊ munera reportare: de purgatiõe vo vel emẽdatione
ꝑſone parũ ſolẽt attẽdere vell curare. Siĺes cuidã ſpeciei
fulguris. i. celeſtis ignis: de quo facit Pliniꝰ mentiõem di-
cens. ꝙ eſt ſpẽs fulguris q̃ diſſoluit aurũ in ſaculis ipis ſa
culis ⁊ ſigillis ſaculoꝝ intactis. Vinũ etiã cõſumit in do
lio: ⁊ gladiũ in vagina: intactis ⁊ illeſis dolio ⁊ vagina. Il
lud enĩ qḋ melius ẽ accipit iſte ignis: illud aũt qḋ nihil va
let nõ accipit ſ3 dimittit. Sic vere ſunt multi q̃ in punitõi-
bus ⁊ correctiõibus ſuis nõ curant nec querũt niſi aurum
a barbaris extorq̃re: vinũ ⁊ arma ⁊ oĩa ꝓcioſa ſubripe. De
ſaculis vo vagina ⁊ dolijs. i. de inutilibꝰ ⁊ parũ valentibꝰ:
imo etiã de culpis ⁊ vicijs delinquentiũ nõ curare: q̃nimo
multi ſunt q̃ magis amãt ſeditioſos q̃ pacificos: eo ꝙ ab
ipis ſolẽt vtilitatẽ ⁊ cõmoditatẽ rõne ſuoꝝ criminũ repor
tare Joelis. j. Ignis cõſumpſit ſpecioſa deſerti. Nõ ſic igi
tur: ſ3 debite ⁊ cũ intẽtione ſincera ignis ſpũalis mordeat.
Juſticie velo ſplendeat. Charitatis zelo ardeat. Eminen-
ti celo gaudeat. Et ſic bene dicetur. Surrexit helyas pro-
pheta quaſi ignis. Iſte eſt igitur ignis ad virum iuſtum re
ferendus. Si vero velis ad angelos applicare ⁊ ipſos
igneos appellare: dic ꝙ ſicut ignis inter elementa

Sedet ſuperius.
Volat celerius.
Splendet vberius.
Ardet feruentius.
Agit potentius.

Sic dico ꝙ angeli ſunt in ſtatu ſu-
periores. Sunt in motu celeriores.
Sũt in intellectu ſplẽdidiores. Sũt
in affectu feruẽtiores Sũt in effectu
potentiores. Bene igit̄ dicit̄ in ꝑs.
Qꝛ deus facit angelos ſuos ſpũs ⁊ miniſtros ſuos ignem
vrentẽ. Si vero ad xp̃m applicare velis: dic ſicut ſupra de
ſpũſancto: vel etiam hic de iuſto ⁊c̃. Nota ꝙ oĩa que de
igne viri iuſti moraliſata ſunt a. §. q̃ incipit. Adhuc dico ꝙ
eſt q̃dam ignis q̃ eſt ad virum iuſtũ ⁊c̃. poſſunt applicari
ſupra ad. §. vbi agitur de igne virtuoſo.

Ignobilis. tas. Vide vbi nobilis ſeu No
bilitas ⁊c̃.

Ignominia Nota ꝙ ignominia habet cõtra-
rietatẽ cũ nomine. Eſt enĩ ignomi
nia illa confuſio ſeu infamia q̃ ꝑuat hoiem bono nomie.
Et ideo ignominia nihil aliud eſt ꝓprie loquendo: q̃ boni
nominis ꝑuatio vel carentia. Accipit̄ autem vt cõiter pro
cõfuſiõe. Et idõ cũ ignominia ſꝑ accipiat̄ in malo. Scrip-
tura vo nõ faciat mẽtionẽ gñalit̄ niſi de triplici malo. vicꝫ
De malo culpe. Miſerie ⁊ Pene. Hinc eſt ꝙ de triplici
ignominia poſſumꝰ facere mẽtionẽ. Et ſic dico ꝙ eſt igno-
minia plena vicijs. Ignominia cũ ꝯuiuijs. Ignominia cũ
ſupplicijs. Prima eſt ignominia culpe latentis. Secun-
da eſt ignominia vocis ſeu fame patentis. Tercia ẽ igno-
minia pene fetentis. Primo igit̄ dico. ꝙ eſt quedã igno
minia latens q̃ eſt interior. Et iſta nihil aliud eſt q̃ culpa.
Peccatũ enĩ eſt illud qḋ facit hoiem ignominioſum. i. ſine
nomie. Nomie dico digno coram deo noiari: vel digno in
libro vel in volumie vite ſcribi. Vñ de peccatore dr̄ Pro-
uerb. xvij. Natus eſt ſtultꝰ in ignominiã ſuam. ſ3 nec pater
in fatuo letabit̄. q. d. Stultus. i. peccator in ignominiã na-
tus eſt. i. ignomiabilis apud deũ factus ẽ. Et ideo pr̄ eius
ſcꝫ xp̃s ipe deus nõ letabit̄ in ipo ineternũ. qꝛ ſcꝫ nomẽ e-
ius in libro vite nõ inueniet ſcriptũ: ſ3 inde potius ignomi
nioſe deletũ. Qui enĩ ignominioſe ſe habebãt in bello: vt-
pote qꝛ fugiebãt: vel ſe capi ſine magna cauſa ab hoſtibꝰ
ꝑmittebant: a militia olim ignominioſe remittebant̄. ſtipẽ
dijs ꝑuabant̄. ⁊ nihilominꝰ penis ⁊ improperijs ſubde-
bant̄. Sicut accidit romanis militibꝰ q̃ in bello cãnenſi a
prelio ignominioſe fugerũt. quos ſenatꝰ in Siciliã relega
uit. ⁊ ibi ſub ignominioſa militia militare coegit. ⁊ ꝙ q̃diu
hanibal eſſet in ytalia: ibi nõ intrarẽt ipos ſiĩaliter condẽ
nauit. Sicut ponit tytus liuius de bello pu. Sic vere illi q̃
in bello contra vicia ignominioſe pugnãt: ⁊ q̃ debiliter re-
ſiſtendo ꝑ culpam hoſtibꝰ ſe ſbiugãt. ignominioſi apḋ de
um fiũt: ita ꝙ quouſq3 ſe a culpa purgauerint: ⁊ hoſtẽ ab
ytalia. i. dyabolũ a ſuis cordibꝰ fugauerint: a ſenatu iuſto-
rum ⁊ ſocietate ſpũaliũ militũ lõge deſiſtũt. De alijs etiaꝫ
militibus legit̄. ꝙ qꝛ male pugnauerũt: damnati fuerunt
ab iꝑatore ſuo. ꝙ decetero ſtãdo alijs recũbẽtibus man-
ducarẽt. quouſq3 ignominiã vtuoſe pugnãdo in alijs pre-
lijs compẽſarũt Hiere. iij. Operiet vos ignominia veſtra.
Et Prouerb. xvij. Impiꝰ cũ in ꝓfundũ pctõꝝ venerit cõ
temnet: ⁊ ſeq̃tur cũ ignominia ⁊ obprobriũ. Et aduerte. ꝙ
ſcriptura facit mẽtionẽ de multiplici ignominia. videlicet

Carnalitatis ⁊ immũdicie.
Cupiditatis ⁊ auaricie.
Proteruitatis ⁊ pertinacie.
Verboſitatis ⁊ adulatrie.
Infidelitatis et ydolatrie.

Eſt igit̄ q̃dam ignominia
carnalitatis. Et iſta potiſ-
ſime eſt in actibꝰ luxurie
damnate: ſicut ẽ adulteri-
um ⁊ inceſtus ⁊ ſiĺia. De
adulterio enĩ dicit̄ Prouerb. vj. Qui adulter eſt ꝓpter cor
dis inopiã perdit aiam ſuam turpitudinẽ ⁊ ignominiã cõ-
gregabat ſibi De inceſtu vo cõiter loq̃tur i ſcriptura. ſicut
Leuit̄. xx. vbi dicit̄. Qꝛ qui acceperit ſororẽ ſuam ⁊ viderit
turpitudinẽ ſuam. Seq̃tur. Illaq3 cõſpexerit ignominiaꝫ
fratris ſui: nefariam rem opati ſunt: occident̄ in cõſpectu
populi. Per ignominiã enĩ in ſcriptura intelligit̄ actus lu
xurie: et etiam ipa mẽbra pudibũda. Hiere. xiij. c. Nudaui
femora tua contra faciem tuã: ⁊ apparuit ignominia tua:
adulteria tua ⁊ hinnitꝰ tuus: ſcelus fornicatiõis tue. Vn-
de etiã peccatũ ſodomiticũ qḋ valde ẽ ignomioſum ⁊ in-
fame ſb noie ignominie cõtinet̄. Roma. j. Tradidit eos de
us in paſſiões ignominie: vt faciãt quod eis non expedit.
Iſta eſt igit̄ ignominia carnalitatis. Item ẽ ignominia
cupiditatis. Patet enĩ ad ſenſum. ꝙ illi q̃ incidũt in auari
ciam ⁊ cupiditatẽ: ſicut ſunt vſurarij ⁊c̃. vltra modũ ſunt
tenaces ⁊ parci. Qui ſcꝫ apud oẽs ſunt tenaces ⁊ ignomi-
nioſi. Vñ de iſtis ⁊ alijs ipos cõtemnẽtes ⁊ abominãtes:
põt dici illud Treno. j. Viderunt eam hoſtes ⁊ deriſerunt
ſabbata eius. i. pompas ⁊ ſuꝑba ſolacia: vtpote qñ alijs ſe
preferũt: vel milites fieri ſeu nobilitari q̃rũt: alij q̃ ignomi-
niã vſurarũ a q̃bus iſta ꝑuenerũt cogitãt: ipẽs merito vi-
lipendũt: imo qñq3 talia ipis improperãt ⁊ opponũt. Eze-
chieĺ. xxiij. Ipſi diſcooperierũt ignominiã eius. Iteꝫ eſt
ignominia ꝓteruitatis. Proterui enĩ hoies q̃ ſcꝫ parentes
tã naturales q̃ ſpũales nõ reuerẽtur. ſ3 eis ꝓterue ⁊ obſti
nato aĩo opponũtur ignominioſi merito reputãtur Pro
uerb. xix. Qui affligit patrem ignominioſus erit ⁊ infelix.
Iteꝫ dico ꝙ eſt ignominia adultricis verboſitatis. Ho
mines enĩ adulatores ⁊ mendaces: ⁊ q̃ ſolent placentia di
cere: ⁊ malos in ſuis malicijs ꝯfouere: infames ⁊ ignomi-
nioſi apud bonos ⁊ veridicos ſolent eſſe. Hiere. viij. Sa-
nabãt ꝯtritionẽ populi filie mei dicẽtes pax pax: ⁊ nõ erat
pax. Itẽ eſt ignominia idolatricis infidelitatis. Hereſis
enĩ ⁊ idolatria ſũt vicia valde ignominioſa. Vñ de idola-
tris q̃ adorauerũt vitulũ ꝯflatilem dr̄ Exoḋ. xxij. Spolia
uerat eos aaron ꝓpter ignominiã ſordis. Patet igit̄ ꝙ eſt
ignominia latẽs q̃ eſt interior. Scḋo ꝑncipulit̄ dico ꝙ ẽ
ignominia patẽs: que eſt exterior. Et iſta nihil aliud eſt q̃

Exterior cõfuſio ⁊ infamia.
Exterior pauꝑtũs et miſeria.
Exterior tribulatio ⁊ anguſtia.

De ignominia cõfuſiõis
et infamie dr̄ Hiere. xlvj.
Audierũt gentes ignomi
niam tuã: ⁊ vlulatus tuus impleuit terrã. De ignomi-
nia pauꝑtatis ⁊ miſerie: dr̄ Prouerbio. xiiij. In paucitate
plebis ignominia ꝑncipis. De ignominia vo aduerſita-
tis ⁊ anguſtie: dicit̄ in ꝑs. Imple facies eorum ignominia.
Iſta eſt igit̄ ignominia patẽs que eſt exterior. Tercio
principaliter dico. ꝙ eſt ignominia ſcatẽs ſeu fetẽs que eſt
poſterior. Et iſta ẽ ignominia ⁊ cõfuſio infernalis. Valde
enĩ ignominioſum ẽ homini nobili qñ relegat̄: ⁊ magis qñ
in inſulã deportat̄. Homini libero qñ incarcerat̄. ⁊ magis
qñ ſeruituti ⁊ vinculis ſubiugat̄. Homini diuiti ⁊ glorioſo
qñ depauperat̄ Homini delicioſo qñ laboribꝰ ⁊ anguſtijs
deputat̄. Sic vere qꝛ infernus eſt exiliũ ⁊ relegatio: eſt ſer
uitus ⁊ ſubiugatio: eſt pauꝑtas ⁊ attenuatio: eſt etiaꝫ ad-

uerſitas ⁊ doloroſa tribulatio. ideo maxima ē ignominia ⁊ cōfuſio pctōribus: ⁊ maxime diuitib⁹ hui⁹ mūdi qn̄ deputanť ibidem: ⁊ qn̄ ad illas penas ⁊ miſerias ꝯdemnātur. Tūc em̄ pōt dici de q̄libet dānato illud Oſee. iiij. Gloriā eius in ignominiā mutabo. Quia reuera q̄nto maior ꝓceſſit gloria dū florebāt: tanto maior ſeq̄tur ignominia qn̄ cadūt. j. Macha. j. Scdm̄ gloriā eius multiplicata ē ignominia eius. Un̄ breuiter anime peccatrici pōt dici illud Ezech. xxiij. Dictū eſt meretrici ooliba. Ecce ego tradā te in manus eorꝫ quos odiſti: in manus de q̄bus ſaciata eſt anima tua: ⁊ agent tecū in odio: ⁊ tollēt oēs labores tuos: et dimittēt te nudā ⁊ ignominia plenā. ⁊ reuelabiť ignominia fornicationū tuarꝫ. Sic igitur patet quō inueniť ignominia

Infernalis.
Mundialis.
Criminalis.

Uide de cōfuſione ⁊ verecūdia ⁊c. Si vis adhuc dic q̄ ignominia idem ē qđ confuſio: verecūdia obprobriū ſeu infamia valde magna. Et ideo ignominioſus diciť ab in qđ ē nō: ⁊ nomen qđ eſt fama: q̄ſi ſine nomine ſeu fama. Et iō nota q̄ i ſcriptura triplex confuſio ſeu ignominia reperitur. vicꝫ.

Ignominia continēs gratiam.
Ignominia q̄ ſpectat ad culpā.
Ignominia q̄ ſpectat ad penā.

Prima eſt ignominia quam in mūdo vir iuſtus ſuſtinet. Scđa ē ignominia quā ob culpā impius cōtinet. Tercia eſt ignominia q̄ in penam dānatos detinet. Et ſic dicam q̄ i ſcriptura reperiť ignominia trāſitoria q̄ eſt penitētiū ꝯuerſorum. Ignominia deſtructoria q̄ eſt delinquētiū iniquorū. Ignominia ꝑmanſoria q̄ eſt gemiſcētiū dānatorꝫ. Dico igiť primo. q̄ eſt q̄dam ignominia tꝑalis ⁊ tranſitoria. Et iſta ē ignominia tꝑalis tribulatiōis quā ſcꝫ electi patiūtur in mūdo: vt neceſſitate cōpulſi veniant ad ſalutē. Parum em̄ reputat pr̄ ignominiā filij peſtilētis ſi verberareť in ſcolis. vt ex tali ignominia corrigať: ⁊ tandē gloriā ꝯſeq̄ť. Sicut em̄ dr̄ Eccī. iiij. Eſt cōfuſio adducēs gloriā. Et de tali ignominia dr̄ in pš. Imple facies eorꝫ ignominia: ⁊ querēt nomen tuū dn̄e. Secūdo dico. q̄ eſt ignominia criminalis ⁊ cōfuſoria ſeu deſtructoria. Et iſta eſt ignominia peccati. nihil em̄ cōfuſibilius q̄ꝫ peccatum. Et ideo ſicut video q̄ illi in mundo ſunt ignominabiles ⁊ infames.

Qui proditioſe dn̄os reſpuūt.
Qui vituperoſe ſeſe ꝯſtituūt.
Qui penurioſe ſe bonis exuūt.
Qui ꝓſūptuoſe ſe ſtultos aſtruūt.

Sic vero dico ſpūaliter. q̄ illi abominabiles poſſunt dici q̄ ſūt prodicioſi ꝑ peccatū et idolatriā. Sicut ſcꝫ ſunt illi q̄ deum ꝓpriū dn̄m derelinquūt et eius aduerſario. ſ. dyabolo ſe ꝯiūgūt. Unde de populo idolatro dr̄ Exo. xxxij. Q2 aaron ipm̄ ſpoliauerat ꝓpter ignominiā ſordis. Et inter hoſtes nudum cōſtituerat Et Prouer. xix. dr̄. Q2 qui affligit patrem ſuū ignominioſus erit ⁊ infelix. Itē illi q̄ ſunt vituperoſi ꝑ abuſuꝫ vel immūdiciam. Quia ſcꝫ omnes actus luxurie ſunt ignominioſi. Un̄ etiam illa mēbra pudibūda ignominioſa nominantur. Unde Hiere. xiij. Nudaui femora tua contra faciem tuam: ⁊ apparuit ignominia tua. Et mulieri meretrici loq̄tur ſcriptura Eſa. xlvij. dicens. Reuelabiť ignominia tua: ⁊ videbiť obprobriū tuū. Item illi q̄ ſunt penurioſi ꝑ virtutum relictam copiam. q2 ſcꝫ ſicut ille q̄ fuit diues ⁊ oīa vendens ⁊ inhoneſte expendens efficitur pauper: ignominioſe viuit. Sic illi qui virtutes vendūt ⁊ expendūt et in bonis ſpūalibus inopes fiūt: ignominioſe quo ad deum viuūt. Et ideo a deo ⁊ a ſanctis contemni ⁊ vilipendi digni ſunt. Unde Trenorꝫ. j. Peccatū peccauit hieruſaleꝫ propterea inſtabilis facta eſt. Oēs q̄ glorificabant eam: ſpreuerūt eam. q2 viderūt ignominiā eius. Sequitur. Depoſita eſt vehemēter nō habens conſolatorē. Item illi q̄ ſunt ꝓſūptuoſi ſeu tumultuoſi ꝑ fatuaꝫ inſipientiā. Unde Prouerb. xviij. Impius cū in profundū peccatorꝫ venerit contēnet: ⁊ ſequiť eum ignominia ⁊ obprobriū. Et Prouerb. iij. Stultorꝫ exultatio ignominia. Iſta eſt igitur ignominia criminalis. Tercio dico. q̄ eſt ignominia infernalis ⁊ dānatoria. Et de iſta diciť Oſee. iiij. Gloriā eius in ignominiā cōmutabo. Et. j. Macha. j. Scdm̄ gloriā ei⁹ multiplicata eſt ignominia eius ⁊c. Sufficit.

Ignorantia.

Nota q̄ ignorantia nihil aliud eſt q̄ꝫ carentia ſcientie. Et ē qn̄q̄ꝫ viciū nature: qn̄q̄ꝫ vicium ꝑſone. Homo em̄ naturaliter eſt inſcius ⁊ ignarus. q̄uis anima creeť a deo capax oīs ſcientie. Quia ſm̄ Ariſtotelē. Nihil eſt difficile apud potētiam intellectus. ipā tamen quādo creatur eſt ſine ſcientia actuali. Eſt em̄ ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictum

Diſtinguamus igitur. q̄ eſt triplex ignorātia. ſcꝫ q̄dam

Naturalis.
Criminalis.
Uirtualis.

Primo igitur dico. q̄ eſt ignorantia naturalis: et eſt illa q̄ nobis inſita eſt a natura. Multa em̄ ſunt q̄ nobis natura ſcire negat. Et hoc fit ex nature debilitate: vel ex dei ordinatiua volūtate. Sicut em̄ q̄dam ſunt aīalia q̄ naturaliter naſcuntur ceca: ſicut ſunt canes. vulpes. lupi. leones. ⁊ generaliť oīa aīalia rapacia ⁊ guloſa. Sic vere chariſſimi: nos alij qn̄ naſcimur ſumus ceci: ⁊ naturaliter ⁊ originaliter ignorantes: ⁊ q̄d debemus facere neſcientes. Unde nota. q̄ nos naturaliter ignoramus. iij. Regū. iij. Ego ſum puer ꝑuulus ignorans egreſſum ⁊ introitum meum. ſcilicet.

Meritorū qualitatem.
Futurorum veritatem.
Mortis noſtre ꝓpinquitatem.
Mortuorū conditionem.
Iudicij diſcuſſionem.

Ignoramus dico meritorum noſtrorꝫ qualitatem. Quia ſicut diciť Eccl'es. ix. Neſcit homo vtrꝫ amore vel odio dign⁹ ſit Iob ix. ca. Nempe ⁊ ſi iuſtus homo fuero: hoc ipſum ignorabit aīa mea. Item ignoram⁹ futurorū veritateꝫ. Eccl'es. viij. Multa inq̄t hoīs afflictio: quia ignorat preterita ⁊ futura. Item ignoram⁹ mortis noſtre ꝓpinq̄tatem. Gene. xxvij. Uides inq̄t q̄ ſenuerim ⁊ ignorem diē mortis mee.

Item ignoramus mortuorꝫ conditōem. Eccl'es. xj. Ignoras que ſit via ſpūs. Item ignoram⁹ diſcuſſionē iudicij ſeu acceleratōem. quia ſicut diciť Math. xxiiij. Ueniet dn̄s ſerui illius hora qua ignorat: et partē eius ponet cum peccatorib⁹. Ignorantia em̄ iſtorꝫ quinq̄ꝫ chariſſimi: ē nobis inſita naturaliter. quia ſcꝫ nos nō ſcimus quātum deo placemus: nec q̄d de futuris dicemus: nec etiā quādo moriemur. nec a quo poſt mortem ducemur. nec quādo in iudicio diſcutiemur. Iſta eſt ignorantia naturalis. Secūdo dico. q̄ eſt ignorantia criminalis. Et iſta eſt qn̄ ignoramus q̄ ſcire tenemur. Ignorantia em̄ facti qn̄q̄ꝫ excuſat. Quia ſcꝫ oīa facta nō poſſumus ſcire. ⁊ maxime ſi craſſa nō fuerit vel ſupina. Sed ignorātia iuris nō excuſat. Ius aūt voco quicq̄d ſcire tenemur. ſicut ſunt illa que ꝑtinent ad ſalutem. Ignorare em̄ talia eſt peccatū et periculoſum Sicut em̄ diciť. j. Corꝫ. xiiij. Si quis ignorat: ignorabitur. Sicut em̄ aues ⁊ aīalia que habent viſum debilē faciliť capiūtur. quia ſcꝫ nō vident nec percipiūt rhetia venatorꝫ ita q̄ in illis faciliter inuoluūtur. Sicut patet de leporib⁹ ⁊ annetis que aues ſunt in ſero volantes circa nemora: q̄ in magnis rhetibus ab arborib⁹ pendentibus capiūť. Sic vere illi q̄ viſum ſcientie ⁊ intelligentie ꝑ ignorantiam hn̄t debilem ⁊ obſcurum: in rhetibus peccatorꝫ ⁊ viciorꝫ faciliter irretiūtur. Dum em̄ nō vident nec intelligūt q̄d ſit malum: ipm̄ fugere nequeūt nec vitare. Non em̄ euitať malū: niſi prius cognitū. Et aduerte q̄ quadruplex eſt mala ignorātia. ſ. ignorātia

Sperandorum.
Credendorum.
Agendorum.
Cauendorum.

Ignorantia ſperādorꝫ eſt ignorantia bonorꝫ paradiſi que pro certo multū eſt periculoſa. Illa em̄ ſi ignorāť nō appetūtur. Iō de malis q̄ nihil ſperāt de bonis futuris diciť Iob. xxiiij. Perfodiūt in tenebris domos et ignorauerūt. Ignorantia credendorꝫ eſt ignorantia articulorꝫ fidei et diuine ſcientie ⁊ ſcripture. De qua Roma. x. Ignorantes inq̄t dei iuſticiam: ⁊ ſuam volentes ſtatuere: iuſticie dei nō ſunt ſubiecti. Et Eſa. xxviij. Sacerdos et ꝓpheta ignorauerūt iudicium. Ignorantia agendoruꝫ eſt ignorantia operū bonorū que facere tenemur. De qua j. Regum. xx. dicitur. Quid agereť penitus ignorabat. Et Phyl'. j. Coartor em̄ ex duobus ⁊ quid eligam ignoro. Et j. Reg. xxvj. Apparet q̄ ſtulte egerim: ⁊ ignorauerim multa nimis. Ignorantia cauendorū eſt ignorantia viciorꝫ: et ignorantia infernaliū tormentorū. De ignorantia peccatorum diciť Prouerb. vij. de illo iuuene qui ꝑ mulierem irretitus erat multis ſermonib⁹: ſtatim eam ſequitur. ſicut bos ductus ad victimam. ⁊ quaſi agnus laſciuiens ignorans q̄ ad vincula ſtultus trahatur. De ignorātia vͦ tormentorꝫ dicitur in Pš. in perſona peccatorꝫ. Congregata

ſunt ſup me flagella ⁊ ignoraui. Et ideo breuiter videmus ꝙ aues ignorantes laqueū capiūtur: ⁊ homies ignorātes inſidias hoſtium occidūtur. Sic dico ꝙ illi qui ignorāt pericula cauenda. ſcꝫ laqueos viciorū ⁊ inſidias demoniorꝫ: faciliter in vicijs inuoluūtur. ⁊ per damnatōem perpetuā moriūtur. ps. Ueniant ſup eum laqueus quē ignorat. Job xviij. c. Hec ſunt igit tabernacła iniqui: ⁊ iſte locus eius q ignorat. Iſta eſt igitur ignorantia criminalis. Sed iſta eſt periculoſa ⁊ vicioſa in quolibet viro iuſto: multofortius in prelato. Magis em dānificaret mūdus ſi ſol efficeret obſcurus: ꝙ ſi oīes alie ſtelle obſcurarent. Sic maius ē rei publice preiudicium. ſi ſol. i. ſuperior vel platus efficiat ignorās ꝙ de alijs quibuſcūqꝫ. Et exēplifica ſicut ſupra in pluribus locis. Eſa. lvj. Paſtores ignorauerūt intelligentiam Ideo dicit admiratiue Joh. iij. Tu es magiſter in iſrael: ⁊ hec ignoras? Iſta eſt igitur ignorantia criminalis.

Tercio dico. ꝙ eſt ignorantia virtualis. Et iſta eſt ignorātia bonorꝫ ſimplicium. qui ſcꝫ debent ignorare: ⁊ ſe ⁊ ſuos et ſua. Se dico. Unde Cant. j. Si ignoras te o pulcerrima mulierū: egredere ⁊ abi ſupple a peccato. Suos ſicut ſunt illi q per carnalem affectōem neminē cognoſcūt. Deutro. xxxiij. Dixit patri ſuo ⁊ matri ſue: neſcio vos. ⁊ fratribus ſuis ignoro illos. Sua inſuper. ſicut ſcꝫ ſunt illi qui cor in diuitijs nō apponūt: imo ipas ignorant ⁊ vilipēdūt. Thobie. v. Quō pecuniaꝫ hanc exqram ignoro ⁊c. Vide ſupra de Cecitate. ⁊ infra de Viſu. De vmbra. De obſcuritate. De illuminare. De luce. De lumie ⁊ ſimilib᷑.

Ignoſcere.

Nota ꝙ ignoſcere idem eſt quod indulgere vel remittere. Dicitur aute ignoſcere quaſi nō noſcere ab in ⁊ noſco. Ille em qui indulget ⁊ ignoſcit iniurias ſibi factas. videt obliuiſci vel ignorare ⁊ nō noſcere: vel pro oblitis ⁊ ignoratis. ignotis ⁊ nō recolitis habere. Talis em ignotio ſpectat ad

Deum.
Juſtum.
Impium.

Ad deū dico. Iſte em eſt ſicut puer qui ſolo riſa vel applauſu: ſolo pomo vel ſolo troco indulget ⁊ ignoſcit homini ſe ledenti ⁊ ſibi iniuriam facienti. Quia ſcꝫ nunꝙ poſſum᷑ tantū iſti puero iniuriaſſe peccando: qn ignoſcat cōtinuo: ſi ſibi arriſerimus cōuertendo: ⁊ applauſerim᷑ penitēdo. Qđ bene videt dici Jone. iij. Ubi rex audito malo quo delere volebat dñs niniuitas: pcepit ieiunare: ⁊ indui ſacco ⁊ clamare ad dominū diligenter dicēs. ſcꝫ iſta verba. Quis ſcit inqt ſi conuertat ⁊ ignoſcat deus ⁊c. Ignoſcere igit ſpectat ad deū.

Item ignoſcere ſpectat ad iuſtum. Ad iuſtū em ⁊ generoſuꝫ virū pertinet iniurias dimittere. ⁊ vbi plus vindicare potuit indulgere. Siłis ligno viridi. qđ vbi plus caleſcit magis efficit humidū ⁊ flexibile. Sic vere generoſus ⁊ virtuoſus homo de ꝙto plus caleſcit ⁊ laceſſit iniurijs: tāto plus debet molliri flecti ⁊ inclinari miſcdia ⁊ indulgētijs. Magne em vtutis eſt ꝙ homo tūc velit ignoſcere quādo ſe ſentit maiorib᷑ iniurijs tactū eſſe. Un Seneca dicit. O nobile genus vindicte ē ignoſcere. Exemplo illius impatoris romani Pompey. Qui cū herodem regē iudee bello viciſſet. ⁊ adductus añ eum genua flexiſſet: ⁊ corona añ pedes eius dimiſiſſet. Accepit eam impator ⁊ repoſuit in capite regis victi: dicens eiuſdē eſſe poteſtatis regē vincere ⁊ facere. Bene igit dicit Seneca in libro de morib᷑: vt videtur. Alteri ſemp ignoſcito: tibi nunꝙ. Vide ſi vis Senecā in libro de clementia ad Neronē: vbi multa allegat ad ppoſitū. Ignoſcere igit ſpectat ad iuſtū. Item ignoſcere ſpectat ad iniuſtū. Conſtat em ꝙ peccator ⁊ iniuſtus ſp indiget ꝙ ignoſcat eidem. Et ideo pari paſſu ⁊ iſte debet ignoſcere his q iniuriant eidem. Juxta illud Luce. vj. Date ⁊ dabitur vobis: dimittite ⁊ dimittet vobis. Et. iiij. Reg. v. Ignoſcat mihi dñs ſeruo ſuo. Qđ eſt contra multos q bene volūt ſibi ignoſci. ſ nūꝙ volūt ignoſcere cuicūqꝫ. Figurati in illo ſeruo nequā qui a dño ſuo indulgentiā petijt et accepit: ⁊ tamē cōſeruo ſuo voluit indulgere. ſicut dicit Math. xviij. Quapropter fuit a dño dānatus ⁊ in tenebris exterioribus cōdemnat᷑. Quia ſicut peccator ſibi vult ignoſci: ſic debet ⁊ ipe alijs miſereri. Sicut dr Dañ. iiij. Peccata tua elemoſinis redime. ⁊ iniqtates tuas miſcdias pauperū. Forſitan ignoſcet dñs delictis tuis. q. d. Si tu ignoſcis: ille ignoſcet ⁊c. Vide de Dimittere. Venia. Indulgētia. Parcere. Miſereri ⁊c.

Ille. Illius.

Nota. ꝙ iſtud pnomē ille eſt pnomen relatiuū Refert em ſemp ad aliud antecedēs. Et ſic dico loquēdo moraliter: ꝙ ille pōt accipi in bono ⁊ in malo. Habet em ille in ſeipo quandā naturā nō ſuſtentiuam: ſed ad aliud vt dictum eſt relatiuam. Et ſic dicam ꝙ per ille intelligitur. Chriſtus. Juſtus. Impius. Dyabolus. Mundus

Chriſtus eſt ille q cuncta iudicat.
Juſtus eſt ille qui mores vindicat.
Impius eſt ille qui bona abdicat
Dyabolus ē ille q culpas duplicat.
Mūdus eſt ille qui pōpas explicat.

Primo igitur dicamus de ille inꝙtū ſigt xpm. Xps em pprie dici potuit relatiu᷑. Habuit. n. añcedens deū patrem ꝙtū ad diuinitatē. Virginē matreꝫ ꝙtum ad humanitatē. Et ſic fuit relatiu᷑ inꝙtum ipos in mūdum retulit p predicatiōis ⁊ fidei veritatē. Et ſic dico. ꝙ xps eſt ſiłis illis plantis q vocant agnate: quaꝝ natura eſt ſm Pliniū libro. xvj. ca. xliiij. Q cum ſedē ſuam naſcēdi. i. pprias nō habeant: in aliena viuant: ſicut de viſco: polipodio. dolichos ac ſerpilo exemplificāt ibidem. Sic vere iſte ē ille q quodāmodo agnat᷑. i. ſimul natus fuit cum patre quo ad diuinitatē. Et fuit etiā agnat᷑ matri. i. matri inſitus ⁊ aliūde portat᷑ quo ad humanitatē. Dicit em Plinius ibidē. Q quicqd robori agnaſcit: ſeu quicqd aliūde in robore creſcit ⁊ gignit. de celo miſſum credit. Quia reuera iſte fuit de celo in vginem miſſus: ⁊ ibi in aliena ſede genit᷑ ⁊ formaт᷑. Et ſic ſicut relatiu᷑ in añcedēti fuit poſitus ⁊ fūdat᷑. Fuit igit xps ille. Un nōte chariſſimi: ꝙ h ē

Ille q mōſtrauit patris ſplēdorem.
Ille qui ſeruauit matris pudoreꝫ.
Ille qui pdicauit verbi tenorem.
Ille q reſerauit plebis errorem.
Ille qui ſanauit populi languoreꝫ.
Ille qui acceptauit morū fulgorem.
Ille q habitauit carnis humorem.
Ille qui diuulgauit fame valorem.
Ille qui tolerauit mortis laborem.
Ille qui vendicauit celi decorem.

Et ſic bene dico. ꝙ iſte ille ⁊ retulit multa ⁊ fuit relat᷑ ad multa. Refert igit ille ad patrem qui hunc generauit vt pater dicat illđ Johan. xvj. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis. Item refert ad matrē quā purificauit. id eſt quā benedixit ⁊ purā ſeruauit. Ruth. iij. At ille. Benedicta es inqt a dño filia. Itē refertur ad mūdum cui pdicauit. Joh. xiiij. Paraclitus aūt ſpūſſanct᷑ quē mittet pater in noie meo ille vos docebit oīa: ⁊ ſugeret vob oia

Item refert ad cecos quos illumiauit: qꝛ ſicut dr Joh. v. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucens. Item refert ad infirmos quos ille curauit. Luce. iiij. cap. At ille ſingulis manus imponens curabat illos. Item iſte refertur ad virtutes quibus abundauit. Unde. iiij. Regū. j. Cuius figure ⁊ habitus eſt vir ille? Seqtur. Vir piloſus ⁊ zona pellicea accinctus renibus. Vir em dicit a vtute. Item iſte refertur ad corpus qđ inhabitauit Gen. xxiiij. Quis eſt ille qui venit per agrū. Et Johis. ix. Ille hō qui dr ieſus ſputū fecit ex luto ⁊ liniuit oculos meos ⁊ video. Lutū em ex ſputo: eſt corpus ex terra ⁊ ſanguine. (Uirtute ſcꝫ cui᷑ humanū genus qđ cecum erat fuit illumiatum) Item iſte refertur ad famā que hūc diuulgauit. qꝛ ſcꝫ ille fuit honeſtiſſime ⁊ maxime fame. Un Job. j. Erat aūt vir ille magnus inter oēs orientales iuſtus ⁊ rectus ac timens deū. Iteꝫ iſte refert ad mortem q ipm pſtrauit. Un. ij. Macha. vj. Ille gſioſam mortē amplectens volūtarie ibat ad ſuppliciū. Item iſte refert ad celum qđ recupauit. ſ. aſcēdēdo. Un Judicū. xix. At ille ſurgens cepit velle pficiſci. Iſte eſt em ille in quo eſt cōfidendū. Cui eſt acqeſcendū. Et cui obediendū. Et merito. Quia pcerto ſicut dr Sap. iij. Qui cōfidūt in illo intelligēt veritatem ⁊ fideles in dilectiōe acquieſcēt illi. Quia ſicut dr in ps. Juſticia illius in filios filiorū his qui ſeruāt teſtamentū eius. ⁊ memores ſunt mandatorꝫ illius ad faciendū ea. Et ſic igit patꝫ quō xps potuit dici ille ⁊ quō fuit relatiu᷑ ad multa. Ille igitur ſigt xpm.

Secūdo dico. ꝙ ille ſignat iuſtū. Juſtus em pōt dici ille Et hoc qꝛ ille vt dictū eſt: eſt pronomē relatiuū. Cōformatur em ⁊ refert ad ſuū añcedens: ⁊ ipm añcedens ſupponit ſignat ⁊ refert. Sic reuera vir iuſtus pōt dici pnomen qꝛ p noie: hoc eſt dictu: p xpo noiatiſſimo ponit. inꝙtum

ſcʒ pro ipō ⁊ ipſius fide: ⁊ iuſticia ꝯtra malos p̄dicat ⁊ eis opponit̄ Actuū .ix. Ego oſtendā illi q̄ntum oportcat eū ꝓ noīe meo pati. Uel etiā inq̄ntum ꝓ ipō ⁊ loco ipſius p̄latus p̄dicator vel ſuperior ordinat̄ .ij. Cor. v. Pro xp̄o legatione fungimur. Ponit̄ igit̄ pro noīe .ſ. ꝓ xp̄o. Hic etiā dicat̄ ille ꝓnomen relatiuū. q2 ipē habuit relatōem ad ſuū an̄cedens .ſ. ad deū ⁊ prelatū. Ad p̄latum ei in bonis moribus ſe cōformando ⁊ obediendo. Ad deū: ipſius dei fidē tenendo credēdo ⁊ adorando. Iuxta illud Gen̄ .j. Ad imaginē ⁊ ſilitudinē ſuam fecit illū. Ipōs etiam retulit ⁊ p̄ſentauit p̄dicando ⁊ magnificando: ⁊ v̄tutes ipoꝝ in ſe exēplariter oſtendēdo. Bene igit̄ pōt dici ille. Et maxime q2 iſte nō ſolum ē relatiuū. imo etiā aliquotiēs demonſtratiuū. quia .ſ. iuſtus ſolet vt dictū eſt an̄cedentes .ſ. deū ⁊ ſanctos p̄res exēplariter oſtēdere: ⁊ viā veritatis aliȷs verbo ⁊ ope demonſtrare. Un̄ illud predictū. Ioh. xiiij. Ille vos docebit oīa. Et .iiij. Reg. vj. At ille mōſtrauit ei locū. Sic igitur poſſum dicere ꝙ ille poteſt ſignificare grandē perfectōem Eſt eñ ille vocabulum generaliſſimū: ſub quo poſſunt cōtineri omēs homines virtuoſi. Unde de iſto ſancto poſſumus dicere. ꝙ tanta fuit in illo perfectio ꝙ nō potuit proprio nomine nominari. Et ideo neceſſe fuit eum generali vocabulo nominari ⁊ nūcupari. Dictus igitur fuit ille. De iſto igitur ille poſſum notarē ꝙ ille fuit

Clarus in cōuerſatione.
Carus in dilectione.
Gnarus in diſcretione.
Purus in affectione.
Durus in correctione.
Mirus in duratione.
Mitis in reſponſione.
Fortis in oratione.
Triſtis vel dulcis pre compaſſione.
Plenus operatione.
Altus contemplatione.
Doctus in predicatione.
Certus in locutione.
Iuſtus in prelatione.
Sanctus in religione.
Promptus in ſubiectione.
Letus in cōuerſione.
Tutus in ſaluatione.

tua mulierib⁹. Poteſtatē habuiſti in corpe tuo: dediſti maculā in glia tua. Pꝛophanaſti ſemē tuū: inducere iracundiam ad liberos tuos. ꝛ in ceteris ſtulticiā tuā. vt faceres imperiū bipertitū: ꝛ ex effrem (al's effraym) impare imperiū durū. Hic eñ ſupponit ſcriptura q̄ ꝑpter auariciā ꝛ libidinem ꝛ alia vicia ſalomonis. regnū ꝛ imperiū iſrael fuit diuiſum: ita q̄ Jeroboam qui erat de tribu effraym: ibidē regeret cū roboam. ſicut aperte patet. iij. Reg. xj. ꝛ. xij. In q̄ certe figuraliter oſtendit. q̄ cū quis vicijs ſubijcit ꝛ repletur. neceſſe eſt q̄ mentis eius imperiū diuidat. ꝛ q̄ ibidem extranei. i. paſſiones ꝛ mali impetus dominent. ꝛ q̄ ſemē bonoꝝ effectuū ꝑbanet. Et q̄ ſub duce motuū irronabilium. imperiū mentis exulet ꝛ grauet: vt ſic dicat cuilibet tali illud Thobie. ij. Uix effugiſti mortis imperiū. Nō ſic ſed imperet deus aio ſeu rōni. animus corpi. corpus mūdo. vt. ſ. animus ſanctus petat ꝛ dicat dño illud pſ. Da imperiū puero tuo: ꝛ ſaluū fac filiū ancille tue. De q̄ aug. vbi. ſ. ca. xxvj. Hec in vnoq̄q̄ iuſticia eſt vt de⁹ hoi. anim⁹ corpi. ratio aūt vicijs repugnātib⁹ imperet vel ſubigendo: vel reſiſtēdo. vt ꝛ ab ipo deo petat ꝛ meritoꝝ gra: ꝛ pctōꝝ venia ꝛc. Patet igit q̄ ē iperiū qd firmat moꝝ ꝓuctib⁹. Tercio dico. q̄ eſt imperiū qd pfert regnis ꝛ gētib⁹. Et iſtud ē imperiū ꝛ iuriſdictio eccleſiaſtica q̄ de ſalute aiarū pncipaliter hʒ tractare. Iſtud eſt em imperiū qd dʒ eſſe Qrtum

Ad pſides ſanctiſſimum
Ad mandata iuſtiſſimū.
Ad humiles dulciſſimū.
Ad ꝓteruos duriſſimū.

Iſta em eſt veritas q̄ bon⁹ platus vel ſpūalis impatoꝛ debet eſſe ſanctiſſimus in cōuerſando: vt ſcʒ ſit in viuēdo regula vite ꝛ moꝝ. Nā vt dicit Seneca in Prouer. Oēs equo animo parēt vbi boni imperāt. Itē iuſtiſſimus in iudicādo. Nihil em valet imperiū ſine iuſticia. q2 al's non eſt imperiū ſed latrociniū. Uñ Eſaie. xlv. Igit in dño dicet mee ſunt iuſticie ꝛ imperiū. Item dulciſſimus in remittēdo ſeu in indulgēdo. Melius em boni obtemperant qñ plati benigniter regnāt ꝛ imperāt. Exemplum de Roboam filio Salomonis cui dixit ppl's. Minue paululum de imperio patris ꝛ ſeruiemus tibi. Quod q2 facere noluit ſed minas ꝛ dura verba reſpōdit. ideo maioꝛē partē regni pdidit. ſicut dicit. iij. Regū. xij. Uñ contra tales crudeliter imperātes ꝛ benignitatē facere neſcientes dr illud Ezech. xxxiiij. Cū auſteritate ꝛ potētia imperabatis eis: ꝛ diſperſe ſunt oues mee. Itē debet eſſe loco ꝛ tpe duriſſimus. ſcʒ cōtra ꝓteruos ꝛ malos. Quia ſcʒ multū decet principem vel platum imperioſe loqui ꝛ agere. ꝛ facere ſe timeri. Uñ apl's docet Tytū. ij. Loquere ꝛ exhortare et argue cū omi imperio: nemo te contemnat. Iſtud eſt igit imperium qd preferf regnis et gētibus. Quarto dico. q̄ eſt vnū imperium qd regitur eternis legibus. Et iſtud eſt imperiū ipſius dei q̄ ſcʒ creaturis imperat vniuerſis. Quia ſicut dicit Apocal. j. Chriſtus fecit nos regnū ꝛ ſacerdotes deo ꝛ patri ſuo. Ipſi gloꝛia et imperiū in ſecula ſeculoꝝ. Amen ꝛc. Uide vbi regnū. Dominari. Pꝛelatus ꝛ ſimilibus.

Impetus. Nota q̄ in ſcriptura dicit de quodam impetu virtuoſo. De quodam impetu vicioſo. De quodā impetu doloꝛoſo. Impet⁹ em ſignat celeritatē. velocitatē. ſubitam ꝛ pcipitam motionē: citam et irretardabilem actionem. Pꝛimo igit dico. q̄ eſt quidā impetus cōmendabilis. Et iſte ſignat agilitatem ꝛ ꝓmptitudinē virtuoſam quā hʒ aliquis ad bona opera facienda. Et ideo q̄libet talis dicit Cañ. iiij. Fons oꝛtoꝝ: puteus aquarū viuētium q̄ fluunt impetu de libano. Uide iſtā auctem diuiſam et ꝓſecutā ſupra de fonte. Et ideo tales ſic virtualiter ꝛ ſpūaliter impetuoſi figurantur in illis ſanctis aialibus Ezech. j. De quibus dicit. q̄ vbi erat impetus ſpūs illuc gradiebant. Impet⁹ em ſpūs ſignat meatum gr̄e diuine: q̄ ſubito et ſine dilatione vbi vult influit atq̄ ſpirat. Neſcit em tarda molimina ſpūſſcti gr̄a. Uñ in Pſ. dicit. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Et iſta eſt igitur impetuoſitas cōmendabilis. Scdo dico. q̄ eſt vna impetuoſitas deteſtabilis. Et iſta eſt illa qua ſtulti et mali impetuoſe ꝛ ſine deliberatione faciūt facta ſua. Mali em et maxime iracundi ꝛ ſuperbi ſimiles ſunt leopardo et leoni. qui valde ſunt impetuoſi ꝛ precipites ad ſanguinem ꝛ ad predam. Sic iſti ad nequiciam et ad culpam. et maxime ad iracundiam ſeuitiam et vindictam. Et ideo de ſuperbo Nabuchodonoſoꝛ et de exercitu eius et de violētia eoꝝ dicit Eſaie. v. Rote eius quaſi impetus tempeſtatis. Et ideo ſicut tales impetuoſe ꝛ ſine deliberatione faciunt facta ſua. Sic ꝓcerto cito ꝛ cū impetu deficit vita ſua ꝛ accelerat pena ſua. Sicut habemus de antiocho qui impetuoſe currebat de montibus ad occiſionē iudeoꝝ. quē impetu euntem cōtigit de curru cadere et tam mirabiliter q̄ miſerabiliter in mōtibus vitam finire. Ad qd facit figura de porcis in quos demones intrauerūt. ſicut dicit Marci. v. Quoꝛum grex magno ipetu pcipitat⁹ in mare. Quia vere illi quos demones inhabitāt per pctm. cum impetu ꝛ feſtinatione pcipitant et pereunt p motis amaritudinē ꝛ infernum. Et ideo talis talium violentia et impetus nō debet a nobis timeri: ſed magis vſq̄ ad tempus in patientia ſuſtineri: cum cito ꝛ cum impetu debeat terminari. Un de. j. Macha. iiij. Impetum eoꝝ ne timueritis: memētote quomō ſalui facti ſunt patres veſtri. Iſta eſt igit impetuoſitas deteſtabilis. Tercio dico. q̄ eſt vna impetuoſitas formidabilis. Et iſta eſt violentia moꝛtis eterne. De qua Apocal. xviij. dicit. Et quidam angelus foꝛtis. id eſt xp̄s miſit lapidem molarem. id eſt inſenſibiles pctōꝛes in mare. i. in amaritudinem infernalem: dicens. hoc impetu mittetur babylon ꝛ vltra non inuenief ꝛc. Uide ſupra de feſtinatione. Et de Cito. Et de Celeritate. Et infra de Subito et Uelocitate ꝛc.

Impius. Nota q̄ impius idem eſt qd iniquus. Crudelis. Peccatoꝛ ꝛ tyrānus. Quis em impius poſſit ſignificare quēlibet peccatoꝛem ꝓprie tamen ſignat illos q̄ ſunt ſine pietate. Et ſic dicit impius ab in quod eſt ſine ꝛ pietas quaſi ſine pietate. Impius igitur idem eſt qd crudelis. Nam ſicut crudelis diceretur q̄ pꝛopriaꝫ vxoꝛem. ꝓpꝛium filium. ꝓpꝛioſq̄ ſeruos gladio iugularet vel in manib⁹ hoſtiū captiuos daret. Sic chariſſimi pctōꝛ q̄ vxoꝛē ſuā. i. aiaꝫ ſuā. filiū. i. aim. ſeruū. i. ſenſus coꝛpoꝛis ꝛ aie potētias gladio pcti occidit ꝛ ipas i manib⁹ hoſtiū. i. demonū obligat atq̄ trad crudelis ꝛ impius pōt dici: vt de talibus dicat illud. ij. Regum. iiij. Homines impij interfecerūt virum innoxium in domo ſua. Impietas igitur accipit ꝓ ſeuitia et crudelitate. ꝛ pꝛo nequitia ꝛ iniquitate. Impietas em crudelitatis regnat in malis ſuperioꝛibus. Iſti em crudeliter ꝛ impie ſolent erga ſubditos ſe habere. Generalis em eſt regula q̄ omnes aues pꝛedales ſuis pullis et filijs ſunt impie ꝛ crudeles. Sicut patet in aquilis qui ꝓpꝛios filios ſolent percutere ꝛ vnguibus pungere: ꝛ eis nutrimentum ſubtrahere et ad exeundū niduꝫ compellere et exire. Sicut dicit Ariſtotiles. Sic vere mali et iniqui pꝛincipes ꝛ pꝛelati. officiales. iudices ꝛ balliui: ꝛ etiam mali vſurarij et tyranni. Tales em filijs ſuis. id eſt ſubditis pauperibus ſimplicibus et minoꝛibus ſunt impij crudeles pariter ꝛ iniqui. Iſtos em vnguibus ſue rapacitatis excoꝛiant per rapinam vſuram ꝛ vexationem. ipſis nutrimenta ſuoꝛum bonoꝝ tpalium ſubtrahunt per multiplicem exactionem. ipſos etiam finaliter de nidis domibus et poſſeſſionibus eijciunt per exheredationem. De tali impietate conqueritur ſcriptura Abachuc pꝛimo. Dirigens ad deum verba ſua. Quare inquit taces deuoꝛante impio iuſtioꝛem ſe: et facies hominis ſicut piſces maris ꝛ quaſi reptilia non habentia ducem: Et dicit in eodem capitulo. Impius pꝛeualet aduerſus iuſtum. pꝛopter hoc egreditur iudicium peruerſum. Et aduerte q̄ ſicut tales aues impie et rapaces ſolent altius volare. clarius videre ꝛ in plumis pꝛe ceteris auibus abundare. Sic vere tales impij ſolent altius volare per ſtatus eminentiam. q2 ſcilicet aſcendūt pꝛe ceteris ad altas dignitates ꝛ officia. Pſ. Uidi impium ſuperexaltatum et eleuatum ſupꝛa cedros libani. Item ſolent altius videre per mundanam ſubtilitatem ꝛ ſapientiam. quia vt cōmuniter ita fit q̄ illi q̄ ſunt ceteris ſapientioꝛes ſunt ſepiſſime neqoꝛes Eſaie. xl. Succenſa eſt quaſi ignis impietas. Succenſa dico. id eſt per ſapientiam illuminata. Item ſolent plumas plures habere id ē maioꝛem diuitiarū opulentiā. quia ſicut dicitur Hieremie. xij. Uia impioꝛum pꝛoſperatur: bene eſt omnibus qui pꝛeuaricantur ꝛ inique agunt. Ueruntamē omnis im

pietas eſt hoꝛrenda multiplici ratione. quia Iniquoꝛum

- Proſperitas nō eſt durabilis.
- Malignitas eſt immutabilis.
- Iniquitas deo eſt odibilis.
- Crudelitas eſt impoꝛtabilis.
- Tranquillitas eſt ꝑturbabilis.

Dico igiꝰ ꝙ iſti habent indurabilē ꝓſperitatē. Unde Iob. xx. Scio a pꝛincipio ꝙ ex quo poſitus eſt homo ſuper terram ꝙ laus impioꝛum breuis ſit. Itē iſti habent immutabilem malignitatē. Sunt em̄ obſtinati in malicia. Unde Prouerb. xviij. Impius cū in ꝓfundum peccatoꝝ venerit contemnet. Item iſti habent deo odibilem iniq̄tatem: quia ſicut diciꝰ Sap̄. xiiij. Similiter ſunt deo odio impius ⁊ impietas eius. Item iſti habent impoꝛtabilē crudelitatem. Unde Eccleſiaſtici. xxij. Arenam et ſalem ⁊ maſſam ferri facilius eſt poꝛtare q̄ꝫ hominem impꝛudentem ⁊ fatuum et impium. Item iſti habent perturbabilem trāquillitatem. quia ſcꝫ iſti nunq̄ꝫ habent pacem perfectā. Unde Eſaie. lvij. Impij quaſi mare feruēs qḋ quieſcere non valet: ⁊ nō eſt pax impijs dicit dn̄s. Ergo chariſſimi. Derelinquat impius et vir iniquus cogitationes ſuas ⁊c̄. quia ſicut diciꝰ Eccleſiaſtici. xv. Deus nemini mandauit impie agere: ⁊ nemini dedit ſpaciū peccandi. Quia ꝓcerto deus cū ſit pius: impios exterminabit ⁊ eos in inferno ſine pietate damnabit Iude. Ecce veniet dn̄s arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eoꝛuꝫ quibus impie egerunt. Nos igiꝰ iuxta cōſilium Pauli ad Tytum. ij. abnegantes omnem impietatem ⁊ ſecularia deſideria ſobꝛie. et iuſte. ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſeculo. expectātes beatam ſpem ⁊c̄. De impietate vero in deuꝫ que nihil aliud eſt q̄ꝫ cōtemptus legis diuine aut diuini cultus nihil ad pꝛeſens. Uide de Iniquo: et de Peccatoꝛe: et ſupꝛa de crudelitate ⁊c̄.

Implere. Nota ꝙ implere idem eſt qḋ augere Cumulare et cetera ſimilia. Accipiꝰ etiā implere ꝓ facere vel ꝓ exeq̄. Un̄ nota ꝙ iplere ſignat

- Alicuius operis executionē.
- Alicuius tꝑis ɔſummationē.
- Alicuius loci cumulationē.
- Alicuius rei ampliationē.

Implere dico accipiꝰ ꝓ operis executione. Un̄ Nume. xxxij. Iſti impleuerunt voluntatē meam. Item accipiꝰ pꝛo certi tempoꝛis terminatione: vt. j. Paralip. xvij. Cunq̄ꝫ impleueris dies tuos ſuſcitabo ſemē tuum. Item accipitur pꝛo omnis loci vacui ſeu vaſis adimpletione. Et ſic accipiꝰ Iohānis. ij. Implete hydrias aq̄ ⁊ ferte architriclino: ⁊ impleuerūt vſq̄ꝫ ad ſummū. Item accipiꝰ pꝛo omnis negocij cōſummatione ⁊ pꝛo quolibet cōplemento ⁊ perfectione ⁊ terminatione Iohānis. xv. Ut gaudium veſtrum impleatur ⁊c̄. Et ſic poteſt dici ꝙ eſt implementum bonum ⁊ malum. Sed omitto gratia breuitatis. quia ſatis diceꝰ infra de Plenus. Et vide ſupꝛa de Adimplere. Nota igiꝰ ꝙ eſt implere ſeu impletio Quedam

- Virtuoſa.
- Viciosa.
- Doloꝛoſa.
- Gaudioſa.

Pꝛimo igiꝰ dico. ꝙ eſt impletio virtuoſa qn̄ ſcꝫ homo impletur bonis virtutibus Et quādo domus eccleſie impletur bonis perſonis ⁊ honeſtis hominibꝰ. De impletione virtutū et moꝝ diciꝰ Luce. j. Zacharias pater eius impletus eſt ſpūſancto et ꝓphauit. Et aduerte ꝙ loca vacua ⁊ non plena ſolent impleri. Et ideo notādum ꝙ illi q̄ pleni ſunt bonis terrenis ⁊ peccatis non poſſunt impleri ſpūſancto vel gratijs ⁊ virtutibꝰ. niſi pꝛius peccatis ⁊ terrenoꝛum affectionibus vacuentur. Illi v̄o qui ſunt humiles ⁊ pauperes: ⁊ bonis tꝑalibus indigentes ſolent a deo facilius impleri: ⁊ gratijs ⁊ ſcientijs plus ditari. Sicut em̄ diciꝰ Luce. iij. Omnis vallis implebitur. Et Luce. j. diciꝰ. Oꝛ dominus eſurientes impleuit bonis et diuites dimiſit inanes. Et ſicut videmus ꝙ ſi in vaſe pleno bono ⁊ ſubtili liquoꝛe poneretur aliquid terreū ſeu groſſum. ſtatim liquoꝛ effunderetꝰ. ⁊ vas illa re groſſa et terrea impleretur. Semper em̄ liquidum cedit groſſo ⁊ compacto. Sic vere chariſſimi ſi aliquis habeat coꝛ plenum bono liquoꝛe gratiarum et virtutum. et coꝛpoꝛa groſſa. id eſt bona terrena ſupintroducanꝰ per affectionem. vel etiam vicia et peccata. tunc dictus bonus liquoꝛ effunditur: et illud quod introductū eſt retinetur. Et ideo de multis videmus ꝙ ſunt impleti vicijs ⁊ non gratijs. Unde nota ꝙ quidam implētur carnalitate Pſal. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibꝰ.

Quidam cupiditate Eccl̄s. v. Auarus nō implebiꝰ pecunia. Quidā crudelitate. iiij. Regū. xxiiij. Impleuit hieruſalem cruoꝛe. Quidam ſuperbie vanitate. Un̄ Eſaie. vj. Domus impleta eſt fumo. Non ſic: ſed impleamur gratijs et non vicijs. virtutibus ⁊ non criminibus. deuotione ⁊ non infectione: vt ſic dicatꝰ illud Pſ̄. Aperiente te manū tuaꝫ omnia implebunꝰ bonitate. De impletione bonarum perſonarū quibus ſcꝫ eccleſia debet impleri poteſt dici illud Math. xxij. Implete ſunt nuptie diſcumbentibus. Et tamen hodie verificatur illud Zacha. viij. Platee ciuitatis implebunꝰ infantibꝰ ⁊ puellis ⁊c̄. Expone de perſonis inutilibus que ſunt hodie in eccleſia: que poſſunt comparari infantibus ratione ignoꝛantie ⁊ ſimplicitatis: ⁊ puellis ratione ſterilitatis. Dictum eſt igiꝰ de impletione virtuoſa.

Scḋo dico. ꝙ eſt impletio vicioſa. Et iſta eſt quādo homines implenꝰ vicijs ⁊ peccatis. ⁊ terrenis diuitijs ſeu bonis. Un̄ de filio ꝓdigo diciꝰ Luce. xv. ꝙ cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas poꝛci māducabāt. Tercio dico. ꝙ eſt impletio doloꝛoſa. Et iſta eſt qn̄ damnati implebunꝰ miſerijs ⁊ toꝛmentis. De quo pōt dici illud Eze. ix. Implete atria interfectis. Quarto dico. ꝙ eſt impletio gaudioſa. Et iſta eſt impletio perfectoꝝ ⁊ beatoꝝ: qui impleti ſunt cunctis bonis Philip. iiij. Deus aūt impleat omne deſiderium veſtrū. Ibi em̄ omne deſiderium ⁊ omnis appetitus perficiꝰ ⁊ impletur. Quia ſicut Pꝛouerb. xiij. diciꝰ. Deſiderium ſi compleatꝰ dilatat animam ⁊c̄.

Sed ſi vis adhuc aliquid dicere de impletione virtuoſa. Vicioſa. Doloꝛoſa ⁊ Gaudioſa. dic ꝙ cum teſte Augꝰ. Coꝛ humanum ſit capax deo ⁊ dei habitatione: conſtat ꝙ nihil minus deo ipſum poteſt implere. Et inde eſt ꝙ ſolus deus (cum omne aliud minus ſit ipſo) coꝛ humanum implet ⁊ ſatiat. al̄s ſi deo careat inane ⁊ vacuum perſeuerat. Animam inquit deo capacē nihil minus deo implere poteſt. Et ideo iſte eſt qui inuitat animam vt per eum impleatur. ⁊ vt ſua gratia ⁊ per conſequēs omni virtutum abūdantia cumuletꝰ dicens illud pſal. Ego em̄ ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuū ⁊ implebo illud. Aduerte tamen ꝙ deus multifoꝛmiter dicitur creaturas implere ſcꝫ eſſentialiter ⁊ hoc facit eius infinitas qua rebus inſidet. Potentialiter ⁊ hoc facit eius ſagacitas qua cunctis ꝓuidet. Spūaliter ⁊ hoc facit eius benignitas qua coꝛde reſidet. Pꝛeſentialiter. ⁊ hoc facit eiꝰ felicitas qua celis pꝛeſidet. Dei em̄ eſſentia cuncta ſolet replere. Cum em̄ iſta ſit infinita: neceſſe eſt ponere ꝙ iſta ſit vbiq̄ꝫ. ⁊ per conſequens iſta impleat omnia. Et hoc eſt qḋ ipſe dicit Eſaie. lxvj. Celum inquit mihi ſedes eſt: et terra ſcabellum pedū meoꝝ. Et Hieremie. xxiij. Celum ⁊ terrā ego implebo dicit dominus. Iſtud potiſſime apparuit in beata incarnatione vbi ſimul implebat celū ⁊ vterū virginalem. Un̄ Aug. in epiſtola ad Felicianū dicit. Nō igitur locali motu ad Mariā diuinitas venit: ſed ineffabili potētie ſue manifeſtatione ⁊ vterū matris gignēdus impleuit: ⁊ totū qḋ eſt ſubſtantie ſue plenitudine non ꝓuauit. Non reliquit patrē cū venerat ad virginē. vbiq̄ꝫ totus: vbiq̄ꝫ ꝑfectus. quia nec diuiſionem ſimplicitas recipit: et partes plenitudo non nouit. Sequiꝰ. Iacebat chꝛiſtus q̄ꝫtum ad carnē moꝛtuus ⁊ ſepultus: moꝛtuos reſuſcitās in inferno vitā tribuens vniuerſis in celo. Nec mundū dimittēs ad celū aſcendit: nec celū deſerens venit: ſed vno ⁊ eodē tempoꝛe totus totum impleuit. Dei autē ꝓuidentia cuncta ſolet ſupplere. Potentia enim pꝛouidentie diuine implet et ſatiat vniuerſa. Unde in Pſal. Oculi omnium in te ſperant domine: et tu das eſcam illoꝛum in tempoꝛe oppoꝛtuno. Aperis tu manū tuam: ⁊ imples om̄e aīal bn̄dictione. Diuina v̄o gr̄a cūcta facit vigere. Iſta eſt em̄ q̄ iplet aīam om̄i bono: ⁊ q̄ v̄tutes in ip̄a generat ⁊ ꝓducit. De qua in pſal. diciꝰ. Om̄ia a te expectant vt des illis eſcam in tempoꝛe. Dante te illis colligent. Aperiēte te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Diuina autem gloꝛia cuncta facit ridere. Quia ſcꝫ iſta eſt que implet oēs aīe appetitus: ⁊ que beatos implet ⁊ ſatiat omni bono. Unde Iohānis xv. Gaudiū meum in vobis ſit: ⁊ gaudiū v̄m impleatꝰ. Et nota ſi vis ꝙ beati implenꝰ in patria p ꝑn̄tiam creatoꝛis Clara cognitione: q̄ cūcta ꝑſpicit. Iſti em̄ implenꝰ a

Dulci fruitione: q̄ cuncta reficit.
Longa duratione: q̄ nunq̄ꝫ deficit.

deo ſplēdore cognitionis Eſa.lviij. Requiem tibi dabit dn̄s deus ſemper: et implebit ſplēdoribꝰ animā tuā ⁊c. Itē implent a deo dulcore fruitionis. Unde Eccleſiaſtici.xxiiij. Tranſite ad me oēs qui concupiſcitis me ⁊ a generationibꝰ meis implemini. ſpūs em̄ meꝰ ſuper mel dulcis. ⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauū. Qui edūt me adhuc eſurient ⁊ qui bibunt me adhuc ſitient. Itē implentur a deo tenore. id eſt ꝑpetuitate durationis. quia ſcꝫ gloria eorum durabit perpetuo. Non em̄ erit infecunda ⁊ ſterilis terra tua. numerū dierum meoruꝫ implebo Exod. xxiij. Et breuiter de plenitudine cuiuſlibet beati poteſt dici illud Exodi.xl. Poſtq̄ cuncta perfecta ſunt operuit nubes tabernaculum teſtimonij et gloria domini impleuit illud. Sed adhuc nota. ꝙ in ſcriptura inuenitur multiplex impletio tam actiue q̄ paſſiue. Eſt enim Impletio

Perfecti opis quā debes facere.
Diuini muneris quā debes ſumere.
Immiſſi ſceleris quā debes fugere.
Pn̄tis eccleſie qua debes viuere.
Seq̄ntis miſerie quā debes tremere.
Ingentis leticie q̄ debes pſallere.

Impletur igitur.

Lex xp̄i pijs operibus.
Cor iuſti ſacris virtutibus.
Mens ſtulti multis ſceleribus.
Eccleſia bonis hominibus.
Inferna cunctis doloribus.
Patria bonis felicibus ſeu ſummis dulcoribꝰ.

Primo igit dico ꝙ inuenitur impletio q̄ impletur lex chriſti ⁊ h̄ operibus virtuoſis. Et iſta eſt illa qua iuſti pro viribus implent ⁊ perficiūt voluntatem diuinam et ipſius opera ⁊ mandata. De filijs enim iſrael qui dei voluntatē in deſerto violauerunt nec eā perfecerūt aut impleuerunt dicit Numeri xxxij. Qꝛ terram ꝓmiſſionis intraturi non eſſent. De Caleph autē ⁊ Joſue q̄ dei voluntatem impleuerant dicitur ibidem ꝙ terram ꝓmiſſionis intrarent. Iſti inquit impleuerunt voluntatē meā. Quia vere terrā ꝓmiſſionis paradiſi illi ſoli poſſunt intrare. q̄ dei voluntatē ſtuduerint ad implere. Ideo bn̄ dicit Deut.iiij. Precepta atqꝫ iuſticias ſicut mādauit dominus facietis ⁊ obſeruabitis ⁊ implebitis opere. Et aduerte ꝙ nos debemus Implere opera

Perfectionis.
Subiectionis.
Compaſſionis.
Dilectionis.
Diſcretionis.

Per primū implemus ſcripta deorū. ſcꝫ legē dei ⁊ eccleſie. ⁊ fidei cerimonias et mādata de quo Matth.iij. Decet nos implere oēm iuſticiā Luc.xxij. Quod ſcriptū eſt oportet ipleri. Per ſecundū implemus iuſſa maioꝝ: hoc eſt dictu p̄latorum et ſuperioꝝ noſtroꝝ ſicut faciunt veri obedientes q̄ libenter implent ⁊ faciunt quicq̄d mandat iuſte. Iſtud eſt em̄ implere obedientie. quo ſcꝫ illa que vouimus vel ꝓmiſimꝰ. vel illa que a p̄latis in mandatis accepimus adimplere debemus. Exemplo creaturarū que optime implent officia que ſibi a deo vel a natura iniuncta ſunt. Exemplifica de aquis fluētibus. maribus fluctuātibus: ventis flātibꝰ ⁊c. Ideo bn̄ dicit Numeri.xxxij. Implete qđ polliciti eſtis. Et.ij.Thimo.iiij. Tu vero vigilia. in oībus labora. opus fac euangeliſte. miniſteriū tuū imple. ſobrius eſto. Per tercium implemus ſeu ſupplemus vaſa minoꝝ. hoc eſt dictu miſerias pauperū ⁊ egenoꝝ. et infortunia tribulatoꝝ. qui ſcꝫ ſunt vacui ⁊ inanes et indigent per pietatem impleri. Juxta doctrinā apoſtoli.ij.Corinth.viij. In preſenti tempore illorum inopiam veſtra abundantia ſuppleat: vt ⁊ illorum abundantia veſtre inopie ſit ſuplementū. Iſti ſunt igit pauperes qui indigent impleri. Figurati in illo q̄ ventrem ſuum cupiebat implere ſiliq̄s quas porci manducabant Luc.xv. Unde Gene.xliiij. Imple ſaccos eorum frumento quantū poſſunt capere: ⁊ pone pecuniā in ore ſacci. Per quartū implemus corda noſtra ſcꝫ per dilectionē ꝓximi. Sicut em̄ dicit Ro.xiij. Qui diligit ꝓximū legem impleuit. Et Gal.v. Omnis lex in vno ſermone impletur. Diliges ⁊c. Per quintum implemus ſeu ſupplemus damna ſtultorum. ſcꝫ per opera eruditionis doctrine et diſcretionis. per que ſcꝫ ignorantes et fatuos fide et veritate replemus. De quo Johannis.ij. Implete hydrias aqua: et ferte architriclino ⁊ impleuerunt vſqꝫ ad ſummuꝫ. Et iſte hydrie erant poſite ſm̄ conſuetudinem iudeorum. In quibus ſcilicet dominus mutauit aquam in vinum. ſignificātes ſcꝫ bonos doctores ⁊ predicatores qui alios purificāt qui ſcꝫ impleti ſcientia alios implēt. ⁊ aquam doctrine ſue in vinum conſolationis mutant. Iſte igitur dicit alijs illud Coloc.j. Impleamini agnitione voluntatis dei. Unde de bono doctore alios implente dicit Eccleſiaſti.xxiiij. Qꝛ ipſe implet quaſi phiſon ſapientiam. Impletur igitur lex chriſti ⁊ hoc operibus virtuoſis. Scđo dico. ꝙ impletur mens iuſti ⁊ hoc muneribus precioſis. id ē per gratias ⁊ virtutes. Conſtat em̄ ꝙ deus implet mentem quam inhabitat omni bono. Nam ſicut prudens miles caſtrum ſuum quod intendit ab hoſtibus ipſum impugnātibus tueri ⁊ defendere: ⁊ in quo intendit morari et habitare ſolet bonis neceſſarijs implere ⁊ munire. Sicut etiam apes faciunt naturaliter vaſa. que ſcꝫ inhabitant que cera et melle: floribus ⁊ paſtu replent et muniūt. Sic deus cor humanum in quo cupit per gratiam habitare. ⁊ qđ ab hoſtibus ipm̄ impugnantibus vult tueri ⁊ defendere bonis ſpiritualibus primo implet. et primo ibi tute et delectabiliter reſidet atqꝫ manet Numeri.xiiij. Implebitur gloria domini vniuerſa terra. Un̄ dn̄s volēs implere grā cor humanū ſolet facere ſicut hō. q̄ volens bn̄ implere ſaccū ſuū. ſolet ipꝫ mouere ⁊ ꝑcutere vt plura poſſit in eo cumulare ⁊ menſuram refertam ⁊ coagitatam in eo congregare. Sic vere deus volens implere cor humanum. ipſum bonis affectionibus inſpirationibus ⁊ cogitationibus et quādoqꝫ vexationibus primo mouet et agitat. et ſic ipm̄ ad capiendū dilatat: ⁊ tandē bonis oībus ornat. Un̄ Aug. in libro de bono viduitatis dicit ſic. Veſtrū inquit eſt velle: ſed volūtas ipa mouet vt ſurgat. ſubleuat vt valeat. dilatat vt capiat. impletur vt habeat. Breuiter iſta eſt veritas. ꝙ deus eſt ſicut diues vſurarius qui plena diligit ⁊ non vacua. bona ſimiliter ⁊ non mala Exod.xxiij. Non apparebis in cōſpectu meo vacuus. Igitur nota ꝙ iuſti implentur Quandoqꝫ

Sapientia vt erudiant.
Opulentia vt ſubueniant.
Indigentia ne ſuperbiāt.

Implent iuſti ſapientia vt alios poſſint erudire. Eccleſiaſtici.xvij. Senſu impleuit cor eorum. bona ⁊ mala oſtendit eis Eccleſi.xv. Impleuit illum dn̄s ſpiritu ſapientie ⁊ intellectus et aqua ſapientie ſalutaris potauit illum ⁊c. Itē implent opulentia vt alijs poſſint ſubuenire Prouerb.iij. Da inquit pauperibus et implebunt horrea tua ſaturitate ⁊ vino torcularia redundabunt. Item implentur indigentia ſeu tribulatione ⁊ penuria nec poſſint ſuperbire. pſal. Imple facies eoꝝ ignominia ⁊ querēt nomen tuū domine. Et Job.ix. In turbine inquit conteret me. ⁊ multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa. non concedat quieſcere ſpiritum meum. et implebit me amaritudinibꝰ. Et breuiter iſta eſt veritas ꝙ iuſti implent omni gratia iuſticia et virtute. vt ſcꝫ finaliter impleant eterna gloria cum ſalute. Pſal. Qꝛ magnificata ſunt opera tua domine: omnia in ſapientia feciſti. impleta eſt terra poſſeſſione tua. poſſeſſio dico. id eſt virtutū et bonorum operū cumulatione. Igit patet ꝙ impletur mens iuſti ⁊ hoc muneribꝰ ꝑcioſis. Tercio dico. ꝙ implet cor ſtulti ⁊ hoc ſtercoribꝰ viſcoſis. Porci em̄ magis delectant impleri ſtercoribus q̄ꝫ odoribus: ⁊ magis ſapiūt eis fetida ⁊ immūda q̄ nitida ſeu mūda. Sic vere pctōres magꝫ volūt ſatiari ⁊ im[pl]eri. cumulari ⁊ fecūdari rebꝰ fetidis ⁊ immūdis q̄ redolētibꝰ ⁊ puris. hoc eſt dictu. Rebus tpalibꝰ et vicioſis. immūdicijſqꝫ peccatoꝝ carnalium et delictoꝝ. q̄ꝫ quibuſcunqꝫ operibus odoriferis ſpiritualium virtutū. Figurati in illo prodigo qui cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant. ſicut dicitur Luce.xv. Et ſic de malis notabis ꝙ impleri volūt Quidam

Luxuria ⁊ carnali ſputo.
Seuitia ⁊ crudeli ſcuto.
Supbia ⁊ ferali bruto.
Auaricia ⁊ letali luto.
Uinolētia ⁊ nouali muſto.

Implent igit mali luxuria et carnalitate dicentes. ſcꝫ illud Sapiētie.ij. Uino precioſo et vnguentis impleamus nos. et coronemꝰ nos roſis anteq̄ꝫ marceſcant. nullum ſit pratum quod nō pertranſeat luxuria noſtra. Et illud Pſal. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Item implent mali ſeuicia et crudelitate.iiij.Regum.xxj. Sanguinem innoxium fudit manaſſes multum donec impleret hieruſalem vſqꝫ ad os. Itē implentur mali ſuperbia ⁊ pompoſitate. Unde de p̄ſumptio

ne ſuperbi poteſt dici illud Exod. xv. Dixit inimicus perſequar et comprehendā: diuidam ſpolia implebitur aīa mea. Euaginabo gladium ⁊c. Item implentur auaricia et cupiditate. quia ſcꝫ iſti ſunt qui terrenis ſubſtantijs impleri volunt aut rapina. aut furto. aut fraude. Rapina dico figurati in illo leone de quo Naū. ij. Leo cepit ſufficiēter catulis ſuis: necauit leenis ſuis. ⁊ impleuit preda ſpeluncas ſuas ⁊ cubile ſuū rapina. Furto etiam. Unde Prouer. vj. Furatur em̄ vt eſurientē impleat aīam. Fraude v̊o Prouerb. j. Ueni nobiſcū. inſidiemur ſanguini: abſcondamus tendiculas contra inſontē. Sequitur. Omnem precioſam ſubſtantiā reperiemus: implebimus domos noſtras ſpolijs. Et tamē tales auari ſunt fatui. quia ſcꝫ impleri credūt bonis terrenis: cuꝫ terra cū oībus bonis (teſte ſcriptura) ſit naturaliter inanis ⁊ vacua Gen̄. j. Inane aūt nunꝙ̄ implet locū: immo quanto plus in loco eſt de vacuo ⁊ inani. tāto minus eſt ibi de pleno. Et ſic bene ſequit̄ ꝙ auari quāto plus ditant̄: tanto minus implentur Eccle. v. Auarus non implebitur pecunia. Et. vj. Anima illius nō implebitur Ezechi. vij. Argentū eoꝝ ⁊ aurum eorum non valebit liberare eos ſcꝫ ab auaricia. Sequit̄. Animā ſuam non ſaturabunt ⁊ ventres eoꝝ non implebuntur. Item implent̄ vinolētia et ebrietate Eſaie. v. Ue qui cōſurgitis mane ad ebrietatem ſectandā ⁊ potandū vſqꝫ ad veſperaꝫ vt vino eſtuetis. Patet igitur quō implet̄ cor ſtulti ⁊ hoc ſtercoribus vicioſis. Quarto dico. ꝙ impletur eccleſia ⁊ hoc hominibus ſtudioſis. Licet em̄ eccleſia generalis impleta ſit bonis ⁊ malis perſonis. figurata in ſagena miſſa in mari. quā cum impleta eſſet educentes ⁊ ſecus littus ſedētes. elegerūt bonos in vaſa ſua. malos aūt foras miſerūt. Pro eo ſcꝫ ꝙ iſta ſagena id eſt eccleſia militans bonis et malis cōmuniter plena ſit in p̄ſenti. qui tamē p chriſtum ⁊ angelos diuident̄ ab inuicem in futuro. Eccleſia tamē ꝓut ſumitur pro ſtatu perſonarū eccleſiaſticarū ſolis bonis pſonis debet impleri. et ſolis virtuoſis hoībus impartiri: ⁊ virtutibus et bonis moribus adornari. Et procerto ſic fuit in pncipio. Quia eccleſia chriſti euāgelio emergente impleta fuit hoībus virtuoſis. ⁊ p ꝯſequēs moribus ⁊ v̊tutib⁹ geneſis. Uñ de quolibet iuſto poteſt dominus dicere illud Aggei. ij. Ueniet deſideratus cūctis gētib⁹: ⁊ implebit domū iſtā gloria. Et nota ꝙ eccleſia antiquitus Implebat̄

Iuſticie vigore.
Mundicie decore.
Leticie dulcore.
Gloria et honore.
Tam fama ꝙ̄ odore.

Dico igitur. ꝙ p̄mitus impleuit eccleſiam iuſticia ſeu lex vigoris Eſa. xxxiij. Impleuit dn̄s ſyon iudicio et iuſticia: et erit fides temporibus ſuis. Item mundicia ſeu nix decoris Ezechielis. xxvij. Eccleſia videbat̄ ſic loqui. Perfecti decoris ego ſum ⁊ in corde maris ſita. Sequitur. Finitimi tui qui edificauerūt te ipſi impleuerunt decorē tuū. Item leticia ſeu lux dulcoris. ij. Macha. iij. Templum inquit ꝙ paulo ante timore ac tumultu erat plenum. apparente domino gaudio et leticia impleta eſt. Item ipſam implebat virtus et gloria ſeu laus honoris. Unde Ezech. xliiij. Uidi et ecce impleuit gloria domū domini. Item ip̄am implebat fame fragrātia ſeu viror odoris. Uñ Ioh. xij. Domus impleta eſt ex odore vnguēti. Sed quid? ꝓculdubio non ſic hodie. quia reuera tam eccleſiaſtici ꝙ̄ religioſi mag̃ implētur hodie perſonis inutilibus ꝙ̄ vtilibus magis vicijs ꝙ̄ virtutibus. ⁊ magis inſolentijs ꝙ̄ bonis moribus. Unde dominus conquerēs dicit Hieremie. xvj. Contaminauerunt inquit terram meam in morticinis ydolorum ſuorum. et abhominationibus ſuis impleuerunt hereditatem meam. Morticina em̄ ſunt viles et corrupte perſone quibus hodie impletur eccleſia. Abhominationes vero ſunt mala opera et peccata que hodie ibidem habitant et abūdant. Et nota ſi vis ꝙ eccleſia impletur hodie.

Symonie lepris.
Luxurie ſtupris.
Inuidie ſcalpris.
Infamie ſcabris.
Leticie ſonis.
Deſidie ſomnis.

Impletur dico eccleſia lepris ſymonie. Uñ. iij. Regū. xiij. Quicunqꝫ volebat implebat manū ſuam ⁊ fiebat ſacerdos. Item implet̄ ſtupris luxurie. vñ illud p̄dictum Hieremie. xvj. Abhominationibus impleuerunt hereditatem meā. Item impletur ſcalpris inuidie. ſcꝫ morſuris detractionis. vnde inuidis videt̄ dictum illud Ezechie. ix. Trāſite per ciuitatem ⁊ percutite. nō parcat oculus veſter. neqꝫ miſeramini. ſenē adoleſcentē ⁊ virginem ⁊ mulieres interficite: ⁊ a ſanctuario meo incipite. Sequit̄. Contaminate domum: implete atria interfectis. Applica bene cōtra inuidos et detractores q̄ nemini parcunt. Item implet̄ ſcabris. id eſt fetoribus ⁊ infamia. Figurata in regina Heſter. De qua legit̄ Heſter. xiiij. Or ꝓ vnguētis varijs cinere ⁊ ſtercore impleuit caput. Itē impletur ſonis. id eſt cantorib⁹ inanis leticie. Uñ illō Zach. viij. Platee ciuitatis implebuntur infantibus ⁊ puellis ludentibus in plateis. Item impletur ſomnis deſidie negligētie et pigricie. Uñ illud Matthei. xxij. Implete ſunt nuptie diſcūbentibus. Diſcumbere em̄ ocium ⁊ pigriciam deſignat. Iſta autem omnia poſſunt figurari Apocalip. xv. vbi dicitur. ꝙ impletum eſt tēplum dei fumo. et nemo poterat introire in templum donec conſummarent̄ ſeptem plage. Quia reuera procħdolor templum dei quod eſt eccleſia impletum eſt hodie fumo id ē peccato. Fumo dico

Occulte ſeu tortuoſe intrāte ecce Symonia.
Tecta maculante. ecce Luxuria.
Oculos ledente. ecce Inuidia.
Naribus fetente. ecce Infamia.
Cilia claudente. ecce Inuidia.
Cerebrū mouente. ecce Uana glīa.
Surſum aſcendēte. ecce Superbia.
Ab igne naſcēte. ecce Auaricia.
Acriter mordente. ecce Iracundia.
Cuncta deſiccante. ecce Triſticia.

Et breuiter templū eccleſie (qđ dolendū ē) ī multis ſuiſ partib⁹ tali multiplici fumo impletum eſt Iuxta illō iij. Regū. viij. Nebula impleuit domū domini. Ita ꝙ iam nulli vel rari templum iſtud ingrediunt̄ aut introeant. niſi dūtaxat q̄ ſunt tales ꝙ ſeptem plagas. i. ſeptem mortalia crimina cōſummāt atqꝫ faciant. quia ꝓcerto hodie qn̄qꝫ fit ꝙ mali citius intrant ⁊ ꝓmouent̄ ꝙ̄ boni ⁊ facilius admittunt̄ ad bn̄ficia ꝙ̄ perfecti. Uñ de terra. id eſt de eccleſia poteſt hodie dici illud Ezechiel. xxx. Fortiſſimi inquit gentiū. id eſt demonū adducent̄ ad diſperdendū terram. id eſt eccleſiam. ⁊ implebūt terram interfectis. i. peccatoribus: ⁊ faciā alueos fluminū aridos. ⁊ tradā terram in manu peſſimorū. ⁊ diſſipabo terram ⁊ plenitudinē eius in manu alienorum. Expone totum de moderna religione vel eccleſia. Non ſic: ſed impleat̄ eccleſia moribus generoſis ſeu hominibus ſtudioſis. Quinto vero dico. ꝙ impletur damnatus ſeu infernus ⁊ hoc ardoribus doloroſis Conſtat em̄ ꝙ infernus quotidie impletur ⁊ cumulet̄ peccatoribus qui illic fluunt. Ipī v̊o peccatores implent̄ tormentis ⁊ doloribus. Et ideo damnato dicit̄ illud Ezech. xxxij. Satiabo de te beſtias vniuerſe terre. ⁊ dabo carnes tuas ſup montes ⁊ implebo colles tuos ſanie tua. ⁊ irrigabo terrā fetore ſanguinis tui inſup mōtes ⁊ valles implebunt̄ ex te. Impletur igit̄ dānatus ⁊ hoc ardoribus doloroſis. Sexto v̊o dico. ꝙ impletur beatus ⁊ hoc dulcoribus gaudioſis. Conſtat em̄ ꝙ ꝓ tp̄e vite huius cor humanum nunꝙ̄ implet̄. ſolus em̄ deus p glīam illapſus menti pfecte ip̄am implet. intantum ꝙ nihil aliud querit: ſed ſibi ſufficit qđ iam tenet. Sed de hoc ſatis dictū eſt ſupra in fine illius. §. q̄ incipit. Sꝫ ſi vis adhuc aliq̄d dicere. Patet igit̄ quō impletio ſumit̄ multis modis. vide vbi adimplere. cōplere. plenitudo. replere. ſatiare ⁊c.

Imponere.

Nota ꝙ in ſcriptura reperio multiplex genus impoſitionū. Et hoc ſm̄ diuerſitatem illorum qui imponunt: vel illorum q̄ imponuntur: et illoꝝ q̄bus imponunt̄. Et ſic breuiter notabo. ꝙ in ſcriptura reperit̄ tā actiua ꝙ̄ paſſiua. Impoſitio

Sūmi numinis q̄ eſt magnifica.
Celſi culminis. i. p̄lati q̄ eſt ſctifica.
Iuſti hoīs que eſt dignifica.
Certi noīs que eſt fatidica.
Duri turbinis q̄ eſt tyrānica.
Falſi criminis q̄ eſt falſidica.

Deus enim imponit onus: ſꝫ h̄ imperatiue. Prelatus iponit manus: ſꝫ h̄ miniſtratiue. Iuſtus imponit munus: ſꝫ h̄ famulatiue Mundus imponit nomen: ſed hoc ordinatiue. Tyrānus imponit grauamen: ſed hoc tempeſtatiue. Iniquus imponit crimen: ſed hoc machinatiue. Primo igit̄ dico. ꝙ inuenitur impoſitio que eſt magnifica. Et iſta eſt impoſitio dei. quia ſcilicet deus ſicut iudex ⁊ imperator Imponit

Leges oberrantibus.
Manus indigentib⁹.
Penam delinquētibus.
Gloriam ꝓmerētibus.

Imponit em̄ deus leges ad gubernandū. Unde illud Joſue xxiiij. Impoſuit pplo p̄cepta ⁊ iudicia i ſichē. Itē imponit manus ad adiuuādū. Un̄ de muliere curua dicit̄ Lu. xiij. Qz ieſus impoſuit illi manus ⁊ cōfeſtim erecta eſt. Item imponit penā ad puniendū ſcꝫ bonos qn̄qꝫ tpaliter. pſ̄. Poſuiſti tribulationes in dorſo nr̄o: impoſuiſti hoies ſup capita noſtra. Et malos eternaliter Eze. vij. Judicabo te iuxta vias tuas: ⁊ imponā tibi om̄ia ſcelera tua et nō parcet oculus meus. neqꝫ miſerebor. Itē imponit gliam ad p̄miandum. Gloriā dico dignitatis terrene. ſicut qn̄qꝫ fit cū ex inſpiratione diuina ꝓmouet̄ q̇s tpaliter. ſicut dicit̄ Exo. xxix. Cinges aaron ⁊ liberos ei⁹ balteo: et impones eis mitras. eruntqꝫ ſacerdotes mei in religione perpetua. Gloriam etiam felicitatis eterne. Sicut etiam fit qn̄ in celis coronat̄ quis eternaliter. pſ̄. Gliam ⁊ magnū decorē impones ſuper eū dn̄e: poſuiſti in capite eius coronā de lapide p̄cioſo. Et Baruc. v. dī aīe btē. ꝙ deus imponet mitrā capiti tuo honoris eterni. Iſta eſt igit̄ impoſitio: q̄ eſt magnifica. Scd̄o dico. ꝙ inuenit̄ impoſitio q̄ eſt ſanctifica. Et iſta ꝓcerto eſt impoſitio quā facit bon⁹ p̄latus. q̇. ſ. imponit homini manus. Circa qd̄ nota. ꝙ quia manus habet

Inungere.
Abſtergere.
Iniungere.
Erigere.
Percutere.

Dico ꝙ p impoſitionē manus quaꝫ facit p̄latus pōt intelligi impoſitio indulgētie vel abſolutionis que inungit. Impoſitio pnie vel correctionis q̄ abſtergit. Impoſitio p̄eminentie ⁊ ordinationis q̄ iniūgit Impoſitio excellentie ſeu ꝓmotionis q̄ erigit. Impoſitio potentie vel defenſionis q̄ pcutit. Prelatus em̄ abſoluendo lenit ⁊ inungit Mar. xvj. Sup egros manus imponēt ⁊ bene habebūt. Et maxime p̄latus inungere dicit̄ inq̄tuꝫ ſpūſſctūs q̇ dicit̄ inunctio p talem impoſitionē dat̄ Act. viij. Tūc imponebāt manus ſup illos ⁊ accipiebāt ſpiritū ſanctū. Corrigendo ſeu pniam infligendo mūdat ⁊ abſtergit: vt ⁊ ſic figuraret̄ in abraā Gen̄. xxj. Qui impoſuit vtrē aque ⁊ panē ſcapulis agar ⁊ qui impoſuit ligna ſup Iſaac q̄ deo immolari debebat. ſicut dī Gen̄. xxij. Ad denotādū: ꝙ abraam. i. bonus p̄latus debet qn̄qꝫ panē ⁊ aquā. i. penitentiā in pane ⁊ aq̄ aliis imponere: ⁊ ſi culpa maior exigit ligna ad eos cōburendū. i. publicā penā imponere. Item iniungēdo mandat ⁊ reſtringit. ſicut patet qn̄ imponit̄ lex ⁊ pena: vel qn̄ imponit̄ ſilentiū malis. ſicut Math. xxij. dī ꝙ ieſus impoſuit ſilentiū ſaduceis. Et merito: qꝛ ſicut dicitur Prouer. xxvj. Qui impoſuit ſtulto ſilentiū iram mitigat. Item ꝓmouendo ſeu adiuuando leuat ⁊ erigit. quia ſcꝫ ad p̄latum ptinet ꝙ malos erigat ip̄os p pniam reducendo Luc. xv. vbi dī. ꝙ ouem recupatā imponit in humeros ſuos gaudēs. Et ꝙ etiā bonos erigat ad eminentiam ꝓmouēdo. iij. Reg. j. Impoſuerūt ſalomonē ſup mulam dauid regis. qn̄ ſcꝫ fuit coronatus in regē. Et. ij. Paralip. xxiij. Impoſuerūt ei ſcꝫ ioas dyadema. Item defendēdo tuet̄ ⁊ pcūtit. qꝛ ſcꝫ ad p̄latū ptinet bona iura ⁊ libertates ditionis ſue ab inuaſoribus ⁊ tyrannis etiaꝫ repcutiendo ſeu reſiſtēdo cuſtodire. Iuxta illud Ezech. vij. Uias tuas imponā tibi. q. d. qꝛ in via tyrannidis ⁊ violentie me. ⁊ cōmiſſam mihi ditionē niteris vexare. ego vi et manu ſtatui tibi obuiare. qꝛ lex. fas. natura. vim vi ꝓpellere ſuadēt. Patet igit̄ ꝙ inuenit̄ impoſitio q̄ eſt ſaluifica. Sꝫ ſi vis vide ſupra de abſolutione vbi agit̄ de abſolutione ſacr̄ali ⁊ manuū impoſitione. Tercio dico. ꝙ inuenit̄ impoſitio valde dignifica. Et iſta eſt qn̄ iuſtus hō ſe ⁊ ſua imponit in ſeruitio diuino. pſ̄. Imponēt ſup altare tuū vitulos. Et quādo ſibipſi imponit legem ⁊ coertionē a malo. ſicut de bono filio noe legit̄ Gen̄. ix. Qꝛ palliū impoſuit humeris ne videret ⁊ vt cooperiret pudibunda patris. Et ſicut de intelligente dī Prouer. xxx. Si em̄ intellexiſſet ori ſuo manū impoſuiſſet. Manus em̄ eſt imponēda ori vt a vanis ſermonibus taceamus. Palliū humero vt ꝓximorū turpia cōtegamus. Uitulus altari: vt carnalē laſciuiā per pniam comburamus. Iſta eſt igitur impoſitio iuſtifica ſeu dignifica.

Quarto dico. ꝙ inuenit̄ impoſitio fatidica. Et iſta ē impoſitio nois. Impoſitio em̄ nois q̄ſi q̇d eſſentiale vite vel fortune humane. videt̄ ſm̄ imaginationē quorūdā a quodam fato. i. a quadam occulta dei ordinatione ⁊ ꝓuidētia vel vt dicūt aliꝫ ab ipſa originali cōſtellatione hois dependere Iuxta illud Eſaie. lxij. Uocabit̄ tibi nomē nouū qd̄ os dn̄i nominauit. Et inde eſt ꝙ illi qui volūt homini partes occultas ꝑficere vel nocere. ſolent nomen originale et baptiſmale inq̄rere. vt ſua maleficia valeant exercere. Un̄ ſicut intellexi: qn̄qꝫ ex certo ꝓpoſito pueris magnatum baptiſmalia noia mutant̄: ⁊ aliis noibus q̄ꝫ ꝓpriis appellantur. ne p maleficos faſcinent̄ Eſaie. lxv. Seruos ſuos vocabit noie alio. Breuiter igit̄ impoſitio noim r̄ndet rebus ⁊ res etiam ſuis vt cōiter corr̄ndent noibus. Un̄ de petro q̄ erat futurus petra. i. petreum ⁊ ſolidū eccleſie fundamētum dicit̄ Mar. iij. ꝙ ieſus impoſuit ſymoni nomē petr⁹. Iſta eſt ergo quedā impoſitio fatidica. Quinto dico. ꝙ inuenit̄ quedā impoſitio tyrānica. De malis em̄ et hypocriticis ſacerdotib⁹ dī Math. xxiij. ꝙ ipſi imponūt onera grauia ⁊ importabilia in humeros hominū: digito autem ſuo nolūt ea mouere. Sicut patꝫ de illis q̇ graues aliis imponūt pnias ⁊ nō ſibi: ⁊ q̇ de eiſdem criminib⁹ alios puniunt ſibi parcūt. De tyrānis v̄o qui imponūt aliis graues penas dī. iij. Reg. xij. Pater tuus iugū duriſſimū impoſuit nobis. Et de illis ſatellitibus etiā qui xp̄m ducebant ad mortē dicit̄ Luce. xxiij. ꝙ ipſi app̄henderūt cyreneū: ⁊ impoſuerūt ſibi crucē portare poſt ihm. Sexto dico. ꝙ inuenit̄ quedā impoſitio q̄ eſt falſidica. Et iſta eſt qn̄ aliq̇s imponit alteri falſum crimen. qd̄ ſcꝫ eſt valde cōe ⁊ maxime apud iniq̇s iudices ⁊ puerſos. Iſti em̄ qꝛ ſub colore et pallio iuſticie nocere poſſunt. hinc fit ꝙ qn̄ malicioſe nocere volūt. an̄ oia aliqd̄ falſum crimē imponūt. ⁊ ſic p fas vel p nephas iuſticiā ſubuertūt ⁊ innocentiā ledūt. Deut. xxij. Filiam meā dedi huic vxorē. quaꝫ qꝛ odit. imponit ei nomē peſſimū dī. Nō inueni filiā tuā virginē. Et dī ibidē. ꝙ talis qui alium indebite diffamabat. p ſenes vrbis puniri ⁊ caſtigari debebat. Sed de iſta materia vide vbicunqꝫ fit mentio. De infamia. Et hec de imponere ſufficiant. Uide de ponere.

Impoſſibilis. vide de poſſe. ⁊ de poſſibili.

Improperium. Nota ꝙ improperiū idē eſt qd̄ v̄bū iniurioſuꝫ ⁊ ꝓbriū ſeu negociū īfamie ⁊ obprobrioſū ſeu vituperoſuꝫ. Et nota i ſcp̄tura īuenit̄. Improperiū ferēdū cū iuſt⁹ ḡuat̄ p xp̄i noie. Improperiū tacēdū cū ſtultis bachat̄ indocto famine. Improperiū timēdū cū mal⁹ artat̄ īferni turbine

Eſt igit̄ improperiū ferendū cū patiā. Et iſtud eſt improperiū ſeu vituperiū qd̄ infert̄ ꝓ xp̄o. qd̄ ꝓcerto lete dꝫ aīa ſuſtinere. ſicut fecerūt martyres q̇ vituperia ⁊ improperia ſuſtinuerūt ꝓ xp̄o. ſicut de Moyſe dī Heb. xj. ꝙ beati⁹ reputauit iproperiū xp̄i theſauris egyptiorꝝ. Un̄ apl's Heb. xiij. dixit. Exeamus ad eū ex̄ caſtra improperiū ei⁹ portantes. Et merito. qꝛ ꝓcerto talia improperia ꝯuertunt̄ finaliter in honorē. ſicut Sap̄. v. dī. de bonis in pſona malorū. Hi ſunt q̊s aliq̄n habuim⁹ in deriſum ⁊ in ſimilitudinē improperij. Ecce quō cōputati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſctōs ſors illorꝝ eſt. Itē eſt improperiū q̇ vtunt̄ mali ⁊ iniurioſi ſcꝫ alios diffamādo. verecūda eis exprobrādo. ⁊ ſi q̇d ꝓ eis fecerint opponēdo ⁊ recitādo. Un̄ Ecci. xviij. Stultus acriter improperabit. ⁊ datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos. Exigua em̄ dabit et multa iproperabit. ſicut Ecci. xx. Prudēs em̄ hō ſup oia dꝫ cauere ne impropet bn̄ficia collata. Ecci. xlj. Caue ab amicis de v̄bis improperij. ⁊ cū dederis ne impropes. Nec etiaꝫ impropet maleficia ab aliis ppetrata. Ecci. xxxj. Uerba improperij nō dicas. Et merito. qꝛ ꝓcerto ſicut dī Ecci. xxiij. Hō aſſiduus i verbis improperij cūctis dieb⁹ nō erudiet̄. Idō dicebat dd̄ in pſ̄. Uſqꝫ q̊ de⁹ impropabit inimic⁹. irritat aduerſari⁹ nomē tuū in finē. Itē eſt improperiū timendū. Et iſtud eſt finale improperiū ⁊ ꝯfuſio infernalis. q̄ finaliter dabit̄ impiis ⁊ dānatis. De quo Ecci. vj. Improperiū ⁊ ꝯtumeliā malus hereditabit. vn̄ ipi pn̄t dicere deo illud Baruch. iij. Ecce nos in captiuitate nr̄a ſumus q̊ nos diſpſiſti in improperiū ⁊ in maledictū ⁊ in pctm̄. Uide de inimicis. in aliis ti. magis fecūdis. ſicut eſt verbū. loq̇. lingua. et ſilīa. ⁊. j. de obprobrium. ⁊. ſ̄. de exprobrare ⁊c̄.

Impꝛudentia. Uide de pꝛudentia.

Impudicicia. Ubi luxuria: foꝛnicatio immundicia.

Impugnare. Ubi bellum pugnare ⁊ expugnare.

Imputare. .id.eſt. culpabilem putare. vel culpam alicui attribuere. omitto q̄a non ſunt auctoꝛitates.

Immundicia. idem eſt q̄d fex macula pollucio. turpitudo: ⁊ q̄n̄q̄ res q̄ põt coꝛpus rem vel locū polluere vel inq̄nare. Et generaliter immūdicia accipiẗ ꝓ pctō. ↄtrariaẗ aūt immūdicia puritati. innocentie ſanctitati: ⁊ om̄i gratie ⁊ virtuti. Sicut em̄ videm⁹ q̄ tria ſunt q̄ omnē rem quaꝫ cōtingūt faciunt immundā. ſcꝫ pinguedo: puluis ⁊ fumus. Sic vere chariſſimi tria ſunt genera pctōꝝ q̄ immūdos faciūt quos ↄtingunt. vicꝫ Pinguedo carnalitatis. Puluis tēpoꝛalitatis. Fumus ſupbie ⁊ vanitatis. Pinguedo deliciaꝝ cauſat immūdiciam carnalitatis. Puluis diuitiarū cauſat immundiciam cupiditatis. Fumus eminentiarū cauſat immundiciam ſupbie ⁊ vanitatis. Dico ergo pꝛimo. q̄ eſt imūdicia luxurie quam introducit pinguedo deliciarū. Sicut em̄ videm⁹ q̄ oleum pix ⁊ carnes cauſant faciliter immūdiciam in tangente: q꞉. ſ. qui tetigerit picē inq̄nabiẗ ab eā ſicut diciẗ Ecci. xiij. Sic mūdane delicie facliter mentes ſolent ꝑ carnis immūdiciā maculare Gall'. v. Manifeſta ſūt opera carnis q̄ ſunt foꝛnicatio: immūdicia impudicicia. luxuria. Et ideo ſicut poꝛcus q̄ inter cetera animalia magis delicioſe ⁊ ſine laboꝛe nutriẗ: ⁊ plus etiam ceteris animalibus impinguaẗ ſolet eſſe anial fetidum ⁊ immūdū. loca immūda frequētās ⁊ etiā rebus immūdiſſimis ſe delectās Sic vere illi poꝛci ⁊ pctōꝛes qui nullis pnīe laboꝛib⁹ exercitanẗ: ⁊ q̄ coꝛpoꝛalibus delicijs impinguanẗ: cito ⁊ faciliẗ per carnis imundiciā maculanẗ: ita q̄ ad lr̄am ibi imūdis rebus ⁊ actibus delectanẗ. Iſti figuranẗ Leuiẗ. xv. vbi dr̄. q̄ vir q̄ patiẗ fluxuꝫ ſeminis imūdus erat. ſtratū etiam in quo doꝛmiebat imundū faciebat: ⁊ om̄is quē ip̄e tangebat immūdiciā cōtrahebat. Sic vere cariſſimi viri tales realiter imunūdi ſunt ⁊ ſtratū maculant vbi doꝛmiūt. i. domuꝫ. locum. eccleſiam vel patriā in qua ſunt: illos inſuꝑ q̄ ip̄os ꝑ ſocietatē ⁊ frequētationē ↄtingūt. ꝑ ſuam malā vitam et exempla imūdicie ⁊ pctō ſubijciūt ⁊ ꝑ ſui imitationē inficiunt ⁊ coꝛrumpūt. vñ Nume. xix. Quicq̄d tetigerit immūdus imundū faciet. Limaces em̄ ⁊ cetera anialia imūda ⁊ viſcoſa: nō ſolum ſunt in ſe vilia ⁊ imūda: imo in loco per quē tranſeūt. imūdicie veſtigiū derelinquūt: q꞉. ſ. tales imūdi tanta ſunt imūdicia maculati: q̄ ſꝑ in loco vbi ſunt vel fuerūt veſtigiū maloꝝ exemploꝝ: aut male fame ↄtagium ad alios tranſmittūt: ⁊ in eis imūdiciā generāt ⁊ inducunt vnde Leui. xxij. dr̄. Qui tetigerit reptile: vel q̄dlibet ſoꝛdidū cui⁹ tactus eſt ſoꝛdidus imūdus erit. Iſta eſt igiẗ imūdicia luxurie quā introducit pinguedo deliciarū. Scd̄o dico. q̄ eſt imundicia auaricie quā introducit puluis diuitiarū. Sicut. n. puluis ⁊ terra ⁊ lutū maculāt veſtimēta: ſic mūdane diuitie q̄ terra ſunt ⁊ de terra maculāt ꝑ auariciā coꝛda nr̄a. Auari em̄ imūdi dicunẗ: ⁊ ideo ſicut imūdi a regno celoꝝ finaliter expellenẗ. vñ Eph. v. Immūdus aut auarus q̄d ē ydoloꝝ ſeruit⁹ nō hꝫ hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Iſti figuranẗ Leuiẗ. xj. vbi dr̄. q̄ om̄e aīal q̄d ambulat ſuꝑ man⁹ ex cūctis aniantib⁹ q̄ incedūt q̄drupedia (cuiuſmodi ſunt ſymie) imundū erit. Iſta em̄ aīalia ſignificāt auaros: q̄. ſ. cū pedib⁹ affectionū: cū manib⁹ oꝑationū habent terrā. i. terrena tangere ⁊ tractare ⁊ ſe ex toto in terrenis negocijs occupare: q꞉. ſ. tales apud deum ⁊ hoīes ſunt immūdi. Iſta eſt ḡ imūdicia auaricie: ſ ꝓcerto chariſſimi iſta imūdicia extendiẗ ad ſymoniacos ⁊ ambitioſos. q̄ ſub auaricia ↄtinenẗ: cuꝫ auaricia nihil aliud ſit q̄ꝫ ardoꝛ habēdi. Immūdi. n. antiq̄tus ab introitu tēpli arcebanẗ iuxta illud. ij. Paral'. xxix. Auferte oēm imūdiciaꝫ a ſanctuario. Sed ꝓcerto mō tales imūdi ⁊ coꝛrupti in tēplo ſancte eccleſie introducunẗ. Uñ ꝓh doloꝛ plangēdo poſſet dici eccleſie illud Ezech. xxij. Tu es terra imūda ⁊ nō cōpluta. legiẗ. n. ij. Paral'. xxiij. q̄ ioiada ſum⁹ ſacerdos ↄſtituit ianitoꝛes in poꝛtis domus dn̄i. vt nō ingrederet̄ eā imūdus: ſ ꝓcerto moderno tp̄e illi q̄ ſunt ianitoꝛes in poꝛtis eccleſie. ſ. pꝛelati q̄ a ſummo pontifice ad hoc oꝛdinati ſunt vt tales imūdos arceant ab ingreſſu. ipſos potius introducūt. q̄d figuratū eſt in ancilla oſtiaria q̄ ad vocē illi⁹ diſcipuli q̄ erat notus pontifici introduxit petrū in loco vbi xp̄s illudebaẗ q̄ tū petrus ſymon cōmuniter dicebaẗ. Uide rogo te de dn̄is oſtiarijs ⁊ ianitoꝛib⁹ nr̄is. ſ. ꝑlatis q̄les hodie introducūt in loco vbi xp̄s illudiẗ. i. in terrā ſanctā eccl'e vbi hodie ſunt multi dn̄i illuſoꝛes. vere tu inuenies q̄ ad p̄ces ⁊ ad vocē illoꝝ q̄ ſunt noti pontifici. ſ. carnaliū parentū et taliū ipſi introducūt illos q̄ vocanẗ ſymon. i. q̄ ſunt ſymoniaci ⁊ coꝛrupti: q̄uis alio noīe vocenẗ petrus dicti a petra. i. q̄uis ſunt ad modū petre inſenſibiles ⁊ ignari Uñ de talibus imūdis ſic in eccl'iaꝫ introductis põt hodie dici illud Marci. j. Erat hō in ſynagoga in ſpū immūdo. Iſta eſt ḡ immūdicia auaricie. quam introducit puluis diuitiarum.

Tertio dico q̄ eſt imundicia ſupbie. quā introducit fumus eminentiarū. Sicut em̄ fum⁹ q̄ ſemꝑ hꝫ ſurſum aſcēdere. ſolet illa q̄ tangit nigra ⁊ immūda facere accipitres ⁊ apes ledere: ⁊ toti⁹ dom⁹ pulcritudinē maculare. Sic vere fum⁹ cito euaneſcēs mūdane gloꝛie ⁊ pctm̄ ſupbie. animā fetidā ⁊ immūdaꝫ: ⁊ totā domū ↄſcie facit turpē hoꝛribilē ⁊ obſcurā: ⁊ ideo accipitres. q̄ alte volant. i. boni ↄtēplatiui: apes q̄ ↄficiūt mel. i. boni actiui fumū iſtum fugiūt ⁊ abhoꝛrēt: ne foꝛte maculā ↄtrahāt ⁊ pctm̄. Tales igiẗ q̄ ꝑ ſupbiā ſunt immūdi figuranẗ Leuiẗ. xj. vbi dr̄. q̄ oē aīal q̄drupes q̄d hꝫ alas (ſicut griffes) imundū eſt. Sic vere tales beſtie. i. pctōꝛes q̄ q̄drupes dicunẗ: q꞉. ſ. q̄tuoꝛ affectionū pedibus deuehunẗ. q̄ alis ſupbie ſunt muniti debēt ab oībus imūdi reputari. Iſti etiā ſunt ſpūs imūdi: q꞉. ſ. ſicut ſpūs imūdi ſẗ ſupbiſſimi ⁊ honoꝝ appetētiſſimi imundiſſimi ⁊ callidiſſimi ſic iſti. De q̄bus dr̄ Matth. viij. q̄ Jeſus eijciebat ſpūs imūdos. Et ſic ptꝫ quō triplex imūdicia cōtrahiẗ in hoc mūdo. ſ. luxurie. auaricie ⁊ ſupbie.

Immunis. idem eſt q̄d liber. Et imunitas idē eſt q̄d libertas. Uide. ĵ. de nobilitate. libertate ⁊ ſimilib⁹. Et diſtingue ſi vis de imunitate foꝛtune. gratie ⁊ gloꝛie: q̄ſi nulle ſunt auctoꝛitates: iō omitto.

Immutare. Nota q̄ imutatio nihil aliud eſt q̄ꝫ vni⁹ in aliud mutatio. Et q̄a infra in loco ſuo de mutatione diceẗ ad plenū: ideo de iſto cōpoſito breuiter ꝑtranſibo. Nota q̄ in ſcp̄tura reperitur

Immutatio
- Naturalis q̄ eſt cōſideranda.
- Uirtualis que eſt recuperāda.
- Supnalis que eſt deſideranda.
- Criminalis que eſt vituperāda.
- Infernalis que eſt reiteranda ſeu cōtinuāda ⁊ ꝑpetuāda.

Pꝛimo igitur dico q̄ eſt immutatio naturalis q̄ dehꝫ cōſiderari. Conſtat em̄ q̄ in rebus mūdi oīa ſunt in ↄtinuo fluxu ⁊ mutatione: ⁊ hoc q꞉ om̄ia ſubſunt tp̄i q̄d ↄtinue mutaẗ ⁊ defluit. iuxta illud Ecci. xviij. A mane vſq̄ ad veſꝑam imutabiẗ tp̄s. Apparet euidenẗ in hoīe q̄ cōtinue ſe ꝑcipit imutari. ſ. de ſanitate ad infirmitatē. de iuuentute ad ſenectutē. de vita ad moꝛtē. de leticia ad triſticiā. de beniuolentia ad iracūdiā. Unde in p̄s. dicebat dauid. Caro mea imutata eſt ꝓpter oleum ⁊ ego ad nihilū redactus ſum ⁊ neſciui. Oleum poteſt hic ſignificare humidū radicale: q̄d q꞉ in homine ↄtinue ↄſumiẗ: ideo homo cōtinue immutaẗ: ⁊ finaliter per moꝛtis exterminiū ad nihilum deduciẗ ⁊ moueẗ. quā q̄dem finalem moꝛtis immutatiōem expectabat Job di. Job. xiiij. Cunctis diebus q̄bus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Res etiā foꝛtune cōtinue immutanẗ: ſicut eſt rerū amplitudo: ſtat⁹ celſitudo: vultus pulcritudo. opm dei magnitudo. De mutabilitate rerū diciẗ Eſaie. ix. Lateres ceciderūt ſ q̄dris lapidib⁹ edificabim⁹ ſicomoꝛos ſucciderūt ſ cedros imutabim⁹. De mutabilitate ꝟo ſtatuū. dr̄. j. Mach. j. In oi loco ingemuerūt ꝑncipes ⁊ ſenioꝛes. iuuenes ⁊ ꝟgines infirmati ſunt. ⁊ ſpecioſitas mulierū imutata eſt. De mutabilitate aūt vultuū ⁊ facieꝝ pꝫ q̄ q̄n̄q̄ imutanẗ rōne furoꝛ̄ Dañ. iij. Nabuch. repletus eſt ira. et aſpectus faciei ſue imutatus eſt ſuper ſydrach. miſach. ⁊ abdenago. Q̄n̄q̄ rōne ſtupoꝛis. ſicut de balthaſar vidēte digitos ſcribētes in pariete ⁊ admirāte dr̄ Dañ. v. q̄ ↄturbat⁹ eſt ⁊ vult⁹ eius immuta

tis ⁊ nullus ordo: ſed iſempiternus horror inhabitat. Item eſt locus terroris incogitabilis. Unde Ezech.xxx.dı̄. Dabo terrorem in terra egypti. Et ſicut dicit̄ Ezec.xxxij. In iſto loco ponunt̄ illi qui dederunt terrorē ſuū in terra viuentium. Item eſt locus fetoris intolerabilis. qꝛ ibi ſicut dicit̄ Eſaie.iij. Erit ꝓ ſuaui odore fetor ⁊c. Item eſt locus doloris non mitigabilis. Unde in pſ̄. Dolores inferni circumdederunt me. p̄occupauerunt me laquei mortis.

Item eſt locus inſatiabilis. qꝛ ſicut dicit̄ Prouer.xxvij. Infernꝰ ⁊ ꝑditio nō replebunt̄. Et Prouer.xxx. dı̄ Tria ſunt inſatiabilia. Infernꝰ ⁊ os vulue. ⁊ terra q̄ nō ſaturat̄ aqua. Item eſt locus incognoſcibilis ita eſt em̄ a nobis remotus ꝙ neſcimꝰ q̇d ibi agit̄. Et in ſcriptura vocat̄ iſte locus. terra vltima ⁊ nouiſſima Ezech.xxxj. Ecce deductꝰ es cū lignis voluptatis ad terrā vltimā. in medio incircūciſoꝝ dormies cū illis qui interfecti ſunt gladio. Ideo dı̄ Sap̄.ij. Nō eſt agnitꝰ q̇ reuerſus ſit ab inferis. Itē iſte eſt locus ineuaſibilis. q̇ em̄ illuc intrabūt euadere ꝑpetuo nō valebūt. Un̄ in pſ̄. dı̄. Memoria eoꝝ veteraſcet i inferno. qꝛ ſicut dı̄. In inferno nulla eſt redemptio. Itē dico ꝙ iſte eſt locus ſterilitatis. Ibi em̄ nulla ſufficientia eſt. ſꝫ eſt ibi vniuerſalis indigentia. Un̄ Eccl̄.xiiij. Nō eſt apud inferos inuenire cibū. Itez eſt locus obſcuritatis. Et iō Iob.x. Iſte locꝰ dı̄ terra tenebroſa ⁊ apta mortis caligine

Item eſt locꝰ capacitatis. Nunq̄ꝫ em̄ pōt tot ⁊ tātos recipere. quin ſemper paratus ſit alios deglutire vnde Abacuc.ij. dicitur. Dilatauit infernus animam ſuam ⁊ nō adimplet̄. Et ꝯgregauit ad ſe oēs gentes ⁊ coaceruauit ad ſe om̄es ꝑplos. Itē eſt locꝰ crudelitatis. Un̄ dı̄. Cant.viij. Dura vt infernus emulatio. Itē eſt locus male ſocietat̄ qꝛ ibi eſt locus demonū ⁊ oim̄ malignoꝝ pſ̄. Erubeſcāt impij ⁊ deducant̄ in infernū ⁊ muta fiant labia doloſa. Et iō de iſta mala ſocietate dı̄ in pſ̄. Cōuertant̄ pctōres in infernū. om̄es gētes q̇ obliuiſcunt̄ deū. Et ſi vis ſcire q̄ ſunt genera maloꝝ ſocioꝝ ibidem hītantiū. Primo potes dicere ꝙ iſte locꝰ ſimilis eſt deſertis ſuꝑioris egypti. Dicit em̄ Plinꝰ ꝙ in ſuꝑiori. i. in remotiori egypto. ethiopia ⁊ libia hoc eſt dictu in illis cōfinibꝰ iſtaꝝ regionū q̄ ſunt a ꝑte meridiei ꝑpetuus viget eſtus. intantū ꝙ ibidē nulli hoim̄ conuerſant̄. Habitāt tn̄ ibi multitudines reptiliū ⁊ ſerpentū. Ibi ei inueniunt̄ baſiliſci ⁊ dracones. ibi beſtia cryſocephalus. i. baſiliſcꝰ aurei capit̄ q̄ iuxta fontē anigris habitās interficit q̇cq̇d videt. In aliquibꝰ ꝑtibꝰ eſt mare ꝯtinue bulliens. Ibi etiā in aliquibꝰ regionibus eſt patria cōtinue flāmās. q̄ a geruaſio teuzonia noiat̄. Iſta p̄ria chariſſimi p̄t ſignificare infernū. Ibi eſt ebullicio irrefrigerabil̄. Ibi eſt ignis inextinguibilis. Ibi eſt eſtus intollerabilis. qꝛ ꝓcerto chariſſimi ibi non eſt habitatio hoim̄. i. viroꝝ rōnabiliū vel ſanctoꝝ. qꝛ ſicut dicit̄ Hiere.xlix. Nō habitabit ibi vir nec incolet eā filius hois. Et loquit̄ de ydumea deſerta. ſꝫ ꝓcerto ibi eſt habitatio reptiliū ⁊ ſerpentū. i. demonū ⁊ hominū peccatoꝝ. Un̄ ſocietas hītatoꝝ iſtius horribilis loci optime figurat̄ Ezech.xxxij. Ubi valde mirabiliter loquit̄ de diuerſis exercitibus gentiliū dicēs ſic. Dederūt inq̇t fortitudinē ſuā in terra viuentiū. Et ſequit̄. Deſcēderūt in infernū cū armis ſuis. ⁊ poſuerūt gladios ſuos ſub capitibꝰ ſuis. Numerant̄ aūt ibidē iſta genera ꝑſonaꝝ ⁊ dicit̄ ibi ꝙ ibi eſt Aſſur. ibi Elam. ibi Moſoth ⁊ Tubal. ibi ydumea ⁊ reges eiꝰ ibi p̄ncipes aquilonis oēs ⁊ vniuerſi venatores In quibus verbis oſtēdit̄ ꝙ in ſocietate iſta ſunt generaliter illi qui temporalibꝰ implicant̄. Aſſur. i. negociator. Illi qui melioribus indignant̄. Elam. i. deſpiciens. Illi q̇ violentijs effrenant̄. Moſoth. i. capiēs. Illi qui amicitijs nō ligant̄. Tubal. i. deſertus. Illi qui immūdicijs maculātur. ibi p̄nceps babilonis. Illi q̇ peſtilentijs excitant̄ qꝛ ibi ſūt venatores. Primo ergo dico ꝙ ibi ſunt illi qui ſūt in tēporalibus implicati. q̇ ſcꝫ ita vacant mundi negocijs ⁊ terrenis ꝙ deū ⁊ ſp̄ualia p̄termittūt. vn̄ in pſ̄. dicit̄ Conuertātur peccatores in infernū: om̄es gētes q̄ obliuiſcunt̄ deuꝫ Et hoc oſtendit̄ cū dicit̄ ibi aſſur. Aſſur em̄ interpretatur negociator. Unde Zach.x. Humiliabit̄ ſuꝑbia aſſur ⁊ ſceptrū egypti recedēt Eſa.xxx. Pauebit aſſur virga ꝑcuſſus

Scd̄o ſunt ibi illi q̇ ſunt ꝑuerſis cordibꝰ indignati ſcꝫ ſuperbi ⁊ arrogātes q̇ nō reputāt niſi ſe bonos ⁊ om̄es alios vilipendūt. Quibꝰ dicit̄ Eſaie.xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuꝑbia tua. cōcidit cadauer tuū. ſubter te ſternet̄ tinea ⁊ oꝑimentū tuū erūt vermes. quō cecidiſti lucifer? Et hoc oſtendit̄ cū dı̄ Elam. Elam em̄ interp̄tat̄ deſpiciēs ⁊ ſignat ſuꝑbos ſimiles leoni q̇ valde eſt indignantis ⁊ deſpiciētis nature. qꝛ. ſ. tales om̄es alios deſpiciūt ⁊ ſe oibus anteponunt. Et ideo finaliter ibi vbi eſt locus deſpectionis deſcēdunt. Un̄ Hiere.xlix. Pauere faciā elam corā inimicis ſuis ⁊ in conſpectu q̄rentiū animā eoꝝ. ⁊ adducā ſuper eos malā iram furoris mei ⁊ mittā poſt eos gladiū ⁊c. Tercio dico ꝙ ibi ſunt illi qui ſunt mūdi diuitijs ampliati. qd̾ oñditur cū dicit̄ ibi Moſoth. qꝛ moſoth interp̄tat̄ capiēs ⁊ ſignat illos qui in hoc mūdo capiunt ⁊ acquirūt bona tēporalia. Iuxta illud Naum.ij. Leo cepit ſufficienter catulis ſuis. ⁊ necauit leenis ſuis. ⁊ impleuit ſpelūcas ſuas p̄da. ⁊ cubile ſuū rapia. Iuſtū ei ē ꝙ illi q̇ h̄ capiūt lucra. ibidē capiāt dāna. ⁊ ꝙ illi q̇ h̄ affluūt diuitijs ibidē affluāt miſerijs. Ibi moſoth inq̇t. Un̄ Ezec.xxvij.ca. Greciā ⁊ tubal ⁊ moſoth ipſi inſtitores tui. Et ideo de diuite legit̄ Luc.xvj. Mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt i inferno. Quarto dico ꝙ ibi ſunt illi q̇ nō ſūt in amicitijs formati. ibi inquit tubal. Tubal deſerens vel deſerti interp̄tat̄. et ſignat illos q̇ amicos in neceſſitate deſerūt ⁊ dimittūt. Falſi em̄ amici bene ꝑſeuerant in ꝓſperitate. ſꝫ totū deſerunt in aduerſitate. Contra illud Sene. Sic diligamus q̄ſi deſinere nō liceat. Iſti enim ſunt deſerentes. quia ſicut dicitur Eccı.xiij. Si habueris conuiuet tecum. ſi nihil habueris derelinquet te. Iſti ſunt ergo tubal. qꝛ ſicut dicit̄ Gen̄.x. Iaphet qui interp̄tat̄ latitudo. genuit tubal. qꝛ ſcꝫ latitudo mūdane ꝓſperitatis generat amicos fallacitatis. Ideo de talibꝰ cōuiuijs dicit̄ Prouer.ix. In ꝓfundum inferni cōuiue eiꝰ. Quinto dico ꝙ ibi ſunt illi q̇ ſūt carnis ſpurcicijs maculati. Et h̄ oſtendit̄ cū dicit̄. Qd̾ ibi ydumea. Ydumea em̄ interp̄tat̄ rubea ⁊ ſanguinea. ad denotandū ꝙ illi q̇ ꝑ carnalitatē et luxuriā ſunt ſanguinei ⁊ rubei digni ſunt ibidē cōſtitui atq̄ꝫ poni. Res em̄ immunda in locis imundis ꝓijcit̄. Et qꝛ luxurioſi imuadi ſunt. ideo in imundo loco inferni ꝓijciēdi ſunt. Un̄ de mala muliere dicit̄ Prouer.ij. ꝙ inclinata ē ad mortē domꝰ eius. ⁊ ad inferos ſemite illiꝰ. Et Prouer.vij. Uie inferi domus eius. penetrantes interiora mortis. Upupa ē auis imūda. ⁊ iō in nido imūdo ⁊ ſtercoribꝰ pleno ſolet cubare. Sic luxurioſi qꝛ fetidi ſunt ⁊ imūdi. ⁊ in nido fetido. i. in ferno digni ſūt finalr̄ hoſpitari. Un̄ de tali ydumea dı̄ Ioel.iij. Egyptꝰ i deſolatione erit ⁊ ydumea in deſertū ꝑditōis. Et iō de talibꝰ imūdis ad locū imūdū iferni deſcētibꝰ dı̄ Baruch.iij. Quid ē terra iſrl̄ ꝙ i terra iimicoꝝ es cū mortuis. deputatꝰ es cū deſcēdētibꝰ in ifernū. Sexto dico ꝙ ibi ſūt illi q̇ ſunt in excellētijs honorati. Ibi ſūt iquit principes babylonis. Babylon em̄ interp̄tat̄ cōfuſio qꝛ ſcꝫ illi q̄ ſunt principes babylonis. i. principes cōfuſiōis ibi finaliter ſunt recepti. In quo em̄ peccat quis in hoc punitur. Et qꝛ principes ⁊ tyranni ſolent in crudelitate delinquere. ſubditos crudeliter gubernare. digni ſunt crudelitatez a crudelibꝰ demonibꝰ pati ⁊ ſuſtinere. Un̄ Baruch.iij. dı̄ de magnatibus ⁊ ſuꝑbis. Ubi ſunt inq̇t principes gentiū et q̇ in auibꝰ celi ludūt. Sequit̄. Exterminati ſunt ⁊ ad iferos deſcēderūt. Septio ibi ſūt q̇ violētijs ſūt effrenati q̇ ſignant̄ in noie venatoꝝ. Ibi ei inq̇t venatores. Iſti em̄ ſunt illi q̇ paupes p̄dant̄. ⁊ q̄ ab eis pellē ſue tp̄alis ſb̄e rapiunt ⁊ furantur. Similes nemroth giganti qui dicit̄ fuiſſe robuſtiſſimus venator coram domino. qꝛ ſcꝫ tales dicūtur eſſe gigantes ꝓpter magnitudinē mūdane ꝓſperitatis dicunt̄ eſſe nemroth q̇ interp̄tatur tyrānus ꝓpter peſtilentiā ſue crudelitatis. Dicunt̄ eſſe robuſtiſſimi ꝓpter excellētiam ſue tp̄alis poteſtatis. Dicunt̄ eſſe venatores ꝓpter violentiam ſue crudelis rapacitatis. Tales igit̄ venatores ⁊ gigantes in inferno hoſpitant̄ ⁊ ibidē ꝑpetuo cōmorantur. Unde Iob.xxvj. Ecce gigantes gemūt ſub aquis et q̄ habitant cum eis. Ideo Baruch.iij. vbi loquit̄ de inferno dı̄. Ibi inquit fuerūt gigātes nominati. ſtatura magna ſciētes bellū. Et ſic ꝑ̄ꝫ ꝙ in inferno locabunt̄ diuerſa genera pctōꝝ. Sꝫ de his vide i diuerſis titulis huiꝰ opis vbi

fit mētio ꝺe inferno. Sȝ ſi moꝛalr̄ aut allegoꝛice volumꝰ aliq̄d ꝺicere ꝺe inferno poſſumus notare ꝙ infernꝰ ꝺicit̄

Status hominis penitentis.
Status impij peſtilentis.
Status ſeculi non pꝛeſentis.
Uel infernus poteſt ꝺici.
Pau per anxius ⁊ tribulatus.
Diues impius ⁊ effrenatus.
Mundus noxius ⁊ venenatus.

Et p̄mo ꝺico ꝙ ꝑ infernū pōt intelligi aduerſitas paupis anxij ⁊ tribulati. qꝛ reuera mlt̄i ſunt quoꝝ vita nihil aliud eſt ꝗ̄ ꝙ infernus ꝓpter cōtinuas miſerias ⁊ ꝺolores. ⁊ potiſſime vita paupeꝝ ⁊ penitentium. qui ſcȝ in iſto mūdo habent infernū. vt poſt hanc vitā habeant ꝑadiſuȝ. ſicut ecōuerſo ꝺiuites mali hic ꝑadiſo fruunt̄ ⁊ poſt inferno. Unde ꝺe p̄nti tribulatione bonoꝝ pōt ꝺici illud p̄s. Uita in inferno appꝛopinquauit. Sicut enim in inferno.

Eſt ꝓfunditas.
Eſt capacitas.
Eſt obſcuritas.
Eſt aduerſitas.

Eſt ꝓfunditas humilis ſubiectionis Phil. ij. In noīe ieſu omne genu flectat̄. celeſtiū. terreſtrium ⁊ infernoꝝ. et Eſa. vij. Pete tibi ſignū a ꝺn̄o ꝺeo tuo in ꝓfundū inferni. Eſt capacitas nubilis ꝺilectiōis. qꝛ ſcȝ amoꝛ oīa cōpꝛehendit Abacuc. ij. Dilatauit infernꝰ animam ſuam ⁊ nō adimplet̄. Et Cant. viij. Foꝛtis eſt vt moꝛs ꝺilectio. ꝺura vt infernus emulatio. Eſt obſcuritas flebilis ꝯtritionis p̄s. Circūꝺederūt me ꝺoloꝛes inferni. toꝛrentes iniquitatis ꝯturbauerūt me. Doloꝛes inferni circūꝺederūt me ꝑoccupauerūt me laquei moꝛtis. Et illꝺ Iob xvij. Infernꝰ ꝺomꝰ mea eſt. ⁊ i tenebꝛis ſtraui lectulū meū Eſt aduerſitas fertilis afflictionis. qꝛ ſcȝ ſicut in inferno ꝺefectus bonoꝝ. hoꝛroꝛ ꝺemonū. copia toꝛmētoꝝ eſt. ſic apꝺ iuſtos eſt ꝺefectus. i. ſterilitas pauꝑtatis. hoꝛroꝛ ꝺemoniace hoc eſt tyrānice crudelitatis ⁊ toꝛmentū multiplicis aduerſitatis. De pauꝑtate eñ ꝺicit̄ Eccl̄. xiiij. Non eſt apud eum inuenire cibū. De ꝺemonibꝰ aūt. i. ꝺe tyrānis q̄ bonos terrent ⁊ tribulāt in hac vita. ꝺr̄ Pꝛouer. j. in ꝑſona peccatoꝝ tyrannoꝝ. Abſcōꝺamus tendiculas cōtra inſontē. ꝺeglutiamus eū tanꝗ̄ infernꝰ viuentē ⁊ integrum q̄ſi ꝺeſcendentē in lacū. De toꝛmentis vero p̄nt ꝺicere cū ꝺauid illꝺ p̄s. Pericula inferni inuenerūt me: ⁊ cōtexerūt me tenebꝛe Uita ergo p̄ns iuſtoꝝ infernꝰ ꝺr̄. ⁊ ꝙ multis tribulatiōibꝰ occupat̄. Inter tñ iſtū īfernū ⁊ finalē magna eſt ꝺifferētia. Quia ꝓcerto iſte infernꝰ eſt tꝑalis. alius eternalis. In iſto ꝺeꝰ adeſt vt ſubueniat. In alio adeſt vt interficiat. In iſto ꝺeus ꝓtegit. in alio cūcta ꝺetegit. De iſto ꝺeus liberat. ſ; aliū nunꝗ̄ reſerat. Quid eñ facerēt miſeri in inferno p̄ſentium tribulationū poſiti niſi ꝺeus aſtaret ⁊ viſitaret. Iuxta illud p̄s. Si aſcendero in celū tu illic es. ſi ꝺeſcendero ad infernū ades. niſi ꝺeꝰ ſaluaret ⁊ ꝓtegeret Iob. xiiij. Quis mihi ꝺet vt i inferno ꝓtegas me. ⁊ abſcōꝺas me ꝺonec pertranſeat furoꝛ tuus. ⁊ cōſtituas mihi tempꝰ in quo recoꝛꝺeris mei. niſi ꝺeus exaudiret ⁊ annueret Ione. ij. Exauꝺiuit me ꝺe ventre inferi. niſi ꝺeus liberaret ⁊ erueret p̄s. Dn̄e eduxiſti ab inferno animā meā. Sic igit̄ patet quō ꝑ infernū pōt intelligi aduerſitas paupis anxij vel tribulati

Secundo ꝺico ꝙ per infernū intelligit̄ iniquitas hoīs impij ⁊ repꝛobi. Conſtat eñ ꝙ pctōꝛ infernus ꝺr̄ inq̄ātū vtriuſq; conditio compar ⁊ ſimilis repit̄. Infernus enim

Habet ignē ſemꝑ cōburentē.
Habet fumū ſurſum aſcēdentē.
Habet lacū cūcta ſubmergentē.
Habet fetoꝛē nunꝗ̄ exalantē.
Habet tumultū nunꝗ̄ q̄eſcentē.
Habet cathenā ſemꝑ ſtringentē.
Habet vermē ſemꝑ coꝛroꝺentē.

Sic vere ꝺico ꝙ peccatoꝛ habet ignē q̄ nunꝗ̄ extinguit̄ hic eſt cupiditas Deut̄. xxxij. Ignis ſuccenſus eſt in furoꝛe meo. ⁊ arꝺebit vſq; ad īferni nouiſſima. Itē habet fumū qui ſurſuȝ tollit̄. hic eſt pompoſitas Eſa. xiiij. Detracta eſt ad inferos ſuꝑbia tua. Item habet lacum q̄ quiſq̄s mergit̄. hic eſt guloſitas. Un̄ ꝺe ꝺiuite epulāte q̄tiꝺie ſplēꝺiꝺe ꝺr̄ Luc. xvj. Qꝛ ſepultus eſt in infernū. Per illum eñ guloſum guloſitatē intelligo q̄ ſcȝ in inferno. i. in peccatoꝛe ſepelit̄ Eſa. xiiij. Uerūtñ ad infernū ꝺetraheris in ꝓfundū laci. Item habet fetoꝛē quo quis inficit̄. ecce carnalitas. i. luxuria Unde ꝺe mala muliere. ſ. ꝺe luxuria ꝺicit̄ Pꝛouer. v. Qꝛ pedes eiꝰ ꝺeſcēꝺūt in moꝛtē. ⁊ ad inferos greſſus illius penetrant Apoca. xx. Infernus ⁊ moꝛs miſſi ſunt in ſtagnū ignis. Item habet tumultū que q̄s cōcutit̄. hic eſt rixoꝛitas. hoc eſt ꝺictu iracūꝺia. Un̄ ꝺe illis tumultuoſis ꝺathan. ſcȝ ⁊ abyron ꝺicit̄ Nume. xvj. Qꝛ ꝺeſcenꝺerūt ad infernū viuētes. Ad ꝺenotandū ꝙ oīs tumultuoſitas ⁊ iracūꝺia apud inferos. i. apud pctōꝛes abūꝺat Eſaie. xiiij. Infernus ſubtus te cōturbatus eſt. Itē habet cathenā que nō ꝺiſſoluit̄ hec eſt tepiditas. hoc eſt ꝺictu pigricia ſeu accidia. Un̄ Eccs̄. ix. ꝺr̄. Qꝛ nec opus. nec ratio. nec ſapiā. nec ſciētia apud inferos eſt. Item habet vermē qui nunꝗ̄ moꝛit̄. hic eſt moꝛꝺacitas. hoc eſt ꝺictu inuiꝺia que cōtinue moꝛꝺet mētem. Unde Eſaie. xiiij. Infernus ſubtus te cōturbatus eſt. Sequit̄. Subter te ſternet̄ tinea. ⁊ operimentū tuū vermes erūt. Peccatoꝛ ergo infernus ꝺicit̄ eo ꝙ infernū in ſuis cōꝺitionibꝰ imitat̄. Et iꝺeo cōpara ip̄m illi inferno quē finxerūt poete. Ubi. ſ. yxion cōtinue in rota voluit̄. Ubi ticius iecur ꝓꝓꝛiū comedendum vulturibus ꝺat. qꝺ tñ cōtinue ⁊ ſemꝑ renaſcit̄. Ubi Tantalus famelicus in aqua eſt vſq; ad labia. nec tñ bibere nec ad bibenꝺū collū flectere cōpꝛobat̄. Et vbi Belides ꝺoliū ſine fundo ſemꝑ ⁊ fruſtra replere conant̄. Et vbi inſuꝑ Siſyphus ſaxum ꝺe mōte ruere ꝑmittit. ip̄mq; cōtinue ſurſū repoꝛtat vt iteꝝ relabat̄. ſicut ponūt fabule poetaꝝ. Yxion eñ qui ſemꝑ rotat̄ ſignat viciū ambitionis. q̄ ꝺe beneficio ad beneficiū. ꝺe officio ad officiū ſemꝑ voluit̄. Poꝛro anima inimicoꝝ rotabit̄ quaſi impetu ⁊ circulo funꝺe. j. Re. xxv. Ticius qui iecur ꝓꝓꝛiū vulturibus ꝺat ad comeꝺēꝺū ſignat viciū carnalis infectionis. qꝛ ſcȝ iecur. i. ꝺeſiderium ipſius ꝯtinue expēꝺit̄. ⁊ tñ ſemꝑ reuiuiſcit ⁊ reuertit̄ Ecci. xxiij. Homini foꝛnicario omnis panis ꝺulcis. nō fatigabit̄ tranſgreꝺiēs vſq; ad finē. Tantalus ſignat viciū ꝑcitatis. qꝛ ſcȝ iſtud in opulentia viuit ⁊ tñ ꝺe bonis comeꝺere nō ꝑmittit Eccs̄. vj. Nihil ꝺeeſt anīe ſue ꝺe oībus q̄ ꝺeſiꝺerat. nec tribuit ei ꝺeꝰ poteſtatē vt comeꝺat. Belides ſignificant viciū auaricie. Iſtud eñ ſemꝑ nitit̄ acquirere ⁊ iſunꝺere. ⁊ tñ ꝺoliū ſine fundo. i. coꝛ auari nunꝗ̄ poteſt replere aut ſatiare. Pꝛouer. xxvij. Infernꝰ ⁊ ꝑditio nō replebunt̄ Sic ⁊ oculi hoīm inſatiabiles. Syſiphus ſignificat vicium inſtabilitatis aut inutilitatis. qꝺ ſcȝ ſaxum. i. oneroſa negocia ſine cauſa poꝛtat ⁊ repoꝛtat. ⁊ cū cōſūmauerit iterum inchoat. ⁊ ſic in eternū ⁊ ſine fructu laboꝛat Ecci. xviij. Cūq; cōſumauerit. homo tūc incipiet ⁊ cum quieuerit homo tunc oꝑabit̄. Talibus ergo penis. i. talibus vicijs ⁊ affectionibus infernus. i. peccatoꝛ impius aut ꝓteruus replet̄ ⁊ occupat̄ ꝓpter qꝺ finaliter a ꝺeo moꝛti ꝺat̄. Moꝛti ꝺico. i. ꝺiabolo qui ꝓꝓꝛie moꝛs vocat̄ Apoca. vj. Qui ſeꝺebat ſuper equū palliꝺū nomē illi moꝛs ⁊ infernus ſequebat̄ eum Infernus eñ moꝛtē. i. peccatoꝛ ꝺiabolū ſequit̄. inq̄ntū ſuis ſuggeſtionibus obtēꝑans ſibi in vicijs famulat̄. Finaliter aūt ⁊ moꝛs ⁊ infernꝰ. i. peccatoꝛ ⁊ ꝺiabolꝰ ꝺei iuꝺicio conꝺemnant̄. Figura Apoca. xx. vbi ꝺr̄. ꝙ infernꝰ ⁊ moꝛs miſſi ſunt in ſtagnū ignis. Unde ꝺn̄s talibꝰ ꝺicit Oſee. xiij Ero moꝛs tua o moꝛe. moꝛſus tuus ero inferne. Patet ergo quō ꝑ infernū intelligit̄ iniq̄tas hoīs impij vel repꝛobi.

Tertio ꝺico ꝙ per infernū intelligit̄ ꝑuerſitas ſeculi noxij ⁊ effrenati. Applica ſi vis quō mūꝺus ſimilis eſt īferno Ibi eñ ſunt ꝺemones. i. tyranni incutiētes hoꝛroꝛem. Ibi ignis auaricie. ꝺoloꝛ triſticie. laboꝛ inſolentie. fetoꝛ luxurie ⁊c̄. Expone ⁊ allega ꝓut ſupꝛa. §. p̄ceꝺenti. Et hec ꝺe inferno ſufficiant. De vero autem inferno inuenies in iſto opere in infinitis locis.

Inferre.

Nota ꝙ īferre iꝺē eſt quod ītus aliquid ferre. ſeu intus aliq̄ꝺ ītromittere vel poꝛtare. Accipit̄ etiam quāꝺoq; ꝓ cōcluꝺere ꝓ ꝺicere vel arguere. ꝓ ꝓponere vel opponere. Et poſſumus ꝺicere ꝙ eſt

Unū inferre. Pꝛobationis.
Unū inferre. Compaſſiōis.
Unū inferre. Deuotionis.
Unū inferre. Saluationis.
Unū inferre. Inuaſionis.
Unū inferre. Dānationis.

Nam ꝺoctus infert argumentū vt ꝓbat veritatē. Un̄ Iob. xx. Infer ꝺigitū tuū huc. ⁊ viꝺe manus meas ⁊ affer manū tuam ⁊ mitte in latus meū ⁊ noli eſſe icreꝺulus ſ; fiꝺelis. Pius infert nutrimētum vt leuet egeſtatē. Un̄ ꝺe Iacob ꝺr̄ Gen̄. xxvij. ꝙ parata cibaria itulit p̄ri ꝺicens. Surge. comeꝺe ꝺe venatione mea. vn̄ Mal. iij. ꝺr̄. Inferte oēȝ ꝺecimationē in hoꝛreū meū vt ſit cibꝰ in ꝺomo mea. Iuſtꝰ infert ſacramētū vt placeat ꝺeitatē. iij. Reg. viij. Intulerūt ſacerꝺotes archā feꝺeris in templuȝ.

Et Hiere.xvij. Veniēt inquit de ciuitatibus iuda. Sequit
Et ab auſtro portātes ſacrificium. holocauſtū ⁊ victimam
⁊ thus. ⁊ inferēt oblationē in domū domini. Infert deus
vnū gratum in ſanctan ciuitatē. ſcꝫ poſt mortē. Exemplo
Noe qui interp̄taꝛ pater requiei. De quo dicit Gen̄.viij.
ꝙ extendens manū ſuā apprehenſam columbā intulit in
archam. Columbā inquit.i.animā. Infert impius nocu
mētum. vt turbet charitatē. Cōtra illud Prouer.xvij. Nō
eſt bonū dānum inferre iuſto Et.j.Mach.xiiij. Inferebāt
plagaꝫ magnā caſtitati. Infert demon tormēta in amātes
prauitatē. vt dicaꝛ illud.j.Mach.ij. Intulerūt eis. ſcꝫ pec
catoribus bellum ſabbatis ⁊ mortui ſunt. Quia renera de
mones finaliter ſabbato quo requieſcere debuerāt.ſ.poſt
hanc vitā. peccatoribus bellum inferūt. inquātuꝫ ipos ad
inferni mortem ⁊ damnationē trahūt. Vide de Ferre. Of
ferre. Conferre. ⁊ cetera ſimilia. Tranſeo. quia videtur mi
hi vocabulum ſimile.

Infidelis.

Licet fides ſumatur vt cōiter ꝓ illa
noticia quā habemꝰ de deo ⁊ ſpūali
bus ꝓ tp̄e huius vite. Iuxta illud.ij.Coꝝ.v. Per fidē am
bulamus ⁊ nō ꝑ ſpem. qꝛ ſicut dicit.j.Coꝝ.xiij. Videmus
nūc ꝑ ſpeculū in enigmate tūc aūt facie ad faciē. Vbi tm̄ ꝑ
fidem fidelitatē intellexerūt. Iuxta illud Sene. Malo mi
hi deeſſe ſucceſſum. q̄ꝫ fidē. Et cuꝫ infidelitas poſſit ſuppo
nere ꝓ cōtrario tam fidelitatis q̄ꝫ fidei. nihil aliud dicā. cū
de fide ⁊ fidelitate ⁊ de eorum oppoſitis ſuperiꝰ ⁊ in mul
tis alijs locis ſit tractatū. Ideo tranſeo.

Infinitus.

Cum finis denotet qn̄qꝫ rei ꝑfectio
nem ⁊ cōplementū. Et pn̄qꝫ rei defe
ctionem ⁊ ceſſamentū. Hinc eſt ꝙ infinitas cū fini ſit con
tratria pōt notari q̄ꝫ inuenit. Infinitas ſumme potentie q̄
excedit quicq̄d eſt creatū. Infinitas perſeuerantie que trā
ſcendit om̄e terminatū. Infinitas deficientie q̄ completuꝫ
non attingit ſtatum. Infinitas vane fluentie que nō habet
quicq̄ꝫ limitatū. Dico ergo ꝙ eſt infinitas ſumme potentie
que deſignat extenſionū ꝑfectionē. ⁊ hec ꝓcerto eſt infini
tas q̄ opponit defectui ⁊ corruptioni. termino ⁊ cōcluſiōi.
tp̄ali ⁊ finibili durationi vel dn̄ationi. et ſic ſm̄ hanc deus
infinitꝰ dr̄. qꝛ ſcꝫ ſua eſſentia nullo termino claudit. ⁊ ſua
dominatio nullo tp̄e terminaꝛ. Ipſe em̄ ſolus eſt infinitus
actu. cetera vero ſi que infinita ſunt. hoc eſt potētia vel ha
bitu. ſicut patet de numero q̄ in infinitū pōt creſcere. de ma
teria que eſt in potentia ad infinitas formas ſicut dicit pla
to. ꝙ ſcꝫ materia fluit in infinitū niſi forma ſiſtat fluxū Vn̄
de infinitate ⁊ eſſentie ⁊ bonitatis diuie pōt dici illd̄ Sap̄.
vij. Infinitus eſt em̄ theſaurus hoibus q̊ qui vſi ſunt pti
cipes facti ſunt amicicie dei. Et Baruth.iij. de deo dr̄. Qꝛ
magnus eſt ⁊ nō habet finē. Sed tm̄ de infinitate actuali et
potētiali cū iſtud ſit magis phicum q̄ꝫ morale. nihil ad me

Item dico ꝙ eſt infinitas ꝑſeuerantie que deſignat lon
gam durationē. Et iſta eſt illa qua iuſti dicunt in infinituꝫ
viuere. inquātum in vita iſta ſolent in bono ſine defectu ꝑ
ſeuerare ⁊ perſiſtere ⁊ inquātum in altera vita ineternū et
in infinitū poterūt durare. ⁊ nunq̄ꝫ amplius deficere. Sic
igit anima ⁊ maxime beata infinita dr̄. ꝓ eo ꝙ ſua eſſentia
⁊ gloria nullo fine terminaꝛ. Vnde de ſtatu ⁊ gloria cuiuſli
bet beati pōt dici illud.ij.Paral.xvij. Facte ſunt ei infinite
diuitie ⁊ multa gloria. Et Eſaie.ix. dr̄. ꝙ regni eius non erit
finis. Item dico ꝙ eſt infinitas deficientie que deſignat
imperfectionem. Et iſta qn̄qꝫ bene incipit. ſ nunq̄ꝫ finitur
ſeu complet. nec ad finē ſeu cōplementū deducit cōtra illd̄
qd dicebat dauid in pſ. Omnis cōſumatiōis vidi fineꝫ ita
qd̄ de talibus infinitis ⁊ incōpletis pōt dici illud Marci.
xiij. Nondū ſtatim finis. Item dico ꝙ eſt infinitas vane
fluentie que denotat indeterminationē. Et iſta eſt quando
homo imbecillis ⁊ vanus eſt recte ſine termino. ⁊ ſine fine
debito ⁊ moderamēto. De materia em̄ p̄dictū eſt ꝙ ipſa flu
it in infinitum niſi forma reſiſtat fluxui. De aqua etiā dicit
ꝙ in infinitū flueret niſi alieno termino ſiſteret. Sic vere
multi ſunt q̄ in infinitū volūt fluere. ⁊ nunq̄ꝫ ſuis malis de
ſiderijs ⁊ ſuis malis opibus ⁊ nefarijs. aut ſuis fatuis opi
nionibus ⁊ verſutijs volūt modū aut finem ponere. ſed in
om̄ibus in infinitū vagari ⁊ diſcurrere. De infinitis em̄ de
ſiderijs ⁊ affectionibus dicit Seneca in epl̄a ꝙ ipſe neſcit
vtrum deſideria noſtra naturalia ſint ꝓ eo. qꝛ naturalia fi
nita ſunt. noſtra aūt deſideria infinita. De infinitis aūt aua
ritijs ⁊ acquiſitionibꝰ.i. de illis qui nō ponūt finem in acq̄
rendo. dr̄ Baruch.iij. Non eſt finis acquiſitiōis illoꝝ. De
infinitis vero opinionibꝰ ⁊ verſucijs dicit Eccſ.vij. Inue
ni ꝙ fecerit dn̄s hoiem rectum ⁊ ipſe infinitis ſe miſcuerit
queſtionibꝰ. De infinitis etiā neq̄cijs ⁊ malis opatiōibus
dr̄. Iob.xxij. Propter maliciā tuā plurimā ⁊ infinitas ini
quitates tuas veniet deus tecū in iudiciū. Et breuiter de q̄
cunqꝫ mala infinitate dici poteſt illud Eccſ.j. Stultorum
infinitus eſt numerus. Sic igit patet quō infinitas ſumit
diuerſimode. Vide ſupra de infine.

Infirmitas. Infirmus.

Nota ꝙ
ifirmitas
morbꝰ ⁊ egritudo ꝓ eodē ſupponūt. Et poſſumꝰ breuiter
diſtinguere ꝙ eſt.

Infirmitas ſpūalis.
Infirmitas naturalis.
Infirmitas corporalis.
Infirmitas eternalis.

Infirmitas ſpūalis nihil aliud
eſt q̄ꝫ pctm̄ ſeu pronitas vel incli
natio ad peccādum. Infirmitas
em̄ denotat mihi quādam facili
tatem ſeu ꝓnitatē ad caſuꝫ. Sic
infirmitas idem eſt qd̄ peccator. qꝛ ſcꝫ peccator ſemper eſt
debilis ad reſiſtendū ⁊ facilis ad cadendū ⁊ ad delinquen
dum. Vn̄ ſampſon fortiſſimus mortaliū. dixit Iudic.xvj.
Qꝛ ſi ſeptē funibus ligaret infirmꝰ vt ceteri hoies efficere
tur. In quo denotaꝛ ꝙ illi q̄ ſeptē funibus.i. ſeptē peccatis
mortalibus ſunt ligati ad infirmitatē ſpūalem neceſſario
ſunt parati. Vn̄ de qualibet infirmitate dr̄.j.Coꝝ.xj. Mul
ti infirmi ⁊ ibecilles ⁊ dormiūt multi. Vn̄ nota ꝙ ſicut eſt
mltiplex corpis ifirmitas. ſic ⁊ aie. Infirmāt em̄ Quidā in

Capite.
Oculis.
Pectore.
Manibꝰ.
Ventre.
Renibus.
Pedibus.

Sic ꝓcerto loquēdo ſpūaliter quidā ſunt q̄
diuerſimode ꝑ diuerſa crimina ſunt infirmi.
qꝛ ſcꝫ. Quidā infirmant in capite per ſupbiā
Quidā in oculis ꝑ inuidiā. Quidā in pecto
re per iracundiā. Quidaꝫ in manibus ꝑ aua
riciam. Quidam in ventre ꝑ caſtrimargiam.
Quidam in renibus per luxuriā. Et quidam
in pedibus per pigriciam. Primo ergo dico ꝙ eſt infir
mitas capit. que eſt ſupbia. Et iſta eſt illa infirmitas q̄ dici
tur appoplexia q̄ fecit hoiem cadere. Materia em̄ furibū
da ⁊ melācolica rapit ad caput vias ſenſuū ⁊ neruoꝝ clau
dit ⁊ ſic ſenſum ⁊ motū hoi tollit ⁊ ipm̄ cadere mortuū fa
cit. Sic vere charisſimi dico ꝙ qn̄ aliqua mala cogitatio ra
pitur ad caput ymaginationis humane vtpote qꝛ cogitat
gratias ⁊ ſufficientias ꝓprias. nobilitatē fortitudinē ⁊ diui
tias ⁊c. qꝛ ſcꝫ tūc tp̄is caput ſue imaginationis ꝑ ſupbiam
occupaꝛ. ſpūs hūilitatis impedit ſenſus diſcretionis clau
dit ꝑ obſcuraꝛ. motus bone opationis adnihilaꝛ ⁊ ſic fina
liter caſus eterne damnationis ꝓcuraꝛ. Vn̄ Eſaie.xl. Iu
uenes in infirmitate ſua cadēt. Et iſta eſt ꝓpria infirmitas
capitis.i. peccatū imaginatōis. vn̄ Iudith.viij. Venit eſtꝰ
ſup caput manaſſe ⁊ mortuꝰ eſt. Vel etiā pōt dici ꝙ ſuper
bia eſt infirmitas capitis.i. capitaneoꝝ p̄ncipum ⁊ p̄latoꝝ
qꝛ ſicut dr̄ Eſaie.j. Om̄e caput languidū ⁊ om̄e cor merēs
⁊c. Iſta eſt igit infirmitas capitis q̄ eſt ſuperbia. Scd̄o
dico ꝙ eſt infirmitas oculoꝝ que eſt iuidia. Sicut em̄ ocu
li infirmi difficulter ⁊ grauiter ferūt lucē. ſic inuidi difficul
ter ⁊ grauiter ferūt alienā ꝓſperitatē. Iſti em̄ hn̄t oculos
baſilici. qui deſiccat ⁊ interficit quicq̄d videt. q̄a ſcꝫ om̄es
quos iſti vidēt proſperari nitunt dep̄mere ⁊ etiam ꝑ odiū
eneruare. Vnde dicit Seneca. Vtinā inquit inuidi habe
rent oculos in om̄ibus ciuitatibꝰ. vt de om̄i felicitate torq̄
rentur. Nam quot ſunt ibi bona feliciū. tot ſunt tormenta
inuidoꝝ. Vnde de infirmitate inuidie pōt dici illd̄ Mich.
j. Infirmata eſt in bonū que habitas in marath.i. amaritu
dinibus. qꝛ ſcꝫ inuidus qui habitat in marath.i. in amari
tudine inuidie tunc infirmatur ⁊ dolet. quando bonum et
ꝓſperitatem alterius percipit atqꝫ videt. Tales inuidi fi
gurantur in heli.j.Regū.xiij. Cuius oculi adeo caligaue
rant ꝙ lucernam ardentem ⁊ lucentem videre nō poterāt
extinctam tamen lucernam ſine dolore videbant. quia ſcꝫ
oculi inuidoꝝ illos q̄ ſunt ꝓſperitate lucentes ⁊ fulgētes
videre nequeunt nec reſpicere p̄ inuidia ⁊ dolore. Illos ve
ro qui ꝑ paupertatem ſunt extincti. et qui in hoc mūdo ni
hil proſperum mundi habent ſine dolore inuidie reſpiciūt

atqꝫ vident.qꝛ ꝰ m Senecam. Sola miſeria caret inuidia.
